


PHÆDRI
FABULÆ

A
4-326





No 2
24-6004



36=5. 70=6.

20

~~2-25-6004~~

| | |
|--------------------------|-----|
| Biblioteca Universitaria | |
| GRANADA | |
| Sala | A |
| Estante | 8 |
| Tabla | |
| Número | 484 |

| | |
|--------------------------|-----|
| BIBLIOTECA HOSPITAL REAL | |
| GRANADA | |
| Sala: | A |
| Estante: | 4 |
| Numero: | 326 |

1 11868004

P. M. Meffoy

~~51-8-1~~








PHÆDRI
FABULÆ ÆSOP.
cum Comment.
Marq. Gudii & alior.
edente
P. BURMANNO.

Amstelredamum, Apud J. Neaulme, in Ædibus Societatis Typographicæ, 1744.



P

F

MAF
NIC
S

I

Apr

N. 7910

PHÆDRI, AUG.
LIBERTI
FABULARUM
ÆSOPIARUM
LIBRI V.

Cum integris Commentariis

MARQ. GUDII, CONR. RITTERSHUSII,
NIC. RIGALTII, NIC. HEINSII, JOAN.
SCHEFFERI, JO. LUD. PRASCHII,
& excerptis aliorum.

Curante

PETRO BURMANNO.



AMSTELÆDAMI

Apud HENRICUM WETSTENIUM.

CIO IO C XCVIII.

FRIDRICH AUG.
LIBERTI
TABULARUM

DESOLARUM

LIBRI V.

Com integris Commentariis

VARO GUDII, CONR. RITTSINGII,

WIG. RIGALTI, SIG. HENSLI, JOH. N.

SCHLEIFER, JO. LUD. TRASCHKE,

& excerptis aliorum.

Curavit

PETRO BURMANNO.



AMSTELÆDAMI

apud Henricum Wetstenium

MDCCLXXII

V I R I S

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
D. EVERARDO a SYPESTEIN,

M. D.

ET D. ARNOLDO SPOOR,

J. V. D.

URBIS TRAJECTINÆ
CONSULIBUS
ET UNIVERSO ORDINI
SENATORIO CLARISSIMO

D. D. D.

PETRUS BURMANNUS.



*U*rbis vetustæ, pulchro Rhenu al-
veo
Quam perfluit, nulli secundus amnium,
Patres conscripti, civiumque Principes,
Doctâ Libellum Phædri conscriptum manu,
Æsopi ingenio sed qui debetur senis,

* 3

No-

D E D I C A T I O.

Nostra autem cura ornatu qui prodit novo,
 Et fronte læta & mente placida recipite.
 Non ille vestro indignus est qui lumine
 Labor lustretur: nam sub illis neniis
 Ingens utilitas & magnus fructus latet.
 Nec solum risus excitatur fabulis,
 Nec omnis opera pueris hæc insumitur,
 Ut delectentur genere scribendi hoc levi,
 Et imbecillos subeat admiratio,
 Quæ facile lepidis ex fabellis nascitur.
 Duplex libello dos est; & Viri graves
 Aurem jocantes fictis præbent fabulis;
 Et aliter pueri, has aliter perlegunt senes.
 His involueris pristini mortalium
 Doctores, atque naris emunctæ viri,
 Eous orbis quos in lucem protulit,
 Prudentis vitæ descripsere imaginem,
 Quæve arte posset corrigi mortalium
 Docuerunt error atque mentis cæcitas.
 Quos inter omnes Phryx, Æsopus nomine,
 Novo scribendi genere est usus & stylo,
 Nec singulorum mores verbis asperis
 Notare, aut, ut severis mos doctõribus,
 Oratione & verbis gravibus tradere
 Præcepta voluit civibus prudentiæ.
 Sed doctis maluit joculari fabulis,
 Ferasque mutas passim & mutas arbores,
 Narrantes casus induxit mirè suos.
 Exempla mentes hominum callebat magis
 Motura, tristioris quam frontis minæ,

Aut

D E D I C A T I O.

Aut præceptoris trux & vultus horridus.
Insuaves ager semper herbas respuit,
Quamvis salubre non attingit poculum,
Amaro quod puer scit plenum absinthio,
Sed Medicus oras circum prudens poculi
Dulces liquores, ut sorbitio grata sit
Inducet: spernit & mens omnium fere
Mortalium severas censorum notas,
Uri, secari cruda ferro vulnera
Nolunt, sed blanda leviter tractari manu.
Hoc vidit ille, cujus nunc damus jocos,
Æsopus, auctor doctrinæ bonus novæ,
Qui famam æternam ingenio condidit suo,
Fuisse gentes quem volunt omnes suum,
Cui, servo, ingentem statuam posuere Attici,
Cujus mirata est quondam stadium Græcia,
Quem, quicquid orbis unquam doctorum dedit,
In Cælum laudibus invidendis extulit.
Hujus lepores & doctas facetias,
Politis Phædrus quos expressit versibus,
Quos quondam cupidis Roma legit auribus,
Thracisque cultos jure mirata est modos,
Et qui Pærio semper placuerunt Choro,
Sed quos prioris sæculi infelicitas
Æterna, ut multa, pæne nocte merferat,
Nunc verò cura & diligens industria
Doctorum luci & ævo longo reddidit,
Vestro dicare, Amplissimi visum est Patres,
Et quamvis impari, Phædri tamen stylo,
Leve hoc munusculum commendare Ordini.

D E D I C A T I O.

*In laudes non ut vestras versibus his eam,
 Aut illud studium, quo fovetis artium
 Antistites bonarum, verbis efferam;
 Hoc est Heroi, non senarii pedis
 Opus; non levibus magna conveniunt modis.
 Sed grata vobis mens ut constaret, Patres,
 Et literati, quod fecistis, otii
 Reddatur ratio: nam cum vestro munere
 Pars Eruditi nuper sim factus Chori,
 Nostræque curæ sit juvenus tradita,
 Prudentis prima vitæ elementa ut disceret;
 Non alter occurrebat aptior labor,
 Et auspicarer melius quo provinciam,
 Animumque memorem declararem publice,
 Quam si fabellas & doctos Phædri jocos,
 Queis pubis imbecillæ mentes imbui,
 Et ad prudentiam conformari expedit,
 Alabe multa & infinitis sordibus
 Purgatos cura doctorum reducerem.
 Vos civem vestrum, vos Alumnum patrii
 Lycæi, Proceres, haud indignum credite;
 Favore vestri qui foveatur Ordinis.
 Nam noster omnis publico labor bono,
 Et urbis & Lycæi vestri commodo,
 Vestrisque cura filii impenditur.*

LECTORI S.



N tandem fidem nostram, quam nuper publice dedi, brevi fore, ut postumæ, & cum tineis & blattis jam certantes, *Viri Illustrissimi Mar- quardi Gudii in Phædrum notæ & animadversiones* exirent, solutam. Non exiguam me a veris bonarum artium æstimato- ribus gratiam iniisse satis certo scio, qui ab oblivione vindicaverim Doctissimi Viri lu- cubrationes, quas toties a vivo etiamnum *Gu- dio* expostulationibus creberrimis, imo convi- ciis, fere totius orbis Eruditi Viri flagitaverunt. Sed postremis ejus vitæ temporibus, quibus re- rum civilium administrationi admotus fuit, non recolere & celebrare tam frequenter Musas, quas in juventute summo ardore & studio am- plexus fuerat, ei licebat; unde ea, quæ juvenis in schedas congefferat, in liturariis fere jacuere, & ad mortem usque, quæ matura nimis ei con- tigit, per supellectilem librariam sparsæ fuere. Statuerat, si modo vel minimum ipsi otium a re publica concederetur, has in Phædrum no- tas recensere, & in lucem publicam mittendo omnium desideriis satisfacere; sed infelix fatum consilium ejus irritum fecit. Et fortasse in æter- num hic labor periisset, nisi Vir Clarissimus *Grævius*, nostrum Dectis & præsidium, olim

* 5

Gudii

P R Æ F A T I O.

Gudii summus amicus, non omnem lapidem movisset, ut hic thesaurus ex custodia depromeretur. Cum autem Vir ille maximus, tot negotiis, quæ ad rem literariam promovendam quotidie subit, impeditus, vix harum curationi vacare possit, ego, qui eo tempore otio abundabam, sponte operam meam obtuli, non male illam positurum me existimans, si ab interitu vindicarem tam egregiæ doctrinæ monumenta.

Sed vix, ut ingenue fatear, opus illud aggressus fueram, cum pœnitere suscepti muneris cœperit, & in ipso opere majorem molestiam & laborem experirer, quam animo præceperam; imo sæpissime desperabam, me unquam ad finem illud perducturum. Conjecerat enim ὁ πᾶνυ notas suas, in minutas aliquando scedas, quæ partim lateræ, & mutilæ, partim putredine exesæ, vix literarum vestigia sæpe exhibebant. Neque in unum corpus & volumen lucubrationes suas congesserat, sed quatuor diversarum Phædri Editionum marginibus, cogitationes suas commiserat, quæ sæpe eadem aliis verbis, sæpe diversæ & contrariæ, maxime incertum animum dividebant, quid potissimum sequerer. Duravi tamen labori ferendo, & quamvis non eo apparatu prodire, quo ipse Auctor, si per fata proprium fœtum producere ipsi licuisset, non tamen contemnendam operam me in illis collocasse puto. Præsertim cum ea fide & religione in his exscribendis

P R Æ F A T I O.

versatum me sciam, ut nihil *Gudio* subtraxerim, nihil, quod non manu illius notatum fuerit, exhibuerim, & semper consilio & ope Cl. *Grævii* in supplendis lacunis, & intricato verborum sensu expediendo, usus sim. Noverat enim Vir ille eximius pulcherrimè *Gudii* sententiam de plurimis Phædri locis, cum eo, dum viveret, familiarissime usus fuisset, & sæpissime de scriptis his sermones habuisset.

Exhausto hoc labore, & purgato hoc Augiæ stabulo, cum Typographo de publicandis his *Gudii* laboribus consilium inii; & quamvis mihi maxime placeret, Phædrum solis *Gudii* notis illustratum in lucem mittere, fastidii tamen hujus sæculi ratio habenda fuit. Vix emptores enim hodie Auctores & veteris ævi scriptores, reperiunt, etsi doctissimorum virorum diligentia summa & eruditissimis notis illustrentur, nisi lenociniis quibusdam commendentur. Et inolevit mos ille jam ab aliquo tempore, nullos ferre scriptorum veterum, nisi *Variorum commentariis* illustratos esse titulus doceat, emittendi, qui a Padagogorum tribu inventus, ingens ipsis studiis vulnus imposuit: hi enim, virorum doctorum labores mutilare, & illud solum, quod Scholasticorum horum palato arridebat, excerpere excussis e juventutis manibus integris & omni doctrina refertis commentariis, egregiam laudem putabant. Sic in plurimis auctoribus *Thyſius* & *Schrevelius* grassati, pessimum exemplum

P R Æ F A T I O.

plum prodidere, & quo pacto levi & exiguo labore veterum scripta corrumpi potuere, monstravere. Omnibus vero palmam præripuisse mihi videtur nuperus Phædri nostri editor, qui virorum doctorum labores truncatos nobis exhibiturus, ridiculo commento damnum illud pensavit. Et cum sentiebat nunquam doctis laborem illum, quem ipse Phædro impenderat, probari posse, satis magnum operæ precium putavit pueris placere, quorum oculos pulchris iconibus pascere palmarium existimabat. Videtur autem has delicias, e monachorum disciplina, repetiisse, qui egregie rudes & omnis doctrinæ expertes, omnibus fere libris has ineptias inferebant. Sed nos puerilia hæc oblectamenta nemini invidemus; magisque mentes auditorum doctis & solidis verbis occupare, quam his ludibriis oculis insidias facere volumus.

Integras igitur *Conradi Rittershusii*, Germaniæ suæ quondam ornamenti, & non minoris Galliæ Decoris, *Nicolai Rigaltii* Notas Gudianis subjunximus: deinde *Jo. Ludovici Praschii*, qui plurimis ingenii sui monumentis, & judicii, quo valebat dexteritate, dudum erudito orbi innotuit, subjecimus. Cum, quod eximia eruditione commendabantur, tum quod in his terris vix notæ, magnum diu desiderium commovissent; neque nobis, etsi omnes angulos excusseramus, eas reperire licuit, sed pro

P R Æ F A T I O.

pro insigni erga literas studio, nobiscum eas communicavit Vir Illustrissimus, & in Germania sua communis eruditorum Mæcenas, *Friedericus Benedictus Carpzovius*, qui eas sua manu descriptas ad nos transmisit. *Tanaquilli* deinde *Fabri* commentarium dum subnectere parerat, a consilio quod ceperamus, aliquantum discedere placuit, & cum sæpissime prolixas, de rebus nihil ad Phædri fabulas pertinentibus, dissertationes notis suis immisceat, ea tantum excerpimus, quæ auctori nostro illustrando conducere judicavimus. Sed utilissimum imprimis *Schefferi* laborem, huic auctori insumptum, ipsis verbis Phædri subjecimus, cum & adolescentibus & Eruditoribus æque utilem operam navaverit. *Scioppii* quoque, *Freinsheimii*, *Gujeti*, *Neveleti* & aliorum notas, eas tantum congestimus, quæ instituto nostro facere, & molem libelli non nimis onerare videbantur. *Meursii* vero non magnam rationem habuimus, cum omnium virorum, qui post eum scripserunt, judicio infeliciter Criticam in hunc auctorem advocaverit, & nimiam sibi in transponendis versibus, & depravatis locis sanandis licentiam sumserit.

Denique per totum libellum sparsas, breves quasdam Viri Illustrissimi *Nicolai Heinsii* notas, ex codice quo usus olim fuerat, descripsimus. Et quamvis non is labor aliquibus videri posset, qui celeberrimo Heinsiano nomini in-

gens

P R Æ F A T I O.

gens decus apponere possit, cum non diligenter elaboratus & elucubratus, sed temere, & ut inter legendum menti ipsi occurrebat, in marginem Phædri conjectus fuerit, non tamen ullam Manibus Viri Nobilissimi injuriam me fecisse puto, quum ex paucissimis ejus viri versibus, ingens lux scriptori huic sæpe affundatur, & aliorum diligentiam conjecturæ & ex MSS. collectæ lectiones, illustrari poterunt. Multa vero jam olim cum *Scheffero* communicaverat, quibus vir ille in maximum reip. literariæ commodum jam usus est. Neque præterire hoc loco possum Amplissimorum Virorum, *Roberti Goesii* Republicæ nostræ apud potentissimum Regem Danorum Oratoris, *Guiljelmi Goesii*, Juris Doctoris Eruditissimi, & *Caroli Crucii* Urbis Lugdunensis Senatoris, arctissimo sanguinis vinculo mihi conjuncti, benignitatem, qui ab *Heinsio* Hæredes scripti, ejus labores & doctissima scripta servant, & mecum ejus Viri Codicem communicarunt. Possident hi plurima adhuc in omnes fere Latinæ linguæ scriptores, præcipue in Poëtas, ab *Heinsio* exarata, & diligentissime in scriniis custodiunt, quorum inspiciendi, & si quid cum Heiniani nominis honore in lucem mitti possit, recensendi, mihi potestatem Viri humanissimi cum fecerunt, non possum quin insignia illorum virorum merita & officia hic publico commendem, & simul spem, brevi, cum
lucu-

P R Æ F A T I O.

luculentius mihi otium erit, plurima ex the-
 fauro isto depromendi faciam. Non patientur
 enim tanti Viri hæredes & cognati, tantas di-
 vitias intra arcas strangulari, & vermibus escam
 ingratham fieri.

His omnibus, quæ ad commendandam hanc
 editionem accommodata videbantur, nostrâ
 industria, quædam ex Doctorum virorum ob-
 servationibus, quas aliis libris insperlerant,
 descripsimus; ex nostra autem penu fere nihil
 depromere licuit, cum, quia ingenii & do-
 ctrinæ infirmitas me tot Heroibus immiscere
 deterrebat, tum præcipue, quod cum jam
 emittendus esset liber, ab Amplissimis Tra-
 jectinæ Urbis Proceribus, provincia juven-
 tutem publice docendi mandaretur, & tantus &
 tam infuetus subito humeris meis labor impone-
 retur, ut in novi muneris auspiciis vix tempus
 recognoscendi libri concederetur. Ignoscent
 itaque benigni Lectores, si quæ non satis ac-
 curata, vel festinatione nimia incogitantius
 scripta offendantur, & cum tot virorum labo-
 ribus summa cum utilitate & voluptate frui jam
 possent, facile reliquorum jacturam ferent.

Hæc potissimum de hujus editionis instituto
 disserere visum fuit, neque de ipso *Phædro*,
 ejus fabulis, diversisque earum editionibus
 multa congerere necesse est, cum illum labo-
 rem elegantissima epistola quam editioni suæ
 præfixit, *Rittershusius*, & prolegoménis suis

Pra-

P R Æ F A T I O.

Præschius, *Schefferus*, & alii præceperint.

Non tamen sine piaculo ea præterire possum, quæ olim *Gudius*, in capite *Phædri* sui de ipso *Phædro* breviter annotaverat. Diligenter ejus notas lustrantibus satis apparebit, quale de *Phædro* ejusque stylo judicium illius fuerit, qui ætatem ejus ad *Tiberii* principatum referendam, ipsumque *Valerio Maximo* aliisque ejus ævi scriptoribus æqualem fuisse censebat. Existimabat autem has fabellas demum post *Tiberii* mortem publici juris factas, cum non vero simile videatur, illum ausum fuisse fabulis suis viventem Imperatorem immiscere, quod quam periculosa alex opus esset, alia ejus temporis monumenta indicant; deinde quod fabulam de *Ranis* regem petentibus, & a *Jove* *Hydrum* consecutis, *Caligulae* tempora respicere existimabat; nam *Tiberium* de *Caligula* successore suo dicere solitum, *Exitio suo, communique Cæjæ vivere, & se Natricem* (serpentis id genus) *Populo Romano, Phaëtonem orbi terrarum educare*; testatur *Sueton.* *Calig.* XI.

Putavit etiam *Vir Doctissimus* male *Auctoris* nostri *Nomen* in nominandi casu *Phædrus*, scribi, cum ex illius sententia rectius *Phæder* dicendus esset, quod his præcipue argumentis confirmabat. *Linguae Latinae analogiam* id docere, quæ in similibus nominibus, a *Græco* sermone derivatis, id fieri suadebat, ut enim

Ἀλέξανδρος *Alexander*, Μένανδρος *Menander*,

P R Æ F A T I O.

Ἀντίπατρος *Antipater*, Ἀναξίμανδρος *Anaximander*, Philosophus apud Suidam successor Thaletis, Περιανδρος *Periander*, de quo & Suidas, Σώπατρος *Sopater*, & infinita alia; Ita quoque Φαιδρός Latine *Phæder* dicendus sit Eodem modo, quod non ingratum viris doctis fore puto, notaverat a γεόμετρος non *Geometra* sed *Geometer* efferendum, quod eo loco Aurelij Victoris in Epitome de Adriano Aug, ubi dicitur *Musicus, Geometra, Pictor*, confirmabat, & scribendum e MSS. *Geometer*, quomodo Andreas Schottus se in omnibus suis scriptis libris reperisse testatur, sed verissimam & genuinam esse eam lectionem non animadverterat, judicabat. Sed apertius illud constare putabat ex lapide apud Gruter. pag. c13 cxi. 3. ubi legitur.

PHÆDIMO. VESTITORI. M. AUG.
PHÆDER. FRATRI PISSIM.

Et in alio Saxo Florentino inedito, sed quod in collectaneis suis, (quibus immensum a Grutero, Reinesio & aliis præteritarum inscriptionum numerum commisit, quasque aliquando orbi erudito expositum iri optamus,) descriperat, ubi memorabatur

RUNCULANIUS PHÆDER
Hoc autem nomen *Phæderi* Græcum, quod inter liberos Latinos erat rarissimum, ideo ipsi ab Imperatore Augusto inditum putabar, quia ille in servis & libertis Græca nomina & erudita amabat. Sic Polybii, liberti, qui Augusti testa-

men-

P R Æ F A T I O.

mentum partim manu sua perscripsit, mentio occurrit apud Gruter. p. LXXV.

Hæc sunt quæ de *Phædro* ipso notaverat, & quæ silentio præterire religio erat. Plura hic addere priorum virorum doctorum labores, & de hac re disputationes prohibent. Hoc uno defungar. Mihi quoque *Phædrum* Tiberii ætate vixisse videri, quamvis cum provectæ admodum ætatis composuisse has fabulas videatur, ut ex fabula LXXXI & XCI apparet; quo tempore potissimum scripserit, definiri vix possit. Sed a seculi Augusti nitore & naturali pulchritudine paulum admodum ejus scriptio- nem recedere, cuivis istius ævi deliciis astueto facile deprehenditur; quod duplici ratione ali- quis dicat ipsi accidisse; cum ipsius ævi cul- pa, quod statim a discessu Augusti mirum in mo- dum defecit, & a puro isto & simplici loquendi usu degeneravit; tum, quod optime, saga- cissimus & dexterrimus scriptorum censor & æstimator, *Barthius* notavit ad Claudianum de Nupt. Honor. v. 141. Gentes, ex qua oriundus erat *Phæder*, vitio. Nam Romam deductus, homo Thrax & diu servus, non potuit eo ni- tore & elegantia scribere, qua *magnates illi, qui Atticis innutriti, & in Romani sermonis educati deliciis erant, quarum non sine labore utrarumque summam sub magistris utique in- depti sunt, non hauserunt ex communi sermone loquentium; Magistris autem cum servi, ut Phæ-*

drus,

P R Æ F A T I O.

drus, caruerint, & sermonem quem quotidie audiebant secuti sint, non mirum Phædrum ad summam illam elegantiam pervenire non potuisse, sed magis admirandum, illum & gentis & educationis vitiis tam bene emendatis, quantum servo (solum Terentium, qui Lælii & Scipionis opera usus est, excipio) unquam contigit, tam politam & elegantem descriptionem assecutum fuisse, ut maximo fructu a juventute teri & legi posset. Tu benevole Lector his fruire & Vale.

T Y P O G R A P H U S L E C T O R I S.

P *Ancula sunt B L. que Cl. BURMANNUS indicta reliquit de numeris Fabularum quibus sumus usi. Tum & de Indicibus. De illis hac habe. Fabulas numeravimus eo modo quo fecit Rigaltius, & Tan. Faber. Addidimus autem & numeros Ruserhusii atque Freinsheimii (& quidem literis minoribus parenthesi inclusis) ne quid quærentis morari possit impetum, ut fortasse factum fuisset, si alterutro numerandi ordine abstinuissemus. Indices dæmus duos. Priorem verborum ac locutionum ipsius Phædri, secuti illum quem Schefferus ex Freinsheimiano olim describi curaverat, in quo emendando atque locupletando haud fuimus pauci. Nempe ubicunque erratum fuerat in Indice Freinsb. ibidem & falsum numerum adscriperat exscriptor Schefferianus. Nos omnia ad ipsa Phædri verba examinavimus atque emendavimus, nec non insigni accessione locupletiolem fecimus. Posterior Index ad Commentarios ac Notas, tali turget abundantia, ut de hac potius, quam de ullo defectu, veniâ indigere videamur. Vix tamen expectamus à quoquam nobis hinc dicam scriptum iri, cum honesta liberalitate nemo unquam sit laesus. Tu Lector, conatibus nostris fruire & save. Dab. Amstelad. Kalendis Martiis MDCCXCVIII.*

JO.



JO. LUD. PRASCHII

In

PHÆDRI FABULAS

Introductio.



Non abs re fore judicavi, si de his fabulis communia quædam & apta cum ad usum juniorum, (neque enim juvenis adultis, indoctus doctis scribo) tum ad institutum nostrum præmonerem. Igitur quod ad scriptorem ipsum pertinet, lectitandus prologus Libri tertii, qui ut est perfectæ dedicationis libri specimen, ad patriam ejus, ingenium, studia, fortunam causasque scribendi cognoscendas gradum fruit: quanquam & aliis locis seque & conditionem suam haud obscure depinxit. Quod indicare tantum libuit, ut esset ἐπιστομῆς, in quo animum exercerent. Nunc ad fabulas aggrediamur, quarum tres sunt partes: titulus, fabula, affabulatio. De titulis actum ad fab. 69. Ipsas fabulas si spectamus, non absque delectu has collectas invenimus. In cæteris, quas communi nomine Æsopias dicunt, nonnullæ aridæ sunt & exangues, quædam etiam meræ sunt similitudines. At quas Phædrus excerpfit, vel adinvenit, ingeniosas satis arbitror: nisi quod fab. 41. frigidior videtur. De argumento jam si quæras, ex civilis prudentiæ monitis fere sunt constatæ, quæ in domo potius regnatrice, quam in scholæ spatiiis hausit. Quod probavit luculente, dum exitium Sejano, nisi me conjectura fallit, cecinit ut vates. Quanquam etiam sunt, quæ consul-

tus

P R Æ F A T I O.

tus Juris inde capere possit. Nam judicii formulam
 & officium judicis repræsentat fab. 10. 49. 52. ubi
 ipsæ litis causæ expendendæ : sicut & controversia
 quæ movetur fab. 87. Sycophantam , & punitam
 testis improbitatem exhibet fab. 17. Fraudatorem &
 fideiussorem improbum fab. 16. Testamentum , ubi
 incurrit locus de interpretatione fab. 63. Jus talionis,
 quod Rhadamanteum vocant , fab. 26. Reliquam
 partem occupant præcepta morum & communis vi-
 tæ , veræ etiam historiæ , nec non & licentiores
 joci (unde *improbus* forte Martiali Phædrus dicitur)
 multaque circa theologiam ethnicorum , veterum
 ritus , temporum istorum statum atque corrupte-
 las , quas oblique passim notat : adeo ut Tiberium
 ipsum crebro ac Seianum , cui sævienti sæviens
 Cæsar vires præbebat , nunc mordere , nunc monere
 videatur. Proinde discriminis evitandi causâ , ut
 conjicio , affabulationem sæpe aut alio flectit , aut
 nimis laxè concipit , aut plane suppressit. Quare
 qui penitius hæc scrutari cupit , is necesse est ut me-
 morias rerum , quæ Tiberii principatum comple-
 ctuntur , in subsidium adsciscat. Ac de rebus satis
 fere exposui. Oratione Phædrus utitur Latina
 (tametsi repugnare aliqua videntur) pura , proba-
 bili , dilucida. Sed duæ maxime virtutes ei propriæ
 sunt , facilis brevitatis , & ingenua suavitas : eoque
 ut mea fert sententia , puerili institutioni nullus ma-
 gis scriptor convenit. In brevitate ipse se jactat ,
 aitque *commendari tanto justius , quanto poëta sunt mo-
 lesti valdius*. Vis unicum ejus exemplum ? proce-
 mium Libri primi lege , & cum longissimis aliorum
 præfationibus (quas urbanissime merito ridet Mar-
 tialis Lib. II. Epigr. Epist. ad Decian. & Petrus
 Cunæus in Sard. Ven. p. 25.) compara. Septem
 sunt versiculi , quibus omnia ea ediffertat : quid ,
quo.

JO. LUD. PRASCH II

quo duce, quo modo, quo genere carminis tradat : quotuplex sit libelli usus : ac demum quid obtrectari, quid responderi possit : ut libellus hic merito, si Ebræo more loqui licet, *cabus*, isque *purus*, id est, ut ejusdem gentis proverbium habet, *modicum ac bonum* complexus videatur. Suavitatem duabus potissimum rebus efficit. Prima est varietas, dum non unum sententiis (de quo mox amplius videro) & narrationibus habitum induit, dum stilum variat, dum interponit prologos, epilogos, aliasque velut *παρὰβάσεις* & *παρεμβάσεις* ad lectorem aut ad amicos, dum denique vera fictis, exempla (quæ alium alioqui locum sibi vindicant : quamvis & hoc de quibusdam dici nequeat, quum Historia pro humilibus & minutis aspernetur) fabulis permiscet. Altera est ars accomodandi brutis, quæ sunt hominum propria : ut simio ac vespæ judicibus sententiam solennibus formulis conceptam fab. 10. & 52. vulpi orationem admodum civilem & *προδερματικῆς* emollitam, ad draconem, animal iracundum, fab. 76. convicia muscæ & ampullas fab. 80. philosophandi facultatem cani & agno fab. 54. Et hæc sunt quæ *risum movent* uti Prol. libri I. loquitur. Jam ut metrum quoque perstringamus, senariis fabulas has inclusit, qui (ut observavit etiam Cicero in Oratore) sermoni sunt simillimi : unde & Comicis amantur. Et huc pertinent quæ disserui ad Digress. post fab. 64. Quo intelligitur, quamobrem Afer ille Comicus Notis nostris sæpius illigetur. Errabit tamen, si quis stilum hunc simplicitati Comicæ per omnia æquiparaverit. Assurgit enim paullulum supra soccum, & ad orationem vere poeticam propius accedit. Arguunt hoc vocabula quæ admittit : ut *laniger* pro ove ; *sonipes* pro equo ; *ferus* pro leone, apro, cervo ; epitheta, quale *ful-*
minu-

P R Æ F A T I O.

mineus aper, setosus : phraſes, ut *carpere oscula* :
 verborum collocatio, in hac *εὐχχίση*. *Puerorum in*
turba quidam ludentem Atticus Æſopum nucibus quum
vidiſſet : integri denique verſus, nam gravioreſ co-
 micis ſunt hi : *Procax libertas civitatem miſcuit, Fre-*
numque ſolvit priſtinum licentia. Sonantior ille : *Tu-*
mens inani graculus ſuperbia. Splendidioreſ autem,
 atque adeo quovis ſymmate digni : *Nitor ſmaragdi*
collo præfulget tuo, Piſtiſque plumis gemmeam caudam ex-
plicas. Sublimioreſ itidem : *Jugum flagello temperat*
lento meum, & lora frenis continet ſpumantibus. At hi
 verbis ac ſententiã vere ſunt poëtiſci : *Ego, quem*
Pierio mater enixa eſt jugo, & reliqui; Item, *Threiffa*
quum genſ numeret auctoreſ ſuoſ, cum ſequentibus.
 Integrum vero ſpecimen *αἰεὶς χαρὰ κῆρος* edidit Di-
 greſſ. poſt fab. 64. quod ipſe inculcat iſto carmine,
Et in cithurnis prodiſt Æſopus novis. Atque id quidem
 minime eſt mirandum, quum Virgilii non indili-
 gens lector & imitator appareat : quod exemplis in
 Scholiis demonſtravi. Superreſt ut de affabulatione
 ſubjungamus : quæ nihil aliud quam fabulæ expli-
 catio, & ad propoſitum applicatio. Fere vero con-
 ſtat ſententiã : quæ nunc nuda & libera ponitur,
 nunc cum apparatu fabulæ connectitur. Illa recta
 intelligitur, hæc obliqua. Illius exemplum præbet
 fab. 4. hujus fab. 3. Interdum ſententiæ directæ
 propoſitio additur, ſicut fab. 10. Sunt porro ſen-
 tentiæ vel graves, ut fab. 55. vel aptæ hominum
 opinionibus, ut fab. 54. aut moribus, ut fab. 44.
 Concurrunt primum & poſtremum genus fab. 32.
 Rurſum vel ſunt ſimplices, ut fab. 5. vel tractatæ,
 ut fab. 8. ubi duplex ratio. Exempla videas addita
 fab. 49. *ἐπιγίσιον* fab. 43. Interim præcurrunt fabu-
 lam, interim ſequuntur, vel eidem innectuntur,
 ut ex prioribus tribus fabulis pateſcit. Eſt ubi ge-
 minen-

JO. LUD. PRASCHII

minentur : in principio fab. 27. in fine, fab. 68. utrobique, fab. 13. Quin etiam excluduntur aliquando, dum vel ad cogitandum acutis relinquuntur, ut forte fab. 6. vel superflue videntur, ut fab. 53. vel dum talis est fabula, ut risui magis quam doctrinae serviat, ut fab. 74. quam quidem nec nomine dignam puto nec jure fabulae, id est, explanatione & emendatione : cujus tamen, ut quae maxime, indiget. Quandoque sententiae loco nihil aliud quam indicatur genus hominum, de quo fabula tractat, velut fab. 7. aut plenius *χαρὰν ἰπίζεται*, ut fab. 36. Quo retulerim apostrophen, quae sequitur fab. 76. ideoque submoto numero & intervallo, committendam & jugendam isti fabulae censeo. Haec de partibus harum fabularum dicta sunt : quae si quis cogitatione vellet persequi, haud difficulter *praecepta fabularum* ex solo concinnare Phaedro posset. Neque enim absurdum est aut insolens, optimum in re quaque sibi deligere ; tum genium ejus, tanquam ideam, animo concipere ; & a singularibus ascendendo ad universalia, artem parere. Sequitur, ut de apologorum horum usu pauca, quamlibet non tam ad Phaedrum, quam fabulas in universum pertinentia, delibemus : tum quod pars haec maxime utilis, tum quod ab aliis deserta. Si igitur solidum ex his fabulis emolumentum volumus consequi, opus est ut sollerter primum singulas excutiamus, excussas dein futuris usibus praeparemus, id est, animo dispiciamus, quibus negotiis, temporibus, personis, una harum quaelibet adhiberi queat. Neque enim in orationibus duntaxat scholasticis, (immo Horatius ne in poemate quidem humilem usum hujus generis putavit) aut in familiari sermone ; sed in gravissimis saepenumero deliberationibus & concionibus inveniunt locum.

Exem-

Ex
tius
luc
An
ber
mo
Na
& a
ta C
laru
fabu
crea
Rh
beji
jus
cipi
pici
cile
velu
pe o
bus
lect
qu
defe
vide
plis
his o
cente
forib
lum
litter
mus
ἐπιμ
Ipse
Neq

P R Æ F A T I O.

68. *Exempla Demosthenis (cujus fabulam Hugo Grotius, dubium ludente calamo, an altiori consilio, luculento certe specimine, versu est complexus) Antiochi, Themistoclis, Stesichori, Menenii, Tiberii, nota sunt: nec recentiora desunt. Quibus mota est forsitan Margaretha, Henrici Albretani Navarrae Regis conjux, foemina omnibus ingenii & animi dotibus exulta, ut decima Musa & quarta Charis appellari meruerit: cujus nomine fabularum volumen editum Thuanus refert. Nimirum fabula, (ut ait Tullius in Partitionibus) etsi sit incredibilis, tamen homines commovet. Ideoque etiam a Rhetorum filiis tractatur. In primis vero, si plebejis arduum quiddam persuadendum venerit, cujus intellectum ipsi non capiant, ad fabulam nos recipiemus. Imperiti enim (dicam ore Fabii) & simplicius quae ficta sunt, audiunt; & capti voluptate, facile iis, quibus delectantur, consentiunt. Porro, illud veluti *καύφειον* ignorare non oportet, nullam prope dari fabulam, quin pluribus, iisque diversis rebus, accommodari possit. Quare non iners Phaedri lector affabulationi neutiquam acquiescet: verum, quum illa plurimum sit generalis, ipse cogitatione descendet ad subjectas formas: aut si nimis arcta videatur, fabulae usum industria sibi dilatabit. Exemplis res clarescet. Fabulae primae *ἐπιμύθιον* quum de his communiter sit conceptum qui *φίλις* causis innocentes opprimunt, nihil officiet, quo minus & invasoribus alienae gentis, & in civitate tyrannis, & calumniatoribus in judicio, & Zoilis Carbiliisque in re litteraria, & Momis in communitate vitae applicemus. E diverso, fabulam 84. cujus restrictius est *ἐπιμύθιον*, ad jucunditatem vindictae fac extendi. Ipse Phaedrus exemplo suo praet fab. 13. 27. 68. Neque illicitum reor, fabularum opportunitates*

JO. LUD. PRASCHII

pro præsentis argumenti ratione mutare non nihil atque flectere, partem etiam, quæ lædere videatur prætermittere: veluti si dicturus, honestum debere lucro anteferri, recites fab. 56. atque in illo carmine finias: *Honorem fructu ne videamur vendere.* Nec vero tantum aut fabulosis folis, aut γνώμῃς πολιτικαῖς, quibus auctæ sunt, utemur; sed fabulas ipsas aut in proverbium contrahemus, aut quocunque ad eas modo alludemus: cum primis ubi tam fuerint notæ, ut in omnium ore atque animis versentur. Magistro iterum Phædro hoc discamus, qui non aliunde quam ex ipsa traxisse fabula videtur hanc, quam fab. 3. præmunivit, sententiam: *suopotius habitu vitam oportere degere.* Inde est, quod Quintilianus notat, *confinem esse fabulæ παραομιάν, & per allegoriam accipi, ut, nos nostrum, inquit, onus; vos cliellas.* Atque etiam symbola, similitudines, emblemata, ac si quæ sunt ejusmodi, nonnunquam ex fabulis utiliter struemus. Ex quo fiet, ut non modo in promptu semper habeamus, quod orationibus, consiliis, epistolis, colloquiis decorè inferatur; sed ingenium mire subigamus, id est, acutum, promptum, varium reddamus. Judicio autem excendo maxime infervit comparatio earundem aut similiarum fabularum, ab aliis atque aliis descriptarum: quæ ad indolem scriptoris quoque & artem pernoſcendam mirum quantum valet. Ea gratia Gabríz aliorumque fabulas παραλήψεις curiose annotavimus. Sic Phædrus fab. 19. conferri posset cum Justino 43, 4, 4. qui eandem brevius ac simplicius exsequitur. Ejusdem Phædri primam contendas licet, cum Æsopi sexta: sed ratione parumper diversa, quam rudi Minerva demonstrare non pigrabor. Principio ad eandem utraque metam tendit: quod enim in illa lupus & agnus, id in hac felis est &

P R Æ F A T I O.

gallus. Exprimunt vero ingenium τῶν ποτηρῶν φύσεων, præcipue tyrannorum, atque adeo ἀνλιπάθειαν, quæ est inter ipsos, & bonos ac sapientes: gradus item, quibus ad flagitia (id quod ad principia ac processus humanarum actionum in moralibus refertur) perveniri solet. Fit enim primum mentio *facis improba*: deinde ἡ βέλους καταφαγεῖν, five, ut explicat affabulatio, ἡ αἰρείου πλημμελεῖν: mox insidiosi *jurgii*, tanquam instrumenti: denique facti impetus, quem significat vox *conceptum*: &, qui ultimus actus est tragœdiæ, lacerationis ac vorationis. De jurgio id addo: edocti a conscientia tyranni, nihil execrabilius esse injustitia; de honesta sceleris præscriptione cogitant, μετ' εὐλόγης, ait Logographus, αὐτὸς ἀντίας βέλους καταφαγεῖν. Hinc varium certamen criminantis malitiæ, & tuentis sese innocentie. Ab illa parte stat astutia, impudentia, calumnia, mendacium; ab hac ratio, veritas, communis sensus. Sed vi tandem superat improbitas, dum argumentis nequit: vincitur veritas, quum maxime vincit. Dixi, in quibus hæc fabulæ convenirent: nunc, in quibus discrepent, evolvam. Lupus, dum ad flumen proficiscitur, in agnum casu incidit: felis certo consilio insidias gallo comparat. Lupo itineris causâ, fitis; facinoris, (quod idcirco gravius) improba cupiditas: feli utriusque causâ fames. Ἐγώ γε μὲν τοι, ait ipse, ἀτροφος ἔμενῶ. Felis gallum prius comprehendit, quam accusat, quippe qui posset *prodire volando*: lupus agno facile pernicior, perorata causâ reum corripit. Agno tria accusationis capita proponuntur, gallo duo. Illi opprobratur, quod aquam turbet; huic, quod somnum. Lupus violentior, qui suas injurias expostulat; calidior ælurus, qui speciose, hominum & naturæ causam agere se, causatur. Controversiæ lupi & agni

P R Æ F A T I O

agni de facto sunt, quæ *conjecturalis* constitutio; felis & galli de jure, quæ *juridicialis*, rite dicitur. Agnus inficiando crimina elidit, dum *ἀόρατα* demonstrat; gallus confitendo eludit, dum utilitatis publicæ rationes explicat, & argumenta convertit. Felis disputando fessus, immo victus, bene dissimulatam sævitiam indicat, causæque vitium, subigente conscientia, fatetur; lupus infamiæ metuentior (ex quo tyrannicorum ingeniorum diversitas elucet) agnum prius immolare parcat, quàm aliquid negatu non tam facile inveniatur, quod usque ab agni patre arcessit. Sed poëta personam ipsi detrahit, subjectaque *ἐπιπέσει* necis *injustitiam* promulgat. Et hæc quidem ad viam in Phædri lectione utcunque demonstrandam sufficere arbitrati sumus. Neque enim constipare omnia, quæ vel dici poterant, vel ab aliis bene jam dicta sunt, necesse habebamus. Quod institutum deinceps quoque servabimus.

P R Æ F A T I O N E S J O . S C H E F F E R I .

Lectori Benivolo S. D.

Habes ecce Phædri nostri tertiam editionem, quam ut publicarem, Dn. Gothofredi Schultzen, Bibliopolæ Hamburgensis perindustrii rogatu feci, qui desiderari eam per Germaniam significavit, suosque ad eam typos

JOAN. SCHEFFERI.

pos ultro obtulit. Speramus autem tanto hanc futuram gratiorem, quanto in ea & emendavimus plura, & prioribus adjecimus. Quod advertet facile, quisquis hanc conferre cum superioribus haud gravabitur. Plura hic addi necesse non existimo, & abunde factum in Præfatione editionis secundæ, quam idcirco huic subjecimus. Vale, studiisque nostris fave, lapsibusque æquum te ac humanum præbe. Scr. Upsaliæ a. d. 22. Decemb. 1671.

Quem secunda vice tibi damus, Lector optime, Quæ nobis editum, latinissimum elegantissimumque Scriptorem *Phadrum*, multiplex varique hæctenus fortuna circumegit. Primum enim omnium contra non opinionem modo suam, sed & meritum, inde propemodum, ex quo scripsit, notus paucis jacuit in tenebris, nullius certe, præter *Martialis Avienique*, veterum, quod ad nostram pervenire potuit memoriam, de se testimonium impetravit. Etiam post renatas litteras elegantiores mansit ignotus, donec contra expectationem omnium protractus est in lucem a clarissimi nominis doctrinæque viro, *Petro Pithao*, qui excudi eum primus fecit Augustoduni Tricassium in Galliis A. MDXCVI. sicut fit in curis primis, integre ac emendate parum. Placuit nihilominus is labor magnis doctrina viris, beneficioque haud levi affectos sese, tam illustri monumento sæculi præstantissimi publicato, passim sæpiusque sunt testati. Atque accidit eodem anno, ut vir singularis, deque litteris etiam humanioribus præclare meritis, *Conradus Rittershusius* sibi fumeret hanc operam, eundemque *Phadrum* in Germania commentariis doctissimis & illustraret, & corrigeret. Cui paulo post, nimirum
Anno

P R Æ F A T I O

Anno MDXCVII. *Conradus Schoppius*, vir ne-
 mini, ac ne nostro quidem fatis æquus, Spicilegium
 adjecit suum, non profecto contemnendum, licet
 sit, qui exagitet mirifice, ac fortasse plus, quam
 oportebat. Istis eruditorum virorum studiis excita-
 tus denuo vir clarissimus eruditissimusque *Jac. Rigal-
 tius*, eundem recudi fecit Parisiis Anno MDXCIX,
 & secunda vice Anno MDCXVII apud Rober-
 tum Stephanum, editione supra cæteras nitida &
 elaborata, simul addidit, quæ ex collatione codicis
 Bibliothecæ Remensis optimi ac antiquissimi ad me-
 liorem nonnullorum castigationem observasse sibi
 videbatur. Quanquam fuerat optandum, ut in hac
 editione, quæ revera essent ex Remensi codice de-
 prompta, quæ subnata ex *Rigaltii* judicio, ea cer-
 tioribus indiciis comparerent: quando constat, non
 easdem esse lectiones, quas in suis probat, sed nunc
 has, nunc illas anteferri, citra discrimen manife-
 stum eorum, quæ ex codice antiquo, vel judicio
 ipsius provenerunt. Certe quæ deinde circa Annum
 MDCXXX prodiit minori forma, per Seb. Cra-
 moisy excusa, in tam multis a priori, ut quid hu-
 jus illiusve fidei vel auctoritati tribuendum sit, haud
 discernatur. Nec interea destitit per Germaniam
 viri docti suum facere officium: quin imo fuit qui-
 dem *Isaacus Nicolaus Neveletus*, ipse quoque Gallus
 natione, qui Heidelbergæ, ut videtur, edidit Scri-
 ptorem hunc cum aliis ejusdem argumenti, eo ipso
 tempore. Præfationem sane suam Anno MDCX
 scripsit ad parentem, quæ superiori Anno MDCLX
 denuo Francofurti prodiit in lucem. Sed & eopse
 anno, sexcentesimo videlicet ac decimo, *Phædrum*
 publicavit *Meursius* in Batavis, opera Plantiniana
Raphelengii, una cum Symposio, & aliis, Notis
 item *Rittershusii Schoppique*, quas suis notis ac ani-
 madver-

JOAN. SCHEFFERI.

madversionibus locupletavit. Quæ editio ut est ni-
 tida & elegans, ita quæ a *Mewiso* adjecta habet, iis
 caruisse poterat majore aliquanto viri optimi aucto-
 ritate. Qui ut orbem eruditum suis elaboratissimis
 operibus pridem sibi habet devinctissimum, ita in
 hac parte invenitur pene nihil, quod doctrinæ ipsius
 respondeat. Post hoc tempus iterum neglectus no-
 ster *Phadrus* jacuit, donec in Germania dextram ei
 admoveret eruditissimus *Ursinus*, Ratisbonæ publi-
 caret Anno MDCLVII, textumque hic & illic
 docte emendaret. Unum optassemus, ut abstinuif-
 fet religionæ majori ab ejiciendis illis quibus officii
 juventutis moribus credebat. Licet enim argumenta
 istæc probus nemo laudet, neque sit incognitum,
 quam facile illa ætas ad deteriora pertrahatur, ta-
 men nihil esse, quod Scriptores veteres magis mu-
 tilarit, certo scimus, lacerosque ac deformes ad nos
 transmiserit, quam hoc pium fortassis, at intem-
 pestivum rescindendi reformandique omnia, ex ar-
 bitrio cujusque, studium. Quin potius, si oculis
 juventutis illa subducenda erant, relegari ad libelli
 calcem poterant, ne omnimoda exterminatione fie-
 ret deformior, quem jam ante satis membris aliquot
 habemus detruncatum. Eo ipso, quem prædixi,
 anno idem institutum fuit Cl. *Tanaquilli Fabri*, vi-
 ri citra controversiam doctissimi, qui cum una *Pu-
 blyi Syri* cum sententiis edidit Salmuri, Notasque
 cunctis longe præstantissimas doctissimasque, ac quæ
 cæteris palmam facile præripiunt, adjecit. Qua-
 driennio post, id est, Anno MDCLX. extitit
Ludovicus Praschius, vir & ipse doctus, qui eundem
 luci Gieslæ reddidit, neque pauca in eo, sive loca
 cogites suspecta, sive cætera intellectu parum ob-
 via, expedit. Hæsitavit tamen in aliquibus, quia
 nec *Rigaltii* editiones vidit, neque *Tanaquilli Fabri*,
 quæ

P R Æ F A T I O

quæ juvare ipsum potuissent. Quare tandem ego quoque motus suavitate Scriptoris, & sermonis Latini, quo est usus, rectitudine, sumere in manus denuo, & quia cum sæpius juventuti nostræ commendaveram, exemplaria vero comparari nulla posse, quantalibet pecunia sciebam, publicare eundem proposui. Verum deerant & mihi, quod plerisque officisse intellexi, quo minus absoluta darent, editiones omnes veteres recentefque, *Tanaquilli Fabri* maxime, de cujus ante alias præstantiâ indicium *Cl. Gronovius*, pro singulari suo erga me amore, quem prædicare nullo tempore intermittam, mihi fecerat. Tandem cura factum amicorum, ut & illa, & quæ tum novissime prodierat, *Praschiana* simul ad me perferrentur. Ita mea olim in Scriptorem nostrum consignata contuli cum editis, sicubi abiisse videbantur alio, quam vellet, *Phadri* animus, super eam simplicissime sententiam proposui. Prodiit ea nostra cura, una cum *Guyeti* notis, primum a nobis luci datis, Anno MDCLXIII. Neque multo post evenit, ut *Argentorati* proderentur optimi, cumque viveret multiplicibus nominibus conjunctissimi nobis Viri, *Dni Freinshemii* curæ, verum post ipsius obitum Anno MDCLXIV, ab *Henrico Holstio* Dano, viduæ *Freinshemii* relicte marito, atque sic *Freinshemiana* Bibliothecæ hærede. Quæ causa fuit, quod non omnia sic legantur exposita, sicut factum credimus fuisse, si *Freinshemio* ipsi vitam diuturniorem, quod ingentes viri virtutes, & vulgarem longe supergressa eruditio videbantur meruisse, Deus rerum humanarum arbiter voluisset largiri. Nunc cum præter *Meursianam* ultimamque *Rigaltianam* viderit editionem pœne nullam, sicut constat ex ipsius commentario, mirum esse nequit, quod & ipse alicubi vel hæsitavit, vel sententiam

pro-

JOAN. SCHEFFERI.

prodere suam intermiserit. Eodem anno quasi facta
 conpiratione illum ipsum *Phadrum* altera vice dedit
Tanaquillus Faber, nitidissimamque versionem Galli-
 cam, ipsisque Gallis ante cunctas fere versiones quo-
 rumlibet scriptorum probatam adjecit, nostram etiam
 editionem censura lustrare sua instituit. Qua in cen-
 sura sicut libertatem viri eruditissimi laudamus, nec
 obstare illi ulla intercessione nostra cupimus, ita stu-
 dio majore ponderata optassemus ea, adversus quæ
 dicendam sibi sententiam putabat. Poterat fortassis
 etiam alicubi formulis usus esse mitioribus de eo,
 quem contradicendi pruritu nullo, sed amore solo
 veritatis ad negotium hoc sentiebat plane adductum.
 Mihi sane adeo ad diem illum *Faber* fuit ignoratus, ut
 illius nihil ante, ac ne notas quidem in scriptorem
 nostrum, nisi fero, ut prædixi, viderim, vel lege-
 rim. Quare si editione ista, quam nunc publicamus,
 denuo excutimus, quæ ipse prodidit, parique liber-
 tate nostrum declaramus animum, ægre ferre non de-
 bet, cum, quod credimus, deprehensurus ipse sit,
 rationibus nos haud destitui & idoneis & multis. De
 cætero amare Viri eruditionem raram non omittimus,
 gratiasque illi agere pro multis, quæ in usum eruditi
 orbis partim hic, partim alibi publicavit, quin imo
 hortari eum, si quo pacto licet, sustinemus, ut hoc
 eruditionis genere, citra verborum acerbiteriam ta-
 men, & convicia in innoxios, publico prodesse per-
 gat. Quod vero nos ad alteram editionem accesseri-
 mus, inopia exemplarium est factum, quæ jam an-
 te biennium fere omnia sunt distracta. Cui eo magis
 erat succurrendum, quod plerique hoc Auctore nunc
 expoliendis primis discipulorum suorum rudimentis
 suasu meo utantur. Atque quoniam evenit in editione
 priore, ut exciderent nonnulla nobis sive festinanti-
 bus, sive oscitantibus, ea nunc correximus, senten-
 tiam.

* * *

tiam.

P R Æ F A T I O.

tiamque nostram commutavimus. Sed & explicata quædam parum evidenter, apertius interpretati sumus. Omnino enim, quod jam olim sumus professi, hac editione juventuti prodesse voluimus, præsertim nostræ, cujus informandæ & adjumenta idonea dispicere alios extra regiones istas posse difficulter arbitramur. Alia est nostra, alia aliorum ratio, quod adeo non ignorandum, ut attendi maxime in censura de nostris oporteat. Indicem postremo subjecimus locutionum & vocabulorum omnium, a *Cl. Freinshemio* concinnatum quidem primo, nostris autem usibus accommodatum: unde quædam ejus, quod innoxia libertate factum arbitramur, vel immutavimus, vel omisimus, vel denique adjecimus. Atque hæc sunt, quæ præstitimus in hac editione repetita, præstare profecto conati sumus. Cætera jam olim explicavimus: in textu nempe ultimam *Rigaltii & Tanaq. Fabri* esse nos secutos, nisi ubi temere omiserunt quæ in aliis legebantur. Loca vitiosa vel ambigua, quantum licuit, vel emendasse, vel saltem indicasse. Plurimum Nob. Ampl. Dnn. *NIC. HEINSII & JO. FR. GRONOVII* subsidio in his usos esse Latinitatem *Phædri* alicubi suspectam ex *Virgilio*, quem religiose sibi sumpserit sequendum, quandoque ex *Terentio*, & *Plauto*, & *Horatio*, & *Tullio*, & aliis comprobasse. Descendisse ad minuta etiam. Vim vocabulorum, aptitudinem, ordinem monstrasse. Denique hæc omnia fecisse juventutis causa, etiam cum periculo existimationis nostræ, quam augere talem operam haud posse novimus apud delicatos animos, nec nisi rerum maxime reconditarum explicatione suctos plurimum minuire. Quod si gratum utileque quid labore istoc nostro juventuti attulimus, proposito satisfactum nostro putabimus. Sin minus, apud æquos humanosque voluntatis saltem bonæ laudem nos consecuturos, minime desperamus. B. V.

T A.



I
illu
uap
vani
mor
mun
fene
rum
vulg
tem
tum
Philo
ctore
fabel
fionis
ctiffi
mih
man
tos C
prob
mon
riæ r
Ad r
attin

TANAQUILLI FABRI
IN PHÆDRUM

P R Æ F A T I O.



I, LECTOR, is essem, qui vulgi judicio dandum esse aliquid existimarem, longe aliud scriptio- nis argumentum mihi sumpsissem quam quod à me sumptum est. Quippe libellum illustrare aggredior, qui *περὶ τῶ ἐπίδειξιν, καὶ μαρμακοῦσαν δέλεαρ* est, nil quidquam habet. Sed vanis rerum haud ducor; quin contra, sapientissimorum hominum sententia impulsus, & vitæ communis usu edoctus, ita semper judicavi, hanc edificendæ sapientiæ rationem, quæ poëtarum Ethicorum intelligentiâ nititur, aliis institutionibus quæ vulgo usurpantur, anteponi debere, præsertim autem tristibus illis ineptiis, quæ adhuc, ita infectum seculum est, inconsulta juvenus sub specie Philosophiæ imbutur. Mirum itaque haud sit, auctorem fuisse me bibliopolæ describendarum Phædri fabellarum, & ad eas recensendas, aut animadversionibus purgandas, aliquid conferre me post tot doctissimorum hominum curas voluisse. Etenim hoc mihi *ἐν τοῖς μάλις* persuasum, plus profuisse humano generi hoc Scriptorum genus, quam sexcentos Chryssippos & totidem Crantoras, idque adeo si probare lubeat, allatis veterum Sapientum testimoniis ab usque Socrate ad præstantissimos memoriæ nostræ scriptores, nullo negotio facere possim. Ad notas autem & animadversiones nostras quod attinet, non est quod quis illas ideo aspernandas

P R Æ F A T I O

existimet, quod ad Phædrum scriptæ sint; namque alia ut mittam, Phædrus noster, quodcunque tandem de illo hominum ἀεροβαλάντων iudicium sit, Dionysio certe Catone inferior non est: cujus tamen disticha emendare, & notis suis meliora facere non erubuit Sol ille ingeniorum Josephus Scalliger. Adde hoc quoque repertum iri ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, quæ, emendatis oblata occasione aliis scriptio- nibus, se se elegantiorum hominum auribus proba- bunt. Sed ἀλλῆς φροσύνης: Ad rem ipsam venien- dum; nam de Phædro pauca dicenda arbitror.

Si, quæ olim à Suetonio Tranq. de poëtis, phi- lologis, ac grammaticis Latinis conscripta fuerant, ea ad nos integra pervenissent, Phædrum melius nossemus; neque enim credibile fit, prætermis- sum eum à Suetonio fuisse, qui tanta diligentia veterum illorum vitam perquisierat, & ad posteros, nisi in- vidisset malum literarum fatum, transmisserat. Phædri quidem Val. Martialis meminit, sed dunta- xat meminit. Neque plura nos docuit Avienus, qui sub Theodosio floruit. Quamobrem sibi ipse *facem luceat* Phædrus, suæ sibi vitæ scriptor sit & testis necesse est. Ut igitur à patria incipiamus, Thrax fuit; quod hominum genus primis temporibus & scientiarum artiumque cognitione, & morum seve- ra disciplina cultum fuit, vel propter colonias in oram maritimam à Phœnicibus deductas, vel quod olim, ut facile probare possum (quamquam id pau- cis cognitum) ὁμοιοι Atheniensibus fuerunt, & post in eam regionem recesserunt, quæ ab iis Thra- cia dicta est, supra Macedoniam, (hujus rei testis locuples est Isocrates:) Vel denique ob alias causas, quas ego divinatione non possum assequi. Sed, ut sunt humana, lapsu temporis tanta illos barbaries fœdavit, ut, Thucydide teste, nil crudelius, nil magis

m
P
tic
u
hu
vo

C
tio
est
Au
mn
rum
MS
sub
& f
hau
& a
tem
dilig
tio,
atqu
cos
quo
mep

E
In
F
Q
C
Lib
tum

T A N A Q. F A B R I.

magis cædibus gaudens fuerit. Inde igitur domo fuit Phædrus, neque illi ad præclararum artium cognitionem contendenti obfuit *ἄγχιον* illud patriæ *ἡβῆ*, ut nec Anacharfidi Scytharum feritas, aut Bioni inhumanitas Boristhenitarum, quos hodie Cosakas vocant. En tibi quod de se scribit:

*Ego, literata qui sum propior Græcia,
Cur somno inerti diferam patriæ decus?
Threïssa cum gens numeret auctores suos
Linoque Apollo sit parens, Musa Orptheo?*

Conditione servus fuit, (quod ei cum Terentio multisque aliis præstantibus ingenjis commune est;) sed quo casu factum sit ut Romæ in domo Augusta servierit, tam equidem scio, quam qui omnium minime. Postea ob elegantiam ingenij, morumque cultum manumissus est, unde in librorum MSS. titulo dicitur. AUG. LIBERT. Vixit sub Octaviano Cæsare, ac sub Tiberio, sub quo & scripsit, fortasse ante afflictum Sejanum, in quem haud dubie invehitur in antelocio lib. III. Potuit & ad Caii usque tempora pervenisse. In literis autem jam usque à prima pueritia institutus est perquam diligentissime; quod & matura percoctaque eruditio, & linguæ Latinæ lenis illa & æquabilis puritas atque ingenuitas, vel me tacente, pervincant, apud eos saltem iudices queis aures eruditæ sint. Hinc est quod de se alicubi magnifice fortasse, sed vere tamen, ausus dicere est:

*Ego, quem Pieria mater enixa est iugo,
In quo Tonanti sancta Mnemosyne Jovi
Fœcunda novies Artium peperit chorum;
Quamvis in ipsa natus sim pene schola,
Curamque habendi penitus corde eraserim.*

Libellos autem suos scripsit ad Particulonem, Philetum, & Eutychem, quos omnes arbitror pileata capite

P R Æ F A T I O

pita fuisse; certe nomina ipsa civium Romanorum non sunt. Calamitatem passus est gravissimam, ut frequentes de illa querelæ satis probant: sed cujus ea generis fuerit, Oedipi est divinare, non nostrum. Quæcumque illa tandem fuerit, ejus in Sejanum causam confert: ita enim exponendi versus ij. videntur, qui lib. III. occurrunt.

Quod si accusator alius Sejano [id est alius à Sejano] foret,

Si testis alius, judex alius denique,

Dignum faterer esse me tantis malis,

Nec his dolorem delenirem remediis.

Cæterum ita vim & genium fabellarum suarum noverat, ut multam magnamque sui partem ad posteros pertinere existimaverit; quæ spes eum usque adhuc frustrata non est, neque posthac frustrabitur. Versus sunt lib. V.

Particulo, chartis nomen victurum meis,

Latinis dum manebit pretium literis.

De dicendi autem genere si roges quid sentiam, dicam equidem, & quasi me Censor rogaret, **EX ANIMI SENTENTIA**; Neminem arbitror à felici illa Terentii simplicitate propius abesse:

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat

Τοίν οι χάρεις ἀμφιπερασεφει) ἐπέεσσιν.

Itaque adeo nec dubitavimus olim alterum cum altero comparare; sic enim ludibundi scripsimus:

Parce Barbaras vocare, quas Hebrus terras lavit;

Barbaras vocare parce, Phædrus en noster vetat,

Tibris illum sic amavit, pileato ut nemini,

Qua patet Romanus orbis, plus debere dejeret,

Ni Lybissa terra scenis protulisset Publium.

Nemo certe è veteribus ingenio fuisse videtur ad illam Terentii semper lenitatem magis factò quam Phædrus, quod & necesse fuerat; ea enim est Apo-
logo

T A N A Q. F A B R I.

logorum atque adeo fabellarum omnium natura, ut sermone non debeant nisi facili, nisi molli, placidoque tractari. Quamobrem si quis erit qui scripturam hanc fabularem pro levi & nugatoria cotemnat; eum ego maximo opere oratum velim, principio ut meminerit, sapientem (quod ajunt veteres critici & in iis præstantissimus magister) gaudere fabulis, dein revocet in memoriam quod in Phædone dicit Socrates, ἔς περὶ χείρας εἶχον ἢ ἠπιστάμην μύθους ἔ Διῶπις, τέτων ἐποίησα οἷς πρῶτοις ἐνέτυχον: Reputetque apud sese, num contemnendus videatur Phædrus, qui ea Latine præstiterit, quæ olim Græcè tentaverat Socrates.

VITA PHÆDRI

à Joh. Scheffero Argentoratensi composita.

PHædrus, cujus pauci meminerunt apud veteres, si non ante, sub Augusto saltem natus fuit. Virgilium profecto ac Ovidium est æmulatus, qui utrique sub Augusto florere. Quin imo Augusti mentionem facit ipse, tanquam ejus sub quo vixerit, cujusque gesta quædam observavit. Nam cum lib. III. c. 10. præmisisset: *narrabo tibi, memoria quod factum est mea*, subdit: *a Divo Augusto tunc petiere iudices*. Patriam habuit Thraciam, ut ipse indicat præfat. lib. III. his verbis.

Cur somno inertis deseram patriæ decus?

Threïssa cum gens numeret auctores suos,

Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo.

Sed hoc alii; amplius observatione dignum, quod in monte Pierio videatur editus, quem antiqui sedem atque domicilium Musarum credidere. Ita namque, dicto loco;

Ego, quem Pierio mater enixa est iugo,

In quo tonanti sancta Mnemosyne Jovi

Fœcunda novies artium peperit chorum.

Vides simul, in hoc monte Musas genitas putasse olim. Unde quoque nata est opinio, quod ibi commorentur. *Strabo lib. X. A cantilena & numeris, & instrumentis, & Thracica omnis Musica, & Asiatica fit magni. Quod ex eo liquet, quia ibi loca sunt, in quibus velut sedibus suis Musæ esse dicuntur. Nam Pieria, Pimpla, Libethrum olim Thracia fuerunt montes regionisque.* Sic hunc locum verto, quem obscurius nonnihil *Casaubonus* reddidisse videtur. Jam quia Musæ artium omnium ac literarum deæ, post superius allata verba Phædrus subjecit, *natum se in ipsa prope schola.* Parentes quos habuerit, haud constat. Saltem quoniam in Thracia editus, Thrax ipse fuit, minime servilis extitisse conditionis credi possunt, ac sic casu potius, quam nascendi forte, factus esse servus, neque cum *P. Pisæo*, libertinum Augusti, sed *libertum* appellari oportere. Cæterum quis ille casus fuerit, nemini est promptum dicere. Nisi fors quis divinare velit ex *Suetonio*, quando de Octavii Augusti patre scribit cap. 3. *Bessos ac Thracas magno prælio fuisse,* Potuit nimirum evenisse tum, ut cum aliis capti-

VITA PHÆDRI à JO. SCHEF. CONSC.

captivus Romam duceretur. Quod si quis admittit, primam Phædri se extendere ætatem etiam ad Julium necesse est. quando memoratum bellum gestum eo tempore, quo Cæsar solus gessit consulatum, atque Q. Cicero Asiæ administravit. Nec fortasse multum obstat huic sententiæ, cum præsertim senectutis suæ passim Phædrus ipse mentionem faciat temporibus Sæjani. Ingenium videtur habuisse probitatis aique honestatis amans, ostenduntque tot egregiæ sententiæ, quæ in hoc opusculo occurrunt. Quinimo & alios juxta secum ad virtutis cultum incitare studuit, ut palam in Præfat. lib. II. ostendit. Pertinet huc quoque, quod eodem libro habet de ardalionum natione, multo labore nil agente :

Hanc emendare, si tamen possum, volo.

Nec interea morosus fuisse credi potest, sed jucundus, hilarisque, ut potissimum ex lib. I V. cap. 13. & 14. item cap. 16. liquet. Opes & pecunias alto generosoque animo contempsit semper, ut de se testatur ipse lib. III. præf. ubi *curam habendi penitus corde erasisse* scribit. Maxime vero hoc egit, cum videret, quam multis exitiales essent suo tempore pecuniæ. Id quod innuit lib. 5. fab. 4. ubi ait, post allatam fabulam de asino, detrectante hordei comedere reliquias, quo faginatus porcus, Herculi deinde immolatus fuit :

Hujus respectu fabula deterritus

Periculosum semper vitavi lucrum.

Et profecto tunc opulentissimum quemque à Tiberio variis criminationibus circumveniri solitum non ipse modo docet in sequentibus, sed & exemplis a *Suetonio* cap. 19. & *Tacito* VI. An. c. 19. aliisque locis allatis comprobatur. Quemadmodum vero negligens fuit opum, ita ex adverso gloriam sectatus est, eam maxime, quæ est ex literis doctrinaque. Ideo & de obtenta ea tantum non triumphat, in præf. lib. III. ubi ait :

Ergo hinc abesto livor, ne frustra gemas,

Quoniam mihi solennis debetur gloria.

Sic ab initio lib. V. *mibi parta laus est*. Quin imo tam præclare de se sentit, ut & aliis famam nominis ac immortalitatem dare posse scriptis crediderit, Inde ad Particulonem lib. V.

Particulo chartis nomen victurum meis.

Litteras autem ipsas magno animi ardore est aggressus,

V I T A P H Æ D R I

& in illis eam partem maxime, quæ poësis appellatur. Liquet vel ex eo, quia puerum se etiam tractasse Ennium fatetur, & ex eo versum citat lib. IV. circa finem, ubi Ennium intelligit, cum ait:

Ego quondam legi quam puer sententiam;

Palam mutire plebejo piaculum est;

Dum sanitas constabit, pulchre mentero.

Atque hinc fortasse factum, ut Æsopi fabulas versu potius, quam oratione prosa comprehenderet; de quibus amplius nunc aliquid dicendum. Scripsisse eas in ætate ultima ipse innuit non uno loco, pertinetque huc potissimum postrema, quæ in libro quinto est, fabella. Quin & tempus potest colligi quodammodo ex libri tertii proœmio, quo videlicet Sejanus pro arbitrio cuncta gessit sub Tiberio, suamque latissime potentiam exercuit. Ubi simul etiam causa scripti hujus aperitur. Calamitas nimirum certa & peculiaris, in quam odio & persecutione Sejani præcipitatus, fortunam, quia non licebat aperte, ob potentem adversarium, occulte saltem, & sub involucris fabularum exponere, depingendoque mores ejus & flagitia, velut ultionem sumere de ipso, seque consolari sic suscepit. Ita enim est intelligendus locus totus qui occurrit in prædicto proœmio.

----- *Servitus obnoxia*

Quia, quæ volebat, non audebat dicere,

Affectus proprios in fabellas transtulit,

Calumniamque fictis elusit jocis:

Ego porro illius semita feci viam,

Et cogitavi plura, quam reliquerat;

In calamitatem deligens quadam meam.

Secutus in plerisque est Æsopum, nisi quod interdum etiam historias admisceat, ut ex lib. III. cap. 10. & lib. V. c. 1. intelligitur. Sed & ex illis ipsis Æsopi, non omnino omnes, verum cum delectu eas saltem, scribere suscepit, quæ servirent instituto, id est, vel Sejanum tacite arguerent, vel calamitatem propriam declararent. Ita statim ab initio offert fabulam de lupo & agno, quorum ille Sejani, hic Phædri speciem exhibere debet. Igitur & sic concludit eam:

Hac propter illos scripta est homines fabula,

Qui fictis causis innocentes opprimunt.

Quibus verbis manifeste fortem suam deplorat, & Sejanum

cruc-

crudelitatem significat. Nec fortassis aliud quid altera respexit fabula, quam ut hydro ingenium Sejani, quodque ipse animabat veluti, Tiberii exprimeret, eique opponeret patientiam, humanitatem, bonitatem Augusti, sub quo primum vixerat. Sed & tertia quartaque manifestum continent augurium de futuro Sejani casu: quem haud fecus ac graculum omnes ob factum intolerabilem olim essent deplumaturi. Quod si eveniet, similem vult futurum cani, qui dum captat alia, ea etiam, quæ possidet, amittat. Nec sefellit Phædrum ista præflagitio, uti ex historia Sejani manifestum est. Verum istæc obiter, & tantum, ut ostendam causas & occasiones harum fabularum. Quas intelliget etiam in cæteris, qui conferre ista tempora cum iis volet. Nam coherent inter se pulcherrime, hocque sine sunt ab eo selectæ, sicut ipse lib. III. cap. 12. & IV. in præmio indigitat. Scripsit porro has fabellas stylo longe optimo ac Latinissimo, ut plerique docti traderunt, quod ex testimoniis ipsorum alibi propositis apparet. Nam quod *Schoppius* in eo nescio quid barbari ac Thracici subodoratur, id plane est ejusmodi, quale ejus, qui in *Tito Livio* deprehendit Patavinitatem. Itaque hucusque nemini ex doctioribus suam approbare potuit sententiam, nec credo unquam approbabit. Nos, qui & ipsi semel iterumque, ac cum cura Nostrum legimus, adeo nil invenimus istiusmodi, ut in plerisque *Virgilium*, in cæteris *Plautum*, *Terentium*, *Ovidium* imitatum esse opinemur, nec fallacibus argumentis exemplisque in *notis* nostris demonstramus. Denique ipse longe aliter, quam *Schoppius* de his ad Particulonem,

- - - *Chartis nomen victurum meis,*

Latinis dum manebit pretium litteris.

Quasi diceret, se ita scripsisse has fabellas, ut si modo ullum pretium manebit sermonis Latini, propter eum in auctoritate ac existimatione sint futuræ. Nec ipsius solum fuit hoc judicium, sed Particulonis etiam, & aliorum, quippe qui & verba formulasque ejus ex libellis hisce ediscebant, scriptisque inferebant suis. Noster manifesta in præf. V.

Mibi parta laus est, quod tu, quod similis tui

Vestras in chartas verba transfertis mea,

Dignumque longa judicetis memoria.

Quanquam autem tanti fuerint æstimati hi libelli, vivo etiam

etiam adhuc auctore, tamen non magis ipsi, quam vulgo solent aliorum, evitare invidiam potuerunt. Alii habere quædam fatebantur bona, sed ea ex Æsopo mutuo accepta, cætera ut excogitata sint à Phædro, ita mala esse ac inepta. Vide cap. 20. lib. IV. Alii cum nil possent aliud, brevitatem & obscuritatem earum accusabant. Indicat id ipse lib. III. cap. 10. ubi ait:

Hæc exsecutus sum propterea pluribus,

Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus.

Erant &, qui argumenti vilitatem, & humilitatem styli ac orationis arguerunt, sicuti ex lib. III. cap. 6. toto intelligitur. Denique qui nil horum audebant, vindicabant sibi, quod inventum erat a Phædro, invidia gloriæ alienæ. Hoc enim voluit toto cap. 13. lib. III. ut vel ex conclusione ejus liquet. Libellum primum, & secundum edidit sine dedicatione, cum nuda præfatione ad lectorem qualemcunque, eam secutus causam, quam in præcedentibus prodidimus. Invenerunt statim amatores, interque alios Eutychem: cui propterea, & quoniam ad supplicium tractus fuit interim Sejanus, libellum tertium, & quemadmodum conjicio, quartum: itemque Particlonem, cui libellum quintum dedicavit. Eutychem vero ille ac Particulo qui fuerint, haud facile est dicere. Facit ipse noster alterum gravibus crebrisque negotiis occupatum, & potentem. Itaque & opem ejus contra æmulos ac inimicos, potissimum vero calamitatem, in quam innocens invidia Sejani venerat, implorat. Ac fortasse fuit quispiam ex libertis in Tiberiana aula, nam in talem convenit potissimum sermonis peregrini nomen. Fortuna Phædri reliqua quæ fuerit, nonnihil patet ex superioribus. Primum in ætate puerili captus, Romamque ex Thracia deportatus, ibique ab hero suo, quocunque denique, ad consuetudinem illorum temporum, litteris imbutus fuisse videtur. In quibus cum non parum profecisset accidit forte, ut in domum Augusti, vehementer doctos homines amantis, vocaretur. Ubi cum probasset suam fidem, elegantiam ingenii, morum probitatem, paulo post manumissus ac libertate donatus est. Id quod indicat vel titulus opusculi, in quo LIBERTI CÆSAR. AUGUSTI nominatur. Quem qui de Tiberio accipiunt, ut fit à Demestero, & nonnullis aliis, mihi equidem haud satisfaciunt. Et mecum sentiunt ex cruditis plurimi, quos inter est

Septi-

à JO. SCHEFFERO CONSCRIPTA.

Septimius Florens quoque. Mox Augusto defuncto, & Tiberio imperium administrante incidit in calamitatem magnam. nulla sua culpa sicut aliquoties testatur, verum odio Sejani, qui eum fictis criminibus accusaverat juxta, &, ut fuit potentissimus, damnari fecerat. Ita enim docent verba ejus, quæ leguntur in præfat. lib. III. Nec fortassis tam obscuri tituli sunt criminationi ejus, ut videntur, si bene reputamus, quod versatus fuerit in domo Augusti, ab ipso clementer habitus, in libertatem restitutus. Id enim absque dubio fuit causa, cur Augustum primo, & mox eo defuncto posteros illius amaret coleretque. Quos inter cum extiterit primum Agrippa, & deinde Germanicus, non potuit profecto deesse ratio Sejano criminaudi nostrum apud invidentem atque suspicacem principem Tiberium. Tulit autem hanc calamitatem magno animo, & remedium adversus eam petiit ex litteris. Nec defuerunt amici, qui eum solarentur, & promitterent suam opem. Inter quos Eutyclus præcipue, quem propterea ad solvenda promissa sine lib. IV. sedulo adhortatur. Quando diem suum obierit, ignotum est. Saltem post Sejanum vixit, quod apparet ex iis, quæ de ipso tradit. Nec enim verisimile, fuisse scripturum vivo Sejano talia, cum & post obitum illius extiterint, qui hominem metuerent. Periit porro Sejanus anno Tiberii decimo octavo, a quo ad consulatum Julii solitarium, quo Romam venisse Noster videtur, anni circiter sunt septuaginta, ut septuagesimum superasse annum ætate sua sit necesse, ac propterea nec videri possit mirum, totiens de senectute sua conqueri.

DE ÆTATE PHÆDRI,

Ex Gerar. Vossio de Poëtis Latinis.

SUB Tiberio vixit Phædrus Thrax, Augusti Caesaris libertus, ut qui se Augustum dicat vidisse jus dicentem. & Bathillum Cilniæ Mæcenatis saltantem. Reliquit quinque libros fabularum Æsopicarum, jambicis conscriptos. Antiquissimus, qui earum meminit, est Avienus, præfatione in fabulas Æsopicas ad Theodosium Macrobius. Nec mirum adeo non meminisse Senecam, ubi loquitur de fabularum Æsopicarum scriptoribus. Nam de Romanis loquitur: hic se Thracem prædicat.

JUDICIA ET TESTIMONIA DE PHÆDRO.

Phædrus ipse de se lib. V. 6, 42.

- - - chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit precium litteris.

Particula, aliique, de quibus Phædrus præf. V.
Vestras in chartas verba transfertis mea.

Martialis III. Epig. 20. de Canio.
An æmulatur improbi jocos Phædri?

Avienus in præfat. fabularum suarum.
Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos re-
solvit.

*Septi. Florens Christianus, in Carm. ad Pithæum
de Phædro loquens.*

- - de stylo atque tempore,
Par proximusve Laberio vel Publio.

Rittershusius in epist. dedicatoria Phædri.
Fabellas continet opusculum expositas sermone Latino &
puro atque genuino, in quo multas antiquæ elegantia not-
tas impressas cernere est, multas legere sententias, ad
quaslibet vitæ partes utilissimas.

*Idem in Epist. ad Camerarium, ubi & de Camerarii
Bongarsique judicio, hoc modo.*

De hoc libello idem ego tecum, & cum politissimo viro,
Jacobo Bongarsio sentio, elegantem esse cumprimis, &
florete etiam, ac pura lingua Latina scriptum, ac sup-
parem esse judicio hunc Phædrum Laberio ac Publio Sy-
ro Mimographo.

Lipsius ad Senec. Consol. Polyb. c. 27.

Phædrus, Tiberii Libertus, jam condiderat (logos Æso-
pi) & pulcherrimis versibus Latinos fecerat, qui extant.

Rigaltius in dedic. ad Thuanum.

Hæc ratio fabulares liberti jocos, vernula urbanitate ama-
biles argutias, placere tibi posse persuasit.

Idem paulo post.

Habe igitur imperatorium libertum, quem inter rustican-
dum suaviter fabulantem, imo graviter, & quidem pau-
cis philosophantem admireris.

Lant.

JUDICIA ET TESTIMONIA DE PHÆDRO.

Laur. Pignorius epist. 12.

Etiam ego venire possim in litterarum plausum, vel loquitur elegantissimus fabulator *Phædrus*.

Barthius XXXV. Adver. c. 21.

De *Phædri* fabulis ita judicant doctorum plerique, esse ingenuæ Latinitatis, neque mentiri ævum Tiberii. In quorum ego prorsus opinione sum, licet unam & alteram subdititiam & insititiam esse jam olim notarim.

Schottus Observ. Humanar. II. c. 19.

Adjicio, pereruditos extitisse libertos Tiberii *Phædrum*, Æsopiarum lepidum scriptorem.

Schoppius in Paradox. litter.

Similiter apud *Phædrum*, cultissimum fabularum scriptorem legimus.

Idem in Infamia Famiani. p. 86.

Eum tamen scriptorem (*Phædrum*) velut domo barbarum, & sermone non parum sæpe plebejum non nisi cum discrimine ac delectu imitandum intelligo.

Idem in Consultatione II.

Phædrum tamen & *Hyginum* velut elegantia minus studiosos plebeja plusculum usurpassè apparet.

Demsterus ad Rosinum.

Phædrus Thrax, Tiberii libertus, fabularum luculentus scriptor.

Tanaquillus Faber. in Praef. ad Notas Phædr.

De dicendi genere si roges, quid sentiam, dicam equidem, & quasi me censor rogaret, ex animi sententia; Neminem arbitror a felici illa *Terentii* simplicitate propius abesse; & mox: Nemo e veteribus ingenio fuisse videtur ad illam *Terentii* semper lenitatem magis factò, quam *Phædrus*, quod & necesse fuerat, ea enim est apologorum, atque adeo fabellarum omnium natura, ut sermone non debeant, nisi facili placidoque tractari.

Multorum aliorum judicia collegit eruditissimus Axenius, quæ videre apud ipsum potes. Adde unicum, nimis discrepans a cæteris, sed tamen dignum legi, ut liqueat, nil tam bene dici, ut non inveniat adversarium.

JUDICIA ET TESTIMONIA DE PHÆDRO.

*Scrivenerius ad III. Ep. Martialis 20. ubi poeta : An
amulatur improbi jocos Phædri.*

Possuntne magis decoquere de judicio, ac magis ludere de otio suo viri docti, qui existimant, fabulatorem Phædrum a Cl. Pithæo editum, & cujus Avienus quidam in præfatione fabularum suarum Ælopiarum ad Theodosium meminit, hunc eundem esse, de quo loquitur Martialis? Volunt nos credere scilicet, Libertum illum Augusti Cæsaris fuisse, stylo atque tempore parem proximave Laberio vel Publio Mimo, & quidem post Sejanum damnatum, sub Tiberio vixisse, atque adeo post Sejanum damnatum, Nugæ. Certe, nisi vehementer fallor, ævo illo dignus cenferi minime potest scriptor iste, cuicui tandem ille alapas & libertatem debeat. Parco argumenta sigillatim apponere, quæ me movent, & cogunt seorsum sentire, fœtumque alienissimum pronunciare impellunt a jocos Phædri, cujus hic Martialis meminit. Ostendam fortasse alia plene, ubi otium erit, & animus istæc frivola pertractandi. Interim considera mihi, quæ olim Perottus, Pontifex Sepontinus in Commentariis suis ad librum I. Martialis consignavit ad hunc locum: *Quid possunt hedera Bacchidare, &c.* Allusit, inquit, ad fabulam, quam nos ex Avieno in Fabellas nostras adolescentes jambico carmine transtulimus,

Olim quas velent esse in tutela sua:

& quæ sequuntur tibi totis duodecim versibus & finiunt,

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.

quæ ipsissima Phædri illius sunt a Pithæo primum, & postea Rittershusio, Rigaltio atque aliis editi, notisque & scholiis illustrati. Extant lib. III. fab. 18.

P R I V I L E G I E.

DE STAETEN VAN HOLLANT ENDE WEST-VRIESLANT. Doen te weten, alsoo Ons vertoont is by Hendrick Wetstein, Burger en Boekverkooper tot Amsterdam, hoe dat by Suppl. onder de Perse ende byna voldrukt hadt Phædri Fabulæ cum notis doctorum virorum, accurante Petro Burmanno, waer in nevens anderen mede bygevoegt word de Commentarius Marquardi Gudii, nyt desselvs naegelaetenen manuscripten nu eerst in 't Ligt gebracht, en by de Suppl. geacquireert; als mede een nieuwe Index Philologicus in omnia verba Phædri à Nicolao Dispontijn recens conscriptus. Maer dat de Suppl. bedugt zijnde dat eenige baetzoekende menschen mogten onderstaen hem de voorschreue Commentarius Gudii of Index Philologicus Nicolai Dispontijn nae te drucken, keerde by Suppl sig in diepe onderdanigheyt tot Ons, met ootmoedig versoek, omme tot voorkominge van sijn Suppls. groote schade ende nadeel aen hem te verleenen Ons Octroy ende Privilegie, om geduyrende den tijd van vijftien achter een volgende Jaren, in deese Onse Provintie alleenig te mogen drucken, doen drucken ende verkoopen de voorsz. Commentarius Gudii en Index Philologicus Nicolai Dispontijn over Phædrus, met verbod, dat niemant anders hier in onsen Lande, deselve, ofte een van beyden, in 't groot ofte in 't kleyn, in 't geheel ofte ten deele, ofte in eenigerhande manieren, soude mogen drucken, doen drucken, ofte elders gedrukt hier in onsen Lande inbrengen, verruylen ofte verkoopen, onder seekere pæne by de overtreders te verbeuren; **SOO IS 'T** Dat wy de saeke en 't versoek overgemerkt hebbende, ende geneegen wesende, ter beede van de Suppl. nyt onse rechte wetenschap, souveraine magt, ende autoriteyt den selve Suppl. geconsenteert, geacordeert, ende geoctroyeert hebben, consenteeren, accordeeren, ende Octroyeeren mits deesen, dat by geduyrende den tijd van vijftien eerst agter een volgende jaaren de voorsz. Commentarius Marquardi Gudii, ende de Index Philologicus Nicolai Dispontijn, binnen den voorsz. onsen Lande alleen sal mogen drucken, doen drucken, nytgeven ende verkoopen; verbiedende daarom allen ende eenyege lijcken, deselve Notæ Gudii ende Index N. D. ofte een van beyde, in 't groot of in 't kleyn, in 't geheel of ten deelen, ofte in eenigerhande manieren, naar te drucken, ofte elders naargedrukt, binnen den selven onsen Lande te brengen, nyt te geven, ofte te

ver-

verkopen, op verbeurte van alle de nagedruckten, ingebragten,
 ofte verkogte exemplaren; ende een boete van drie hondert guldens
 daer en boven te verbeuren, te appliceren een derde part voor den
 Officier, die de calange doen sal, een derde part voor den armen der
 plaetse, daer het casus voorvallen sal, ende het reſteerende der de-
 part voor den Suppl. Alles in dien verſtande dat wy den Suppl.
 met deſen onſe Octroy alleen willende gratificeren tot verhoedind-
 ding van ſijne ſchaede door het naedrucken van het voorſz.
 Boek, daer door in geenigen deele verſtaen den Inhoudt van
 dien te authoriſeren, ofte te advooceren, ende veel min het ſelve
 onder onſe proteſtie ende beſcherminge enig meerder credit, aen-
 ſien ofte reputatie te geeven, nemaer de Suppl. in cas daerinne
 iets onbehoorlijks ſoude inſlueren, alle het ſelve tot ſijnen laſte ſal
 gehouden weſen te verantwoorden; tot dien eynde wel expreſſi-
 lijk begeerende, dat by aldien hy deſen onſen Octroye voor het ſelve
 Boek ſal willen ſtellen, daer van geen geabrevieerde ofte gecon-
 trabeerde mentie ſal mogen maken, nemaer gehouden ſal weſen
 het ſelve Octroy in 't geheel ende ſonder eenige omiſſie daer voor
 te drucken, ofte te doen drucken, ende dat hy gehouden ſal zyn
 een exemplaar van het voorſz. Boek gebonden en welgecondi-
 tionceert te brengen in de Bibliothec van onſe Univerſiteyt te
 Leyden, ende daer van behoorlijck te doen blijcken; alles op pene
 van het effect van dien te verlieſen; ende ten eynde den Suppl.
 deſen onſen conſent ende Octroye moge genieten als naer behooren.
 Laſten wy allen en een yegelijcke die 't aengaen magh, dat ſy de
 Suppl. van den Inhoudt van deſen doen, laten ende gedogen
 rechtelijck, vredelijck ende volcomentlijck genieten en gebruy-
 ken, ceſſerende alle belet ter contrarie. Gedaen in den Hoge
 onder onſe groote Zegele hier aengehangen op den achtſte Novem-
 ber, in 't Jaer ons Heere en Saligmakers, duyſent ſes hondert
 ſeven-en-tnegentigh.

A. Heinfus Ut.

Ter Ordonantie van de Staeten,

SIMON van BEAUMONT.

Pag.
 2
 3
 13
 17
 25
 34
 38
 54
 56
 67
 77
 78
 86
 88
 89
 115
 116
 119
 145
 159
 165
 182
 188
 209
 230
 236
 249
 265
 271
 280
 301
 312
 in

ERRATA.

a & b indicant columnas Commentarii textui
subjecti.

| Pag. | lin. | habet. | co. rige. |
|----------|------------|----------------------------|-------------------------|
| 2 | 19. b. | <i>Æsopias</i> | <i>Æsopis</i> |
| 8 | ante p. a. | <i>amaenam</i> | <i>amœnum</i> |
| | 20. b. | <i>latissime</i> | <i>latinissime</i> |
| 13 | 21. b. | <i>dolor</i> | <i>dolor &</i> |
| 17 | 8. | <i>dein</i> | <i>deinde</i> |
| 25 | 17. b. | <i>Sulmona</i> | <i>Sulmone</i> |
| 34 | 18. b. | <i>Oratione</i> | <i>Orationem</i> |
| 38 | 11. a. | <i>prœlia</i> | <i>prœlio</i> |
| 54 | penult. b. | <i>eodem</i> | <i>eodem</i> |
| 56 | 2 | <i>modicum</i> | <i>modium</i> |
| 67 | 5 | <i>extudit</i> | <i>exterit</i> |
| 77 | 8. b. | <i>ordaceum</i> | <i>ordaceum</i> |
| 78 | 1. | <i>at</i> | <i>&</i> |
| 86 & 87. | pro | <i>Milvius ubique leg.</i> | <i>Milvus</i> |
| 88 | 5. | <i>fabulas</i> | <i>fabellas</i> |
| 89 | 25. a. | <i>lib. 8.</i> | <i>lib. 1.</i> |
| 115 | 14. | <i>tintinabulum</i> | <i>tintinnabulum</i> |
| 116 | 31. b. | <i>turdantia</i> | <i>turdantia</i> |
| 119 | 9. b. | <i>post trahendum.</i> | <i>adde SCHEFFERUS.</i> |
| 145 | 30. | <i>quidem</i> | <i>quidam</i> |
| 159 | 19. b. | <i>abducta</i> | <i>advecta</i> |
| 165 | 1. | <i>crudelitas</i> | <i>credulitas</i> |
| 182 | 8. | <i>garrulum</i> | <i>garrulam</i> |
| 188 | 4. a. | <i>56. cognovi</i> | <i>55. cognovit.</i> |
| 209 | 8. | <i>pedissequos</i> | <i>pedisequos</i> |
| 230 | 18. a. | <i>epist. 21.</i> | <i>epigr. 20</i> |
| 236 | 4. b. | <i>Lucianus</i> | <i>Lucanus</i> |
| 249 | 13. b. | <i>minus</i> | <i>nimius</i> |
| 265 | 3. | <i>ad marg. 15.</i> | <i>10</i> |
| 271 | 1. b. | <i>post amor, adde</i> | <i>apud Petronium</i> |
| 280 | 17. b. | <i>deivō</i> | <i>deivoi</i> |
| 301 | 1. | FAB. VI. | FAB. VII. |

312 ad finem notæ 7. hac verba: Forte, nos. HEINS. sunt delenda;
& inserenda sequenti notæ 8. post verb. SCHEE.

**** 2

IN

IN INDICE PHÆDRI.

Sub verbo Cura condit quid. 3, prol. lege 4, prol.
Sub verbo In hoc. 4, prol. lege 5, prol.

IN NOTIS GUDII &C.

| | | | |
|-----|---------|-------------------------|-------------------------|
| 215 | 4. | Ecl. 1. | Ecl. 2. |
| 219 | 3. 4 | quem. Tatus | quod. Stadius |
| 224 | 24. | <i>rursus</i> | <i>curfus</i> |
| 249 | 2. | <i>vehementis canis</i> | <i>vehementi canis.</i> |
| 256 | 15. | el. 1. | el. 4. |
| 263 | 31. | celebribus. Carius | celebribus Carini |
| 266 | 33. | <i>sibi</i> | <i>sui</i> |
| 270 | 34. | <i>ars</i> | <i>ars</i> |
| 274 | 10. | est | & |
| 278 | 11. | <i>pinguntque</i> | <i>pinguntque</i> |
| 280 | 5. | <i>Aufoniorum</i> | <i>Ufipiorum</i> |
| 281 | 19. | inguina, traduntur | inguina tradebant |
| 283 | 36. | In | M. |
| 305 | 31. | nostræ | nofter |
| 326 | penult. | reguli | regali |
| 328 | 30. | <i>divos</i> | <i>divis</i> |
| | 39. | coherent | cohaeret |
| 369 | 11. | <i>comprefus</i> | <i>comprensus</i> |
| 409 | 22. | <i>quidam</i> | <i>quidem</i> |

I.

PHÆDRI FABULARUM
INSCRIPTIONES.

Prior numerus librum, alter fabulam notat.

| | |
|--|--------------|
| <i>Æsopus ad Garrulum</i> | 3, 19 |
| <i>Æsopus ludens</i> | 3, 14 |
| <i>Æsopus & petulans</i> | 3, 5 |
| <i>Æsopus & rusticus</i> | 3, 3 |
| <i>Anus ad amphoram</i> | 3, 1 |
| <i>Anus diligens virum ætatis mediæ, item Puel- la</i> | 2, 2 |
| <i>Apes & fuci, vespa iudice</i> | 3, 13 |
| <i>Aquila, cornix, & testudo</i> | 2, 6 |
| <i>Aquila, felis, & aper</i> | 2, 4 |
| <i>Arbores in Deorum tutela</i> | 3, 17 |
| <i>Asinus ad senem pastorem</i> | 1, 15 |
| <i>Asinus & Galli</i> | 3, 20 |
| <i>Asinus & leo venantes</i> | 1, 11 |
| <i>Asinus irridens aprum</i> | 1, 29 |
| | |
| <i>Cæsar ad atriensem</i> | 2, 5 |
| <i>Calvus & musca</i> | 5, 3 |
| <i>Canes famelici</i> | 1, 20 |
| <i>Canes & corcodilus</i> | 1, 25 |
| <i>Canis ad agnum</i> | 3, 15 |
| <i>Canis & lupus</i> | 3, 7 |
| <i>Canis fidelis</i> | 1, 23 |
| <i>Canis per fluvium carnem ferens</i> | 1, 4 |
| <i>Canis parturiens</i> | 1, 19 |
| <i>Canis & thesaurus, & vulturius</i> | 1, 27 |
| **** 3 | |
| | <i>Canum</i> |

M. PHÆDRI FABULARUM

| | |
|----------------------------------|-------|
| Canum legati ad Jovem | 4, 17 |
| Capellæ & hirci | 4, 15 |
| Cervus ad fontem | 1, 12 |
| Cervus & ovis | 1, 16 |
| Cervus & boves | 2, 8 |
| Cicada & noctua | 3, 16 |
| D emetrius & Menander | 5, 1 |
| Duo calvi | 5, 6 |
| E quus & aper | 4, 3 |
| Eunuchus ad improbum | 3, 11 |
| Ex sutore Medicus | 1, 14 |
| F ormica & musca | 4, 23 |
| Frater & soror | 3, 8 |
| Fur aram compilans | 4, 10 |
| G raculus superbus & pavo | 1, 3 |
| Gubernator & nautæ | 4, 16 |
| H omo & asinus | 5, 4 |
| Homo & canis | 2, 3 |
| Homo & colubra | 4, 18 |
| I uvencus, Leo & prædator | 2, 1 |
| L eo regnans | 4, 12 |
| Leo senex, aper, taurus & asinus | 1, 21 |
| Lupus & agnus | 1, 1 |
| Lupus & gruis | 1, 8 |
| Lupus | |

Lupus

M

Mon

Mu

Mu

Mu

De

N

O

P

Par

Pha

Poë

Poë

Prin

Pro

Pug

Pull

R

Ran

Ran

INSCRIPTIONES.

| | | |
|-------|---|-------------------|
| 4, 17 | <i>Lupus & vulpis, iudice simio</i> | 1, 10 |
| 4, 15 | | |
| 1, 12 | M <i>Alas esse divitias</i> | 4, 11 |
| 1, 16 | <i>Milvus & columba</i> | 1, 31 |
| 2, 8 | <i>Mons parturiens</i> | 4, 22 |
| 3, 16 | <i>Muli & latrones</i> | 2, 7 |
| | <i>Mulier parturiens</i> | 1, 18 |
| 5, 1 | <i>Musca & mula</i> | 3, 6 |
| 5, 6 | <i>Mustela & homo</i> | 1, 22 |
| | <i>De mustela & muribus</i> | 4, 1 |
| 4, 3 | | |
| 3, 11 | N <i>Aufragium Simonidis</i> | 4, 21 |
| 1, 14 | | |
| | O <i>Casus depicta</i> | 5, 8 |
| 4, 23 | <i>Ovis, canis & lupus</i> | 1, 17 |
| 3, 8 | | |
| 4, 10 | P <i>Anthera & pastores</i> | 3, 2 |
| | <i>Passer & lepus</i> | 1, 9 |
| 1, 3 | <i>Pavo ad Junonem</i> | 3, 18 |
| 4, 16 | <i>Phædrus</i> | 4, 20 |
| | <i>Poëta</i> | 4, 4, 4, 6, 4, 25 |
| 5, 4 | <i>Poëta de credere & non credere</i> | 3, 10 |
| 2, 3 | <i>Princeps tibicen</i> | 5, 7 |
| 4, 18 | <i>Prometheus</i> | 4, 14 |
| | <i>Pugna murium & mustelarum</i> | 4, 5 |
| 2, 1 | <i>Pullus ad margaritam</i> | 3, 12 |
| | | |
| 4, 12 | R <i>Ana rupta & bos</i> | 1, 24 |
| 1, 21 | <i>Ranæ ad solem</i> | 1, 6 |
| 1, 1 | <i>Ranæ metuentes taurorum praelia</i> | 1, 30 |
| 1, 8 | <i>Ranæ regem petentes</i> | 1, 2 |
| Lupus | | <i>Scurra</i> |

PHÆDRI FABULAR. INSCRIPT.

| | |
|-------------------------------------|-------|
| S Curra & rusticus | 5, 5 |
| Simii caput | 3, 4 |
| Simonides a diis servatus | 4, 24 |
| Socrates ad amicos | 3, 9 |
| T Aurus & vitulus | 5, 9 |
| V Acca & capella, ovis & leo | 1, 5 |
| Venator & canis | 5, 10 |
| Viatores & latro | 5, 2 |
| Vipera & lima | 4, 7 |
| de Vitiis hominum | 4, 9 |
| Vulpis & aquila | 1, 28 |
| Vulpis & ciconia | 1, 26 |
| Vulpis & corvus | 1, 13 |
| Vulpis & draco | 4, 19 |
| Vulpis & hircus | 4, 8 |
| Vulpis & uva | 4, 2 |
| Vulpis ad personam tragicam | 1, 7 |

PHÆDRI



Phædr
Schott
19. A
tisse li
Augu
rii Ph
nus U
Tiberi
Borric
nitate
libertu
rii put
fini no
id quo
quas le
cile per
sterus.
enim p
trem :
rii libe
conficio
Sejanu
conjiice

PHÆDRI
AUGUSTI LIBERTI
FABULARUM
ÆSOPICIARUM
LIBER I.



Ug. *Liberti*] Tiberium intelligendum ajunt. *Lipsius* expresse in notis ad Senec. Conf. Polyb. c. 27.

Phædrus Tiberii libertus. And. Schottus lib. 11. Obser. Hum. c. 19. Adjicio, alios pereruditos extitisse libertos, scriptis etiam claros. *Augusti* quidem *Hyginum*, *Tiberii Phædrum*. *Jacobus Bidermannus* *Utopiæ* lib. 1. *Phædrum* legi, *Tiberii principis libertum.* *Olaus Borrichius* in de lexic. Lat. jejunitate: *Phædrum* cum *Augusti libertum* fuisse constet, non *Octavii* putandum, vir quidam clarissimi nominis inclinat, sed *Tiberii*, id quod *Sejani* nomen & artes, quas leviter tangit *Phædrus*, facile persuaserint. Similiter *Demetrius*. At *Pithæus* dubitat. Sic enim præfat. ad *Franciscum* fratrem: Reddo fabellas imperatorii liberti, & quantum quidem conjicio, *Tiberii*, atque adeo post *Sejanum damnatum*. Ut hoc sic conjiceret *Pithæus*, factum cen-

feri possit per ea, quæ leguntur sine libri quarti. At ibi *pramii*, cujuscunque denique, fit mentio, non libertatis. Et jam ante libro III conquestus *Phædrus* erat de injuria *Sejani*, accusantis eum, atque condemnantis. Quis vero credat accusatum à *Sejano*, tanto viro, mancipium? Ergo saltem illud falsum, quod libertum factum post *Sejanum damnatum* tradidit *Pithæus*. Sed nec quare à *Tiberio* tandem liber fieri debuerit, causa reddi potest. Quin potius cum expresse AUGUSTI LIBERTUS dicatur, de *Octavio* id intellexerim, cum propter causas alias, de quibus egimus in vita *Phædri*, tum quia is sic vulgo simpliciter appellabatur. SCHEFFERUS.

(1) *Æsopiarum*] Recte. Sic enim nominabantur communiter, illæ etiam, quæ alios, quam *Æsopum*, haberent auctores. Adde non audiendus *Tanaquilus Faber* est, quando ait in editione *Phædri* ultima pag. 299. Ut *Æsopius* & *Æsopus* promiscue usur-



PHÆDRI FABULARUM
PROLOGUS.

ÆSOPUS auctor quam materiam ⁊ repperit,
Hanc

pantur, non idem dixeris de Æsopi-
cus; quod enim Æsopi est, id Æso-
pium dicere debemus, quod autem
more modoque seu stylo Æsopi con-
ditum fuit, id Æsopicum dicendum
fuit. Fallit bonus Faber, adeo a
me, quod putat ipse, dicta isthac
non oportuit. Si enim Æsopicum,
quod stylo tantum Æsopi, cur
Phædrus ipse fabulas hæc maluit
Æsopias vocare? Verba clara sunt
lib. V. c. 1. ubi de his suis fabulis:

Quas Æsopias, non Æsopi, nomino.

Quasi paucas ostenderit; ego
plures dissero,

Ufus vetusto genere, sed rebus
NOVIS.

Hic aperte facit alias Æsopi fabu-
las, alias Æsopias, contra quam
dicendum Faber arbitratur, &
Æsopias appellat eas quaque, quas
præter paucas, ab Æsopo ostensas,
ipse disleruit, & confinxit novas.
Sane partem maximam has Phæ-
dri, non Æsopi esse, ipsa res testa-
tur. Ergo optime doctissimus Me-
magius ad Laërtium p. 98. Fabu-
lator dictus est Æsopus, non quod
primus, sed quia præcipue hoc scri-
bendi genus sectatus est, unde & fa-
bula ÆSOPIÆ, similes fabula di-
cuntur. Sed & Priscianus aliter,
& Faber: Nam Æsopias appellat
non eas solum, quæ Æsopi sunt,
sed quascunque. Prisciani verba
sunt clarissima, desumpta ex Her-
mogene, (quo cum & Aphthonius
consentit:) Nominantur autem ab
inventoribus fabularum alia Æso-

pia, alia Cypria, alia Lybica, alia
Sybaritica. Omnes autem commu-
niter Æsopia, quoniam in conventi-
bus frequenter solebat fabulis uti.
Habet simul causam in his verbis,
ob quam, quisquis deinde fuit imi-
tatus Æsopum, fabula utendo, etiam
à se ac proprio ingenio conficta,
Æsopiam referre diceretur. Atque
istò sensu Æsopia, hæc quoque. Cæ-
terum Æsopias num noster scripserit,
an Æsopias; dubium esse po-
test, cum præsertim in præfatione
dicta libri quinti posteriore modo
hoc vocabulum ediderit Rigaltius,
priorè Pithæus aliique: Æsopias
vocavit Priscianus quoque, sic ut
vidimus, & Ausonius ep. 16. &
Macrobius lib. 1. Som. c. 2. Æsopias
vero Seneca Conf. ad Polyb. c. 27. &
codicem Rigaltii, de quo ante dixi
omittam. Atque licet hæc sint e-
dem, propter diphthongum Græ-
cæ vocis αἰσώπειος, quam Latinus
nunc per e nunc per i reddere con-
sueverunt, alterutro tamen modo
scripsisse Phædrum necesse est. De
quo cum nihil habeamus certum,
ramur equidem, quod mirari sibi
dicat Faber, hac de re dubitatio-
nem nos movere. Quod vero Is-
idorus, & plerique ex recentioribus
Æsopias appellant, nescio, an be-
ne faciant, cum alterutrum ex præ-
dictis requirere vox Græca, quæ
plerique utuntur ex antiquioribus
& melioribus, videatur. SCHENKII
(2) Repperit] Usitatum vo-
bum de primis rerum invento-

Har
Du

bus,
dilige
Plini
apud
lus c
imita
stacim
vari
bus,
Iff

(3)
Phæd
dio q
inter
rum
ligiosi
micor
tiam.
paulu
tum e
bant,
sime;
adeo r
Tulliu
pter si
dictum
propior
eos,
num
telligi.
Terent
dieque
pâyue
reperit
illis ca
sed ita
interdu
à nobis

Hanc ego polivi versibus 3 senariis,
 Duplex libelli 4 dos est: quod 5 risum movet,

Et

bus, pro: excogitavit ingenio,
 diligenti meditatione adinvenit.
*Plinius lib. 7. c. 55. literas alii
 apud Syros repertas volunt. Virgi-
 lius quoque, quem frequenter
 imitari Phædrus consueverit, quod
 statim ab initio notatum, obser-
 vari debet etiam in sequenti-
 bus, lib. 6. Æa.*

*Ipse repertorem medicinæ talis
 & artis. SCHEFFERUS.*

(3) *Versibus senariis*] Quos
 Phædrus senarios scripsit. ii me-
 dio quodam temperamento sunt
 inter accuratam veterum Græco-
 rum (nam recentiores minus re-
 ligiosi fuerunt) & solutam co-
 micorum Latinorum negligenti-
 am. Illi enim, quod nemini
 paulum modo humaniori igno-
 tum est, studiosissime scripta-
 bant, hi pleraque omnia inertis-
 sime; (de metro loquor.) Itaque
 adeo nec dubitavit alicubi dicere
 Tullius, *Comicorum senarios pro-
 pter similitudinem sermonis* (ita
 dictum ut ab Horatio, *Sermoni
 propria*) sic plerumque esse abje-
 ctos, ut nonnunquam in iis aut
 numerus aut versus vix possit in-
 telligi. In eo numero sunt Plautus,
 Terentius, & alii, quorum ho-
 dieque fragmenta passim & *σπα-
 ράγματι* apud veteres scholiastas
 reperuntur. At Phædrus noster
 illis castigatior est & adstrictior,
 sed ita tamen, ut honesta quadam
 interdum libertate utatur. Quod
 à nobis ea gratia dicitur, nequis

omnia ejus carmina ad molestim
 illam purioris Jambici diligen-
 tiam postulet revocari. Nam
 quod suspicatur Schoppius, igno-
 rasse Phædrum leges metricas,
 cui, quæso, persuaserit? Eadem
 opera P. Syrum; eadem opera
 Plautum, Terentium, veteres-
 que alios accuset, & Virgilium
 ipsum, si Diis placet; ὦ Πῦδος,
 πῶς σε εἶναι Πῶ; Sed solens suo
 more facit Schoppius; qui Scali-
 geros ausus est, & Casaubonos in-
 lectari, κολοῖς πρὸς ἀετῶν.
 FABER.

(4) *Duplex libelli mos*] Dion.
 Petavius Præf. Ration. temp. hunc
 in modum citat: *duplex libelli
 dos. Quæ lectio ex iis est, (ita
 vir magnus in litteris ad me datis)
 quæ prima specie blandiuntur: ne-
 scio autem an excussa satis se
 probet eruditus. Duplex mos libelli,
 duplex lex est: satis eleganter, ut
 puto. Et ita legit Cod. Pith. teste
 Neveleto: qui tamen Rigaltium
 sequutus, edidit, duplex libellis
 os est. Nihil durius. PRASCHIUS.*
 Est & alia lectio, *duplex libelli mos
 est*, quam explicat Schoppius;
 Quia, inquit, morem, id est,
 ἦθος, & ingenium rebus inani-
 matis tribuunt veteres. Quod ve-
 re à Schoppio dictum, eaque res
 est apud scriptores Latinos tralati-
 tia. Sed hoc loco nil tale opus est.
 Nam quin *dos* quoque dicatur ἐν
 ἐνικῶ pro utilitate, fructu, or-
 namento, &c. nemo dubitabit

qui apud Ovidium legerit *dotem oris* pro eloquentia. In editione Rigaltii, quæ anno M. DC. prodijt, legitur, *duplex libellis os est*. Hodiernam lectionem è codice, ut opinor. Remensi protulit postea idem Rigaltius, aut, neque enim satis commemini, clarissimum illud literarum decus Simonidus. Sed unicus T. Livii restaurator Gronovius, scriptis ad me nuper epistolis monebat, videri sibi legendum, *duplex fabellis os est*. FABER. Ita ex Remensi codice in posteriori editione scripsit Rigaltius. Editiones priores Pithæi, Rittershusii, & aliorum habuere *mos est*. Quod non paucis placuit, & nuper admodum Ludovico Præschio in elegantibus ad hunc auctorem notis, viroque una docto, quem in eis laudat. Quamquam forte rectius fecerit, qui vocem *mos* non pro *lege*, sicut ille, verum *indole, conditione, qualitate* quæpiam acceperit. Quo modo Virgilius usurpavit *lib. I. Georg.* quem ignoro, utrum noster non respexerit, cum hoc scriberet, ceu in plerisque aliis consuevit. Versus est 51.

Ventos & varium cœli prædiscere morem.

Debes, inquit Servius ad hunc locum, *etiam cœli qualitatem nosse, utrum pluvii gaudeant, an tepore, vel frigore*. Sicut morem cœli dixit Virgilius pluere, vel tepere vel frigere, ita Phædrus morem libelli movere risum, monere vitam potuit dixisse. At vero Tanquillus Faber id amplectitur,

quod in codice Remensi reperitur. Nam inquit, quin *dos* quoque dicatur in singulari pro utilitate, fructu, ornamento, nemo dubitabit, qui apud Ovidium legerit *dotem oris*; pro eloquentia. Fecit idem prius & ampl. Freinshemius qui non importune huc adduxit versum Martialis ex Epigr. 13.

Nec poteris similes dotes numerare, nec usus.

Addit tamen Faber, unicum illud Livii restauratore Gronovium, ex editione prima Rigaltii, in qua fuit, *duplex libellis os est*, velle, *duplex fabellis os est*, scribere. Atque ita ipse optimus Gronovius in suis ad me literis, è quibus ecce tibi ipsa viri doctissimi verba: lego: *duplex fabellis os est. Fabula, inquit, duplicem habent faciem sive personam, alteram, qua ridicula apparet; alteram, qua sapere docet. Nec, libellis bene dicitur, pro huic bello, nec, si de quibusvis libris sumas, verum est. Hæc Gronovius. At cum Remensi codice facit nunc & N. Heinsius (nam aliter censuerat in not. ad Ovid. lib. 12. met. v. 430.) quemadmodum per literas me docuit. Nec fortasse peccat, qui ab auctoritate tam vetusti libri temere non recedit. SCHEFFERUS.*

(5) *Risum movet*] Id est, voluptatem, quæ remittat utique, non quæ solvat. Neque enim proprium fabularum est γελωτοποιεῖν sed χαριεντισθαι. Transfer huc quæ dixi ad fab. 7. Explicat ipse se in Proli libri secundi, ubi id quaerere se proficitur, ut capiant aurem argumenta

- Et quod ⁶ prudenti ⁷ vitam consilio ⁸ monet.
 Calumniari si quis autem voluerit,
⁹ Quod arbores loquantur, non tantum feræ;
¹⁰ Fictis jocari nos meminerit fabulis.

FAB. I.

gumenta ejus. Ita mox *jocari se*, & infra calamo ludere, prædicat. Quo etiam patet, caute accipiendam esse distinctionem Ang. Politiani in Panepistemonem: *Historia vel fabularis, vel ad fidem. Fabularis aut voluptatis, ut in argumentis comicorum, aut adhortationis gratia. Hac aut argumentum habet ex ficto, ut in Æsopis fabulis; aut ex veri soliditate, qua aut per turpia contextitur, ut in quibusdam poetiis figmentis; aut pio tegitur velamine, quod solum genus philosophi veteres admiserunt.* Similia habet Isidorus Orig. I. 39. PRASCHIVS. Voluptatem, quæ remittat, non quæ solvat, ut bene locum hunc exponit *Praschius*. Puto rursus in animo habuisse *Virgilium* suum. Nam & ipse hoc sensu lib. 4. *Æn.* u. 120.

Annuit, atque dolis risit Cytberæa repertis. SCHEFF.

(6) *Prudenti*] *Prudenti* V.C. & pro *monet* forte legendum *fovet*. HEINSIVS.

(7) *Vitam*] *Prolog.* lib. 3. *Vitam & mores hominum ostendere.*

(8) *Monet*] *Commode* ait *monet*. Significat enim *αἶνος* (loquor cum Melanchthone ad Hesiod. p. 74.) *sermonem teste ali-*

quid mentem de moribus: unde & apologos αἶνος dixerunt; scilicet ἀπὸ τῆ αἶνεῖν, ἢ ἔν παραινέειν, ut amplius explicat Cl. Dietericus in Hesiodæa, quæ sub prælo jam est, Lexilogia, voce αἶνος. PRAS. Ut degat quisque ex præscripto honesti. Id enim est *monere*, fitque proprie consilio. *Donatus* ad *Terent. Hec. Act. 5. sc. 1. Monemus consilio, hortamur impulsu.* SCHEFFERVS.

(9) *Arbores*] *Mitor*, quare hæc excuset postea, cum tamen arbores loqui nusquam faciat hoc libro, ac ne in cæteris quidem. An vitium est in scriptura? Nobilissimus *Nicolaus Heinsius* non putat, maxime, cum simile quid in præfatione *Avieni* extet. *Phædri* autem plucula existimat intercidisse, relicta distinctione librorum, deletisque obsoletioribus ac lascivis, ut cætera ipsius tutius prælegi possent pueris. Quam sententiam lubentissime amplector. Idem suspicatus fuit etiam *Rigaltius* in ed. post. SCHEFF.

(10) *Fictis fabulis*] Epithetum, ut apud Ciceronem pro *Mil.* & alibi *παρέλκει*. Ita h. l. vim habet confutandi *Momos* ex ipsius natura rei, cujus velut *ὑπογραφήν* continet. Infra, *fictos* *jocos*, & rursus, *arte fictas fabulas*

las nominat. *σεσοφισμένους μύθους* Græce dixeris, verbo S. Petri Ep. 2, 16. PRASCHIUS. Quid opus addere *fictis*? dixerit aliquis; nam τὸ *fabulis* suffecerat. Sed maluit proprie loqui Phædrus ut Cicero in Miloniana, fabula enim ex earum vocum numero est, quas vulgo *μῆσος* vocamus, ut *gratia*, ut *dolus*, &c. verumque & falsum significat; unde infra legitur, *vera fabella*. Quare proverbium illud quod apud Terentium his verbis conceptum est, *Lupus in fabula*, apud Plautum sic concipitur, *Lupus in Sermone*. Ita apud Græcos *μῦθος* est fabula seu narratio falsa; sed & aliquando vera narratio est; quin etiam apud gravissimum scriptorem & quem tanti faciebat Plato, Isocratem dico, *μῦθοι* pro sermonibus aut libris religiosis & mysticis sumuntur, & apud Homerum nec non Callimachum *μῦθος* pro sermone vero sumitur; ita etiam apud Plutarchum in vita Agidis & Cleomenis P. DCCCXVI. edit. Paris. *μυθολογεῖν* pro *διηγείσθαι* seu narrare, in re vera ponitur. Satis est locum ipsum indicasse. FABER. Proprie, quia fabula à *fando* dicta, est narratio rei cujuscunque, etiam veræ, ad hoc non abundat, ut non nemo

putat. Sic Terentius in *Hecyr. Act. 4 se. 3. Jam nos fabula sumus, Pamphile*, h. e. sumus ii de quibus loqui joco confueverunt, quos sermonibus suis exagitare. Sic enim intellexit & *Guzetus*, dixitque, significationem ludibrii habere, sicut apud *Tibullum*,

--- ne turbis fabula fiam,
cum mea ridebunt vana magisteria.

Cicero etiam alicubi: *Et fabula Troja*, pro historia, & rebus gestis eo loco. Similiter *Suetonius in Domit. c. 16. Evenit ut id ei cœnanti inter ceteras diei fabulas referretur. Fabula diei*; sunt narrationes rerum variarum quæ de die acciderunt. Habet similem locutionem *cap. 70. vita Augusti, Sulpicia: Fabellam permitte mihi detexere paucis*. Historiam innuit, de pravo statu reip. sub Domitiano. *Vopiscus: Non inepta, neque inelegans fabula est, scire quemadmodum imperium Probus sumserit*. Adde lib. 7. *Sidon. ep. 2. ibique Savaronem*. Cum ergo fabula sit rei etiam veræ, ad illius differentiam recte *ficta* dicitur. *Cicero de fin. lib. 5. Quid? cum fictas fabulas, e quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus*. SCHEFFERUS.

Supp.

(I) F A B. I.

Lupus & Agnus.

AD rivum eundem lupus & agnus venerant
 Siti compulsi: 1 superior stabat lupus,
 Longeque inferior agnus: tunc 2 fauce improba

La-

(1) Superior] Livius XXI.
 27. *Adversus fluminis impetum
 parte superiore transmittens, tran-
 quillitatem infra trajicientibus
 linteribus dabat.* ibid. c. 47. *supe-
 riora Padi vada.* HEINSIUS.

(2) Fauce improba] Quid si
 voce improba? Lupus latro inci-
 tatus improba voce causam jur-
 gii quaesivit. Nisi pro *Latro*, le-
 gendum sit, *luero*, ut praedae spem
 intelligat. SCIOP. Id est, deside-
 rio improbo. Utuntur hac trans-
 latione scriptorum probatissimi.
 Retinenda est igitur, non *fame*
 legendum. Siti potius urgebatur
 lupus. In agnum autem forte
 quum incidisset, ex repentino ad-
 spectu natum est repentinum po-
 tiundi desiderium: quod à fame
 plurimum distat. Taceo, quod
 nec *Gabrias* fab. 35. nec *Æsopus*
 fab. 233. nec *Fabulator* Ano-
 nymus fab. 2. famis meminit.
 PRASCHIUS. Rittershusius su-
 spicatur legendum *fame improba*;
 Schoppius, *voce improba*, jun-
 gendumque cum iis quæ sequun-
 tur, *jurgii causam insulit*. Ri-
 galtius olim legit *face impro-*

ba, per facem iram intelligens,
 quod minime omnium probem.
 FABER. *Fauce improba*] Sic *Fa-
 ber* & *Rigaltius* edidere ex *Re-
 mensi codice*. *Pithæus*, *catepique*
 habent *face*, quod cur respuant
 tantopere, non video. Sane *cau-
 sam inferre fauce*, num dicitur
 apud Latinos, ignoro, neque
incitare fauce reperio. At *face in-
 citari*, sicut *meitari ira* apud *Ci-
 ceron. Off. 1. Incitari studio* apud
Cæsarem 3. civ. bellorum. Nam
 & *fax* hic nihil aliud significat,
 quam stimulum cupiditatis. Quo-
 modo *Quintilianus*, vel quicum-
 que denique opusculi de causis
 eloq. corruptæ auctor cap. 40.
*Quantum ardorem ingenis, quas
 oratoribus faces admovebant.* Ad-
 de *Barthium lib. 42. Adv. c. 10.*
 Quanquam ne quid hic dissimu-
 lem, in animo habuisse Noster
 videatur locum *Virgilio*, qui est *lib.*
2. Æn. v. 355. & seq. ubi *impro-
 bam ventris rabiem*, & *fauces*
ficcas Poëta in lupis commemo-
 rat. Quod si verum est, per *faucem improbam* famis magnitudi-
 nem, & studium devorandi hoc

3 Latro incitatus jurgii causam 4 intulit.
 Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
 5 Istam bibenti? Laniger contra timens,

Qui

in loco intelligere debemus. Et huc quidem inclinat cum *Freinsheimio Gebhardus*. Quoniam vero valde verisimile sit ita scripsisse *Phædrum*, vel propter allatum locum *Virgilij*, quem in suis amat sequi, tamen stat pro lectione altera *Pithæi* codex. Cujus cum ne ipsius quidem sensus aut loquendi formula sit inepta, causa utique non potest dari certa, cur probari tandem, quod vult *Tan. Faber*, altera, repudiata ista, debeat. Dicit quidem *Faber*: nam per faucem improbam intelligit ferocitatem seu acrem lupi famem: quod illud ipsum est, quod jam olim etiam nos indicavimus. At quis hinc concludat, ergo lectio hæc vera est infallibiliter? Nemo de interpretatione dubitat; de voce ipsa fauce, num sit *Phædri*, necdum constat. Sane incitari fauce licet non repudiem, sine exemplo tamen dici credam eo usque donec aliquod a *Fabro* fuerit allatum. *SCHEFFERUS*. Fauce ex *V.C.* recte legitur. Male alii face, eum quibus & *Barth.* *Adv.* 24. 10. facit. *HEINSIUS*. Vide *Cuper. observ.* 2. 20. *Lucret.* 4. v. 1019.

Flumen item sitiens, aut fontem propter amoenam
 Adsidet, & totum prope faucibus occupat amnem.

Lucan. 6. 353. *Morsusque luporum*
 Exspectat fœcis rapsura e faucibus arvis.

(3) Latro] *Scioppius* *lucro*. Non placet. Ut hic latronem lupum, sic posterius raptorem milvium, calumniatorem canem vocat. *PRASCHIUS*.

(4) Intulit] Inferre causam dixit, sicut elegans scriptor, *Cornelius Nepos*, *Causam inferre*, pro aliquo causari. *SCIOPIUS*. *Cæsar de Bello Gall.* 1, 39. *Alia causa illata*; etsi *Fr. Gujetus* in notis adhuc ἀνευλότοις malit allata. *Diety* *Cretensis de Bello Trojano Lib. 1.* *Hæc atque alia hujusmodi inferens*. Et scriptor ad *Herennium* 4, 35. *Inferre crimina* dixit. *PRASCH.* Optime & latissime, de eo, qui non accipit, sed facit. *Hirtius de bell. Hist.* c. 1. *Propter pecunia magnitudinem aliqua ei inferebatur causa, ut ei de medio sublato, ex ejus pecunia latronum largitio fieret.* *SCHEFF.* Vide *Gronovium Diatrib.* *Stat.* c. 45.

(5) Istam bibenti] Totus locus ita constituendus. *Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi, age hæc, bibenti.* Sic sæpe *Nofter*. *Infra Fab. XXV.* *age crede, pota leniter*, sic enim legendum, *Fab. XLVI.* *Age ire quo fert animus.* *HEINSIUS*.

(6) pos-

Qui 6 possum quæso facere quod querere, Lupe?

A te decurrit ad meos haustus liquor.

Repulsus ille veritatis viribus,

Ante 7 hos sex menses 8 male, ait, dixisti mihi. 10

Respondit agnus: 9 equidem natus non eram.

10 Pater, hercule tuus, inquit, maledixit mihi.

Atque ita correptum lacerat 11 injusta nece.

Hæc propter illos scripta est homines fabula,

Qui 12 fictis causis innocentes opprimunt. 15

FAB. II.

(6) *Possum*] *Possim*. HEINS.

(7) *Hos*] Latinissima & elegantissima particula, vim habens monstrativam innuensque tempus proxime præcedens. Ad eundem modum Terentius *Eun.*

11. sc. 3. *His mensibus sex septem prorsum non vidisse*. Plautus ab initio *Perfæ*. *Continuo tibi repenam in hoc triduo, aut quatrinduo*. SCHEFFERUS.

(8) *Maledixisti mihi*] Convitiis injurias fecisti. *Terent. Eun.*

Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro,

Cæterum egregii viri, cujusque eruditio singularis pridem indicio nob. N. *Heinsii* mihi cognita, Marquardi Gudii lectionem a *Cl. Petro Axenio* laudatam; non possum non amplecti, qui sic scribit:

Ante hos sex menses male, ait, dixisti mihi. SCHEFF.

Marcilius ad Horat. Epist. 1, 3.

delet ait. At est in V. C. Rigaltius. HEINSIUS.

(9) *Equidem natus non eram*] *Lego, ne quidem natus tum eram.* HEINSIUS.

(10) *Hercle tuus inquit*] *Ursinus Spirensis* (qui auctorem hunc in lucem dedit Ratisbonæ A. 1657.) sic hæc constituit: *Pater tuus, inquit, Hercle maledixit mihi.* SCHEFFERUS. *Barr. adv. XLVII. 10. lege Hercule.* Et ira Rigaltius. HEINSIUS.

(11) *Injusta nece*] Sunt hæc judiciofa scriptoris verba, idcirco distinguenda a præcedentibus. Non enim *lacerare nece* dicitur. Sensus: lacerat eam, ut sequeretur nex seu mors, atque illa injusta. SCHEFF.

(12) *Fictis causis*] supra dixit, *illatis*. Est autem ellip. præpositio *de*. Porro, *fictis de causis*, pro *fictas ob causas*, ut sapissime. SCHEFFERUS.

(2) F A B. II.

Rana Regem petentes.

Athenæ cum florērent 1 æquis legibus,
 2 Procax libertas civitatem 3 miscuit,
 Frenumque solvit pristinum 4 licentia.

Hinc

(1) *Athena cum florērent æquis legibus*] Gravis descriptio democratiæ: sicut sequentes duo versus ochlocratiæ faciem exhibent. Commentarii vicem his præstabit Dissertatio Cl. Bœcleri, præceptoris patronique summe venerandi, de Notitia Reipubl. PRASCHIUS. Non simpliciter ut opponantur iniquis, sed in respectu ad cives, quos & faciebant æquales, & æquali jure continebant, Cicero in *I. de offic.* appellat *æqualitatem juris*, quod jam Faber observavit. Seneca est *æquum jus*, Diogeni Laërtio *ἰσότης*, quod eruditissime, ut omnia, ad ipsum observavit Cl. Menagius recentissimæ editionis suæ pag. 25, ubi plura legas. SCHEFFERUS. A Solone recens natis. Vide Plutarchum Sol. cap. XLIX. & seqq. cujus comparatio totum hunc locum illustrabit egregie. FREINSHEMIUS. *ἰσονομία*, id est, juris æqualitate, Cic. lib. I. *Offic.* FABER. *Æquata leges* sunt Livio passim, ut in republica. Hinc *Ἀθήναι ἰσόνομοι*. In Alcæi fragmento de Harmo-

dio & Aristogitone, quod citat Vorst. ad Valer. Max. lib. 2. c. 10. ext. 1. HEINSIUS.

(2) *Procax*] Hoc est: *petax*. Sic enim Servius ad l. *Æn. Procax*, proprie *petax* est. Nam *procax*, est *petere*. Eleganter ergo, *procax libertas*, quæ suo ac presenti haud contenta, semper plura expetit & aliena, nec unquam satiatur. Cæterum hic totus locus grandis est, ob arguendi dignitatem. SCHEFFERUS.

(3) *Miscuit*] *Miscuit civitatem* dixit, pro *turbavit*, sicut contra dicunt veteres, *turbare*, pro *miscere*. SCIOPPIUS. Pro *cives miscuit*, grandius. *Miscere* porro recte usurpatur de mixtura partium inconvenienti per turbas & seditiones. Cicero *Orat. cont. Rull. I. Homines non inerant in urbe, qui malis concionibus, turbulentis senatus consultis, iniquis imperiis rempublicam miscerent*. SCHEFFERUS.

(4) *Licentia*] *Lege licentia*. HEINSIUS. Non est primus casus, verum ultimus, quem causæ nominant, vult enim ostend-

(2)

5 Hi
 7 Ar
 Cum
 8 No
 9 Or

stender
 Atheni
 tia, pe
 ligit li
 tatem
 sunt &

(5)
 (6)

tibus]
 bus, q
 illæ co
 servaru
 præf. T
 tum ex
 conspira
 partes,
 divisio
 nim cor
 versus
 Senfus
 partes
 sua ad
 sistratu
 eruditil
 conspira
 gere,
 SCHEFF
 5. eo q
 rum. Q
 tentatu
 tem con
 satere.
 Itaque

stend-

5 Hinc 6 conspiratis factionum partibus,
 7 Arcem tyrannus occupat Pisistratus;
 Cum tristem servitutem flerent Attici,
 8 Non quia crudelis ille; sed quoniam grave
 9 Omne insuetis onus, & cœpissent queri;
 Æso-

stendere, quid mixturam illam Athenis pepererit, videlicet licentia, per quam immodicum intelligit libertatis usum, ad impunitatem eorum etiam, quæ iniqua sunt & inhonesta. SCHEFFERUS.

(5) *Hinc*] Hic V. C. HEINS.

(6) *Conspiratis factionum partibus*] Active, pro *conspirantibus*, quasi diceret, interea dum illæ conspirant; quod jam alii observarunt. Sic *Macrob. lib. 1. Sat. pref. Multarum in hoc libro atatum exempla sunt; sed in unum conspirata. Conspirata autem partes*, non de conjunctis, sed divisis sunt intelligendæ, nec enim conspirabant inter se, sed adversus se mutuo, per factiones. Sensus: dum unaquæque factio partes sibi adfociat, & firmare sua adversus alteram parat, Pisistratus id egit. Mallet tamen eruditissimus Gronovius, *hinc conspirata factionis partibus*, legere, ut per literas significavit. SCHEFFERUS. Justinus III. cap. 5. *eo conspiratis ad arma currunt*. Qui locus male variis modis tentatur. Suet. Cæsar. 82. *Assidentem conspirati specie officij circumstare*. Diætiæ Cretensis lib. VI. *Inaque conspirati inter se cum ma-*

gna manu Mycenæ veniunt. Sic V. C. non *conspirato*. HEINSIUS.

(7) *Arcem tyrannus*] Dominationem *arc* h. i. signat *μετα-
 vυμνάς*. Aufonius:

*Primus regale patefecit Julius
 aulam*

*Cæsar, & Augusto nomen trans-
 scripsit & arcem.*

Clapmar. *Arc. rer. 1. 9. jus imperii arci comparat; arcana vero imperii muris ac propugnaculis, quæ hanc arcem a factiosorum injuriis defendunt*. PRASCHIIUS. *Revera, & ex fide historiarum. Docet Meursius in Pisist. c. 3. Quamquam simul occupare arcem, sit statuere ac firmare sibi dominationem in civitate libera. Valer. Maxim. 6. c. 1. Quo interfecto aliquanto tetrior arcem occupavit*. SCHEFFERUS. Justin. 21. 2. *Exul a Locrensisibus exceptus, velut jure regnaret, arcem occupat*. HEINSIUS.

(8) *Non quia crudelis ille*] Hinc nata Ciceroni distinctio inter Pisistratistimum & Phalaristimum. PRASCHIIUS.

(9) *Omnino insuetis*] *Lege omne insuetis, ut insuetis sit quadrisyllabum*. Sic Fab. XI. *insuetis*

Æsopus talem tum fabellam rettulit.

Ranæ vagantes ¹⁰ liberis paludibus,
Clamore magno regem ¹¹ petiere a Jove,
Qui dissolutos mores ¹² vi compeferet.
Pater Deorum risit, atque illis dedit

Par.

vocē. Et prolog. libri tertii, ut
adsuetam fortiter præsies vicem.
Et Fab. LXV. omne adsuevi fer-
rum qua corrodere. HEINSIUS.

(10) Liberis paludibus] O-
missa præpositione; exemplo Vir-
gilii, qui lib. 5. Æn. totaque va-
gatur urbe furens. SCHEFFERUS.
Scite dictum: ut liberæ civitates
sunt ab imperio regio immunes.
Αναρχος voce utitur Æsopus
fab. 170. PRASCHIUS.

(11) Petierunt a Jove] Puto
scribendum, petierunt Jovem.
Sed video scriptorem hunc leges
metricas minus calluisse, vel cer-
te insuper habuisse. Sic statim
diutius trisyllabon fecit. SCHIOP.
Vet. petierunt. Itaque Ursinus
transposite, petierunt regem. Buch-
nerus ait, Schoppium legere pe-
tierunt Jovem, sed hoc non La-
tinum videri doctis. Itaque se
legere vel, petiere a Jove, vel
potius retinere lectionem vete-
rem, cum forte secunda regio-
ne anapæstus sit, magno prima
correcta, ut sit in agnus, cy-
gnus, & similibus. Freinshemius
vero parum putat hoc probabile,
ac igitur Rigaltii editionem esse
sequendam SCHEFFERUS. Al.
petierunt, sed ita male habet ver-

sus. Schoppius legit: petierunt
Jovem, sed hoc non Latinum
videtur doctis. Legerem igitur,
petiere a Jove. Imo nihil mutan-
dum. Forte in secunda regione
anapæstus est, magno prima cor-
recta. Sic agnus, cygnus & talia,
de quibus vide Andr. Schott. Ob-
servat. 2. 37. BUCHNERUS. Sed hoc
videtur parum probabile, sequen-
tus igitur hic sum editionem Ri-
galtii. FREINSHEMIUS. Mar-
cil. ad Horat. 1. epist. 3. legit,
Clamore magno Regem a Jove pe-
tierunt.

(12) Vi compeferes] Recte
vi; non, quod alii leg. vt. Nem-
pe sine suo externo caret jus, mi-
vires ministras habeat: sicut So-
lon res confecit maximas, et
ipse prædicabat, ὅμῃ βίην τε καὶ
δίκην συναρμόσιος. Grot. de J.
B. & P. Proleg. ex Plutarchi So-
lone. PRASCH. Bono sensu, pu-
torestate ac imperio. Ita Cicero
de leg. 3. Magistratus hæc est vi
ut præsit, præscribatque res.
Vltius scribit ut in not. ad Græ-
tium, ex Pytheano codice, atque
elegantè abundare. Vide ipsius
p. 196. Nic. Heinsius: Sibi dis-
solutos mores in (vel qui) compe-
feret. SCHEFFERUS.

(2)

(2)

LIBRI I. FABULA II.

13

13 Parvum tigillum, 14 missum 15 quod subito vadi Motu sonoque terruit pavidum genus. 15

16 Hoc mersum limo cum jaceret diutius, Forte

Par-

(13) *Tigillum*] A tigno, quod a regendo dictum putat J. C. Leg. 1. §. 1. D. de tigno juncto. Aliud Aldhelmo est tigillum, cujus ratio ex hac ipsa etymologia pender. Vide Cl. Gronov. Observ. in script. eccl. cap. 20. p. 222. PRASCHIUS. Poterat Phædrus non addere *parvum*. Ita Terentius in Andria *minutas pisciculos*; sed Aristophanes, ille Græcarum Venerum parens, rem ipsam impendio minorem effecit, cum in Vespis scripsit *διαστηρίδιον συμπρόν πάνν*. Satis enim esse poterat per sese *τὸ διαστηρίδιον*, addidit tamen ille *συμπρόν*. Neque id satis habuit, sed, ut rem minima minorem faceret, subjecit *πάνν*. Itaque adeo *parve* factum est, ut ex dicasterio fieret nihil. FABER.

(14) *Missum*] Scribit Rittershusius, *immissum*. Caula nulla, quia simplex hic, ut sæpe alias, vim habet compositi. Pariter & Statius, *mittere corpus sepultura* dixit. Imo *missum* hic est *devissum*, non *immissum*, propter id, quod sequitur. SCHEFFERUS. Male *immissum* Rittershusius; sic infra Fab. XXXIV. legendum *tinctum cruore panem misit malefico*. Et Fab. LVII. *vocem miserit*. Dixi ad Propertium. HEINSIUS.

(15) *Quod subito vadis motu*

sonoque] Meursius *totum sono-*re. Prius a Phædro esse reor: sive is motu visum, sono auditum vult exterritum, sive causam & effectum junctim ponit. Habet etiam utrumque Anonym. fab. 21. PRASCHIUS. Joannes Meursius V. CL. *Rescripserim*, inquit, *totum sono* terruit *pavidum genus*; sed nihil necesse est. FABER. *Remensis codex* habet *vadi*, optime, vult enim, cum daretur cœlitus, delapsum commovisse aquas, & in eis edidisse sonum, atque ita terruisse *motu vadi*. *Motu sonoque*] Frustra Gebhardus & Meursius, *totum sono-*re, quod jam Faber quoque monuit. Buchnerus quoque circa mentem auctoris: *Motu sonoque dixit, pro sono motus*. Ita dolor mens, pro dolore mentis usurpatur Horatio. Freinshemius: *Simpli-*cius acciperem territas decidentis, deinde fluctuantis motu, tanquam viventis tigilli esse ranas, sed & sono, quem excitaverit illisum aquis. Optime Praschius; *motu visum, sono auditum vult exterritum*. SCHEFFERUS. *Vadi* est in V. C. lege *vadi moto sono-*re. HEINSIUS.

(16) *Mersum limo*] *Vadi* scilicet. Porro *mersum* pro *demersum* sicut supra *missum*. SCHEFF. Non potuit *mergi* quod lignum erat:

Forte una tacite 17 profert e stagno caput,
 Et explorato rege cunctas evocat.
 Illæ timore posito certatim adnatant,
 18 Tignumque supra turba petulans infilit:
 Quod cum inquinassent 19 omni contumelia,
 Alium rogantes regem 20 misere ad Jovem,
 21 Inutilis quoniam esset qui fuerat datus.

Tum

erat: forte, *consparsum limo*,
 vel *obsarsum* vel *obfessum limo*.
 HEINSIUS.

(17) *Profert e stagno caput*]
 Dixeris, hæc luxata, & in se-
 dem suam ita danda:

*Hoc mersum stagno quum jace-
 ret diutius,*

*Forte una tacite profert e limo
 caput.*

Stagnum quid sit proprie, docet
 Ulpian. Leg. un. § 4. D. Ut in
 flum. publ. nav. lic. & ibi Gothof.
 PRASCHIUS. Mallet *Praschius*
 hic scribere *limo*, & superius, *sta-
 gno*. Perperam, nec admittit ratio
 antecedentium. SCHEFFERUS.

(18) *Lignumque*] Prorsus ele-
 ganter, non *tigillum*, ut ante: vel
tignum appellat, voce viliori ut
 ostendat, quam contemptus fue-
 rit rex ille a ranis. SCHEFFERUS.
 Subest documentum, divinæ con-
 traite sanctioni, qui venerationem
 Regibus detrahit. Elegans hac de
 re emblemata suggerit Melanch-
 thon *Phys.* 1. p. m. 127. PRASC.
 Leg. *tignum*. HEINSIUS.

(19) *Omni*] Omnis generis
Cic. in Ver. 2. c. 17. *omnibus infidi-
 diis. Contumelia*] Non verborum

modo, sed retum. Huc enim
 maxime spectat verbo *inquinan-
 tes*, quasi diceret, *conspuisse* id
 id, ac concacasse. Atque ita vo-
 ce hac utuntur optimi scriptores.
 Vide *Plautum in asin.* *Terent. in
 Eunuch.* & alios. *Seneca* 3. *de ira*,
cap. 38. *Contumeliam tibi fecit ab-
 quis.* Namquid majorem, quam
Diogeni, Philosopho Stoico? *cuius
 ira cum maxime differenti adole-
 scens protervus inspuit.* *Inspuerit*,
 hic contumeliam appellat, & sic
 apud nostrum ponitur. SCHEFF.

(20) *Misere*] Proprie de legi-
 tis & oratoribus. Vult enim ab-
 gasse aliquas, quæ hanc petiti-
 onem earum deserret ad Jovem.
Curtius lib. 3. c. 3. *Suppliciorum
 metu percussæ, ad Sisymbrium
 Darii matrem occulto itinere igno-
 toque hostibus mittunt, qui peterent
 ut ipsa regem mitigaret.* SCHEFF.
Suet. Aug. 44. *Cum quosdam
 etiam libertini generis mitti de-
 prehendisset.* *Corn. Nepos The-
 mist. 2.* *Miserunt Delphos consu-
 lum.*

(21) *Inutilis quoniam esset*]
 Legendum *quianam*, quando ve-
 quod. HEINSIUS.

(22) Hy

22 Tum misit illis hydrum, qui dente aspero
 23 Corripere coepit 24 singulas; frustra necem 25
 Fugitant inertes; 25 vocem pracludit metus.

Fur-

(22) *Hydram*] Caligulam in-
 nuere putat *Rigaltius*. Ego vixisse
 nostrum ad Caligulae tempora non
 opinor. Saltem quomodo con-
 venire prior fabulae pars possit,
 non invenio, cum Tiberius spe-
 ciem tigilli, quale nostro memo-
 ratur, minime retulit. Etiam
Freinshemio Rigaltii suspicionem
 displicuisse nunc cognosco. Ipsum
 vide. SCHEFFERUS. Rursus *Φι-
 λοσοφικῶς*. Audiendus Augu-
 stinus de Civ. Dei 4, 33. & 5, 19.
 Adde Mel. Lib. 3. in Pol. Arist.
 PRASCHIUS.

(23) *Corripere coepit*] Sic *Te-
 rent. Andr. Act. II. sc. 2. Itane
 tandem idoneus tibi videtur esse,
 quem tam aperte fallere incipias.*
 Noster mox c. 4. v. 10. *redire mæ-
 rens coepit.* SCHEFFERUS.

(24) *Corripere singulas*] Ad
 hunc locum annotat Rittershusi-
 us, ut est circa Latinitatem dili-
 gentissimus, ea quæ sequuntur:
Singulas pro omnes. Sic infra ali-
 quoties. Videndum igitur, pergit
 idem Rittershusius, ne Muretus
 injuria fugillaverit Perionium,
 qui singulis diebus vel annis dix-
 rit, pro quod diebus, quotannis.
 Hæc ille: At, mea quidem sen-
 tentia, fallitur. Primum enim
 hoc ipso loco, quo de nunc agi-
 tur, *singulas* non significat omnes,
 sed quod Gallice dicimus *les unes*

après les autres, id est Liviano
 more *alias post alias*. Sed fortasse,
 quod est in Proverbio, *δευτέρῳ
 ἀμεινόνων*: itaque hunc alterum
 locum affert, quo sententiam
 suam probet:

*Magnò dolore victus coepit sin-
 gulas*

Inlicere pretio —

Verum sibi plane adverfatur. Quid
 porro tertius?

*Qui regnum adeptus coepit vesci
 singulas:*

Tantundem profecto agit. Quid
 quartus denique?

— *Dum scrutatur singula,
 Cervi quoque, &c.*

Ibi quoque *πάνυ ἐνυβριῶς χά-
 σιοντα*, nam τὸ *singula*, itidem
 ut in locis ante allatis, converti
 & intelligi debet plane contra
 ipsius sententiam. FABER.
 Non omnes, ut exponit Rit-
 tershusius, sed unam post alte-
 ram, ut dicit Faber. *Virgilius
 Geor. 3.*

*Sed fugit interea, fugit irropa-
 rabile tempus*

*Singula dum capti circumver-
 tantur amore.* SCHEFF.

Ita Vegetius art. Veterinar. 1. c.
 26. *Hujusmodi autem cura nun-
 quam nisi singulis pedibus adbi-
 beri debet.*

(25) *Vocem pracludit metus*]
Leg. voce praclusa metu. HEINS.

(26)

Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Jovem
 Adflictis ut succurrat. Tunc contra Deus;
 Quia nolulistis vestrum ²⁶ ferre, inquit, bonum;
²⁷ Malum perferte. Vos quoque, ²⁸ o cives, ait, ³⁰
 Hoc sustinete, majus ²⁹ ne veniat malum.

FAB

[⁽²⁶⁾ Ferre, inquit, bonum] *Tò bonum* ponitur neutraliter & absolute, pro re bona, de qua elegantissime usurpatur illud *ferre*, in respectu ad curam, studium, laborem, quæ requiruntur, ut secundis & utilibus recte utamur. *Curtius 3. c. 12. Orientem fortunam moderate & prudenter tulit. Et Cicero Off. 1. Immoderate res secundas ferre levitatis est.* SCHEFF.

[⁽²⁷⁾ Malum perferte] *Malum*, id est, δύσκολον, & truculentum, inquit N. Rigaltius; sed fugit cum ratio. Neque enim *τὸ malum* ad principem seu regem ἀναφορὰν suam habet, sed ἀπλῶς significat τὰ κακά, seu τὸ κακὸς ἔχειν. Ita Terentius dixit, *ferre suum malum*. Videlicet non existimabat Rigaltius dici posse Latine, *Ferre bonum suum*, de quo tamen dubitare desisset, si locus hic Plauti ei in mentem venisset, ex quo apparet tam eleganter dici posse, *bonum suum pati*, ac, *pati malum*.

Hem, ista virtus est, quando usus est qui malum fert fortiter; Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.

Nempe, *pati*, ut *ferre*, tam ad læta quam injucunda pertinet: nam quod quidam in illo Plauti loco legendum existimant *poss-*

tur, melius profecto, melius, & Harpocrati & Angeronæ litassem. Meminisse decebat, Aristophanem, Theognin, ceterosque bonos scriptores usurpare τὸ παθεῖν non solum κακῶν περιπέτειαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγαθῶν. Ceterum ad historiam quod attinet, hic addi possit, quod apud Græcos nomen illa de Dionysio Siciliae tyranno dicebat. res nota est. *FAB* *Malum* opponitur præcedenti bonum. *Perferre*, non solum est *ferre*, sustinere, sed cum æquabilitate animi ac constantia *ferre*, quod diceret, non potuistis animum vestrum sic componere; ut posse *ferre* bona & secunda, facite nunc, ut melius sciatis *ferre* mala, Terentius *Hecyr. Act. 3. sc. 1.*

Tum uxori obnoxius sum, in olim suo me ingenio pertulit. Aliter, & priori sensu idem in Phorm. Act. 2. sc. 1.

Non causam dico; quin quæ merito sit, ferat. SCHEFF. Senec. *Thyest. v. 307. Leve est miserias ferro, perferre grave.*

[⁽²⁸⁾ Cives] *Lcg. o Cives.* cum Rittershusio & V. C. HEINSIUS.

[⁽²⁹⁾ Ne veniat] *Nicol. Heinsius addendis ad tom. 1 Ovidii pag. 58. emendat, ne eveniat.* Optima SCHEFFERUS.

(1) Lb

N

Ælo

T

Penn

4 Sec

Forn

(1)

ne qui

velit h

Ferr

(2)

legit M

(3)

explica

vel vic

exornat

(4)

Metru

Pavus

Statuer

immise

σύλλα

miscne

cir,

Mis

Ita &

(3) F A B. III.

Graculus superbus & pavo.

NE gloriari ¹ libeat alienis bonis,
² Suoque potius habitu vitam degere;

Æsopus nobis hoc exemplum prodidit.

Tumens inani Graculus ³ superbia,
 Pennas pavoni quæ deciderant sustulit;

⁴ Seque exornavit: dein contemnens suos
 Formoso se pavonum ⁵ immiscuit gregi.

illi

(1) *Libeat*] Absolute, pro
 ne quis sit, cui lubitum sit, qui
 velit hoc facere. *Virgilius* 9. *Æn.*

---- Cum tamen omnes

*Ferre libet subter densa testudi-
 nis casus.* SCHEFF.

(2) *Suoque*] *Suo quin potius*,
 legit *Meufsius*.

(3) *Superbia*] Spe regni: si
 explicare fas est ex *Æsopi* fab. 191.
 vel victoriæ ἐν ἀγῶνι κἀλλους
 ex *Aphthonii* fab. 31. & *Gabr.*
 fab. 26. *PRASCHIUS*.

(4) *Seque exornavit*] *His sese
 exornat.* HEINSIUS.

(5) *Immiscuit se pavonum*] *Metrum*
 volt ut legamus, pavum,
 Pavum & pavo, notum. *SCIOPP.*
 Statuenda est συνίζησις in voce
immiscuit, quæ hoc loco τρι-
 σύλλαβος est; ita *Virgilius* τὸ
miscuerunt trium syllabarum fe-
 cit,

*Miscueruntque herbas & non in-
 noxia verba.*

Ita & hic noster lib. II. fab. VI.

præbuerunt, in trium syllabarum
 modum coëgit.

*Felisque catulis largam præbu-
 runt dapem,*

Neque vero hæc scriberem, nisi
Schoppium, qui sibi argutissi-
 mus est, vidissem legere, pavum
 pro pavonum (nam & pavus &
 pavo dicitur) ut versui, quem la-
 borare existimat, remedium ali-
 quod afferat. *FABER.* *Buch-
 nius* post immiscuit, tollendum
 putat se, ut ex glossa natum,
 nec cum *Schoppio* pavum legen-
 dum. At vero tribus syllabis,
 conjunctis duobus postremis vo-
 calibus efferendum esse, *Faber*
 contra *Schoppii* emendationem mo-
 net; jamque ante *Barthius* XLII.
Adv. id fecerat. Verum rectius
 nob. *Heinsius* statuit, trajicien-
 das esse voces, isto modo: se im-
 miscuit pavonum formoso gregi.
 Cum illud miscuerunt ex *Virgilio*
 quod allegat *Faber*, sit dactylus,
præbuerunt vero ex *Nostro*, ana-

B pættus,

6 Illi impudenti pennas eripiunt avi,
 7 Fugantque rostris. Male 8 mulcatus graculus
 9 Redire mœrens cœpit ad proprium genus: 10
 A quo repulsus tristem 10 sustinuit notam.
 Tum quidam ex illis, quos prius despexerat:
 Contentus nostris si fuisses 11 sedibus
 Et quod natura dederat 12 voluisses 13 pati,
 Nec illam expertus esses contumeliam, 15
 Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.

FAB.

paſtus, veteresque talia tam correpta, quam producta tertia ſyllaba enunciaverint. SCHEFFERUS. Marcil. ad Horat. 1. epiſt. 3. legit: *immisceſet ſe*. Buchnerus *immiscuit* retinet, ſed *ſe* delendum cenſet; nos Gudii lectionem recepiſimus.

(6) *Illi*] Scilicet pavones. Aliter accepit vir doctus, tanquam referretur ad graculum, eſſetque ſingularis numeri dativus. Nec enim aliud cogitare potuit in fine verſus, pro *avi*, reſcribens *aves*. FREINSHEMIUS.

(7) *Fugantque*] *Suſpicatur Nicol. Heinfius, figuntque roſtris*, quia id proprium hac in re verbum. *Ovid. Met. 14. de pico Martio, duro ſera robora roſtro figit.* SCHEFF.

(8) *Mulcatus*] *Leg. mulcatus.* HEINSIUS. Vide de hoc verbo Gronov. ad Liv. 28. 30.

(9) *Redire cœpit*] Anon. fab. 35. latuiſſe præ pudore fingit, & fugiſſe ſocios. PRASCHIUS.

(10) *Suſtinuit*] *Suſtulit, pati coactus fuit. Quomodo Plautus in milite, ſuſtinere ſuſpicionem dixit. Vult autem Graculos reliquos hunc variis, & acerbis contumeliis proſcidiffe.* SCHEFF.

(11) *Sedibus*] *Rimicius quidam, qui Æſopi fabulas, ex Phædro plurimum deſumptas olim Ulmæ publicavit, habet, ſi hæc veſtes amaſſet. Inde Neveletus conjectabat, veſtibus pro ſedibus hic legendum. Verum ego nihil muto. Nam reſpexit verbis hiſce, quod de graculo præcedit, immiscuit ſe gregi pavonum. Quod autem veſtes attinet, id innuitur verbis ſequentibus, ſi voluiſſis pati, quod natura dederat. Nempe reprehendit duo, & quod plumis alienis ſeſe exornat, & quod deſertis ſuis, contulerit ſe ad alios. SCHEFFERUS. Leg. caribus vel dotibus. HEINSIUS. Nihil mutandum. Sic Horat. 1. Od. 2. *Nota qua ſedes fuerat columbis.* Et Virgilius, imitatus Lucretium, eadem ratione dicit ſecundo Georgicorum, *Antiquas domos avium.* Et ipſe infra Phædrus fab. 80. *Formicæ receptaculum vocat copioſam domum; & reſtudiois, corneam domum.* fab. 37. Vide Ampliſſ. Cuper. 3. obſer. 18.*

(12) *Voluiſſes*] *Forte potuiſſes.* HEINSIUS.

(13) *Pati*] *Plane elegantius pati, quod natura dat, ſicut* *plau-*

A
 3 L
 4 A
 Plaut
 ſus eſt
 For
 i
 Eſt au
 darum
 paratio
 tura ha
 nora.
 mibor
 cundur
 conten
 ſtant.
 lib. 4.
 qua pa
 det Ab
 dem a
 SCHEFF
 (1)
 ſop. fa
 Pro qu
 fab. 33
 (2)
 non e
 Niſi m
 SCHEFF
 (3)
 Sicut i
 don ap
 fit a T
 dem ſp

(4) F A B. IV.

Canis per fluvium carnem ferens.

AMittit merito proprium qui alienum adpetit.
 Canis ¹ per flumem carnem ² dum ferret natans,
³ Lympharum in speculo vidit simulachrum suum:
⁴ Aliamque prædam ab alio ferri putans,

Eri-

Plautus dixit: pati bonum. Ver-
 sus est in *Afn. At. I. sc. 1.*

*Fortiter malum qui patitur,
 idem post patitur bonum.*

Est autem admodum accommoda-
 darum huic loco, propter com-
 parationem munerum, quæ natu-
 ra habent alii majora, alii mi-
 nora. Nam isthoc respectu qui
 minora acceperunt, optime di-
 cuntur ea pati, cum in iis sunt
 contenti, & majora non affe-
 ctant. Alexander apud Curtium
 lib. 4. cap. 1. *Libet scire inopiam
 qua patientia tuleris?* respon-
 det Abdolonymus: *Utinam eo-
 dem animo regnum pati possim.*

SCHEFFERUS.

(1) *Per flumen*] Ita & Æ-
 sop. fab. 213. & Anon. fab. 5.
 Pro quo Gabr. fab. 32. & Aphth.
 fab. 35. *propter flumen.* PRASC.

(2) *Dum ferret*] Nescio num
 non esset melius, *cum ferret.*
 Nisi malis, *dum fert, & natans.*

SCHEFFERUS.

(3) *Lympharum in speculo*] Sicut infra cærus fab. 22. Cory-
 don apud Virg. ecl. 2. qui sum-
 sit a Theocrito, Bucoliastis. I-
 dem speculum Narcissum formæ;

Actæonem deformitatis admo-
 net, apud Ovid. Met. 3, 6. & 2.
 Scite nonnemo, nihil aqua com-
 modius esse, dixit: quæ & mon-
 strent sordes & tollat. Ejus rei
 Φυσιολογίαν exhibet Alex. A-
 phrod. quem PSELLUS de Lapid.
 ad omnia, etiam naturæ, enu-
 cleanda promptissimum vocat;
 probl. 134. PRASCENIUS.

(4) *Aliamque prædam*] Ele-
 mentum M. in fine τῆς prædam
 extritum non est; more veterum.
 Ita Lucretius divinus vir æ-
 que incomparabilis (Scaligeri
 Patris testimonium est comment.
 in hist. Anim. Aristotelis.)

--- Expressit multa vaporis

*Semina, sequæ simul cum eo com-
 miscuit ignis.*

Adi, si tanti est, Gifanii indi-
 cem, cui addes locum Lucili qui
 apud Isidorum,

*Multorum magnis tudantiam
 istibus tundit.*

Legendus quoque Paulus Merula
 ad Annales Ennii. pag. DXXVII.
 FABER. Elementum ultimum
 hic non eliditur, ut olim recte
 contra emendationem *Maurii* no-
 tavit *Barthius*, adv. 47. 16. & in

5 Eripere voluit: verum decepta aviditas,
Et, quem tenebat ore, 6 demisit cibum,
7 Nec quem petebat adeo potuit attingere.

FAB.

fuis Tanaquillus Faber repetiit.
SCHEFFERUS. Lege: *Aliamque
predam ab alio se ferri putans*;
id est, ab alio ac diverso cane, ac
iple erat. Sic Horat. 4. Od. 10.
Quoties te speculo videris alterum:
Si cui hæc lectio vero dura videatur,
potest legere: *ab alio ac se.* Ita Terentius Phorm. 4. 4. *Aliud
mibi respondes ac rogo.* Sæpe
autem auctores eleganter alius
bis eadem periodo repetunt. Sic
Virgil 1. Georg. *Ipsa dies alios,
alio dedit ordine luna.* Salustius,
Aliud alii iter natura ostendit.
Et ita Cicero passim. HEINSIUS.
Marcil. ad Horat. d. l. legit *ferri
deputans.*

(5) *Eripere voluit*] Scilicet illi
alii. Ellipsis notanda, quia casus
alius subaudiendus, quam qui
precedit. Ita supra, *Illi impu-*
denti pennas eripiunt avi, fugant-
que rostris scil. avem non avi,
quod præcessit. SCHEFFERUS.

(6) *Demisit*] *Dimisit.* Excer-
pta Rigaltii. HEINSIUS. Ita ha-
buerunt veteres. *Rigaltius* in suis
edidit, *dimisit*, causam nullam
video. *Demisit ore* idem est, ac
misit de ore. Sic plane *Virgilius*,
quem nescio utrum non respex-
it noster, lib. VI.

Demisit lacrymas, dulcique as-
fatus amore est.

Et lib. IV. Georg.

----- *Et sacrum jugulis de-*
mitte cruorem. SCHEFF.

(7) *Nec quem petebat adeo*] Vel isthæc una vocula *adeo*
tam concinne, tam eleganter,
usurpata, & loco tam suo posita,
satis ostenderit quam veræ fuerit
genuinæque Latinitatis sciens
Phædrus. Gallice verteres *Et voce
tout cela il ne pût*, &c. Scio ali-
ter interpretatum esse doctissi-
mum illum & politissimum vi-
rum, qui hunc scriptorem Gal-
lice nuper convertit: neque tamen
sententiam meam mutatam
velim. Servius ipse ad versum
ccccxxvii. libro VII. *Aeneidos*
non est assecutus vim hujus particu-
læ, quæ ibi quidem paulo
diversa est, sed non significat
valde, ut ille existimavit. Eundem
errorem erravit ad versum
dcccix. ejusdem libri. FABER.
Particula est elegantissima, &
ex media Latinitate sumpta, jun-
gendaque non verbo *petebat*, sed
particulæ *nec*. Vis ejus plane
singularis. Hoc vult, etiam si ja-
cturam fecerit prioris cibi, non
potuisse tamen id sufficere ad præ-
sens infortunium, sed præterea
etiam illo, quem appetebat, ci-
bo carere coactum. Habet No-
ster ex *Virgilio* qui passim sic u-
surpat. Ut lib. IV. *Æn.* *Nec me
adeo fallit* - - Porro verum
hunc sic corrigat, & edit *Freinshe-*
*mius: Nec quem petebat eo potuit
attingere*; atque illud *eo* referat
ad, *ore*. At vero eundem omni-
bus

1 M
4 V
6 So

bus re
nec qu
tingere
syllabi
ctione
Heinsh
adscrip
ut vide
hil mu
gantiss
culæ a
nem n
tenebat
multo
tuille a
3. anno
necessit
jugum
cios non
minus
tella qu
cum cor
(1)
quam.
(2)
HEINSI
(3)
positio
sam int
61. &

(5) F A B. V.

Vacca & Capella, Ovis & Leo.

- 1 **N**Unquam est fidelis cum potente societas:
 2 Testatur hæc fabella 3 propositum meum.
 4 Vacca & Capella, & 5 patiens ovis injuriæ,
 6 Socii fuere cum leone in 7 saltibus.

Hi

bus retentis ita ordinat *Ursinus*:
nec quem petebat potuit adeo attingere. Cæterum illud potuit bisyllabum *Barthius* putavit, & lectionem veterem retinuit. *SCHÆF.* Heinſius margini conjecturam adſcripſerat e *vado*, ſed poſtea, ut videtur, meliora doctus, nihil mutandum ſubjecerat. Elegantiffimus hic uſus eſt particulae *adeo*, quæ ſignificat, Canem non tantum cibum, quem tenebat ore, demiffiſſe, ſed & multo minus aliam prædam potuiſſe adtingere. Sic apud *Tacit.* 3. *annal.* 34. *Pauciæ ſæminarum neceſſitatibus concedi, quæ ne conjugum quidem penates, adeo ſocios non onerent; id eſt, multo minus ſocios. Et lib. 6. c. 15. ne telia quidem urbis, adeo publicum conſilium nunquam adiit.*

(1) *Nunquam*] Forte *nuſquam.* HEINſIUS.

(2) *Teſtatur*] Forte *teſtetur.* HEINſIUS.

(3) *Propoſitum meum*] Propoſitionem, ſententiam præmiſſam intelligit. Vide *Fabi lib. VII. c. 1.* & quæ nos in *gymnaſio ſtyli*

pag. 121. *prodidimus.* *SCHÆF.* *Œgry* vel *effatum*, dictum. Quo ſenſu *propoſendi* verbum familiariffimum eſt *Cornelio Celſo.* Ut ecce, initio ſtatim: *quos tamen Homerus vulneribus tantummodo ferro & medicamentiſus mederi ſolitos eſſe propoſuit.* *PRASCHIUS.* *Scopus, Gloſſæ Propoſitum, προσκεινενον.* *AXENIUS.*

(4) *Vacca & Capella*] Eaſdem perſonas introduxit *Anonymus fab. 6.* *diverſas Babr. fab. 9.* *Æſopus fabula 229.* adde *fab. 38.* *PRASCHIUS.*

(5) *Patiens injuriæ*] *Dictys Cret. 11.* *Ad omnia, quæ dicebantur, tanquam injuriæ ejus patientes, annuere. Ita V. C. meus, non participes.* HEINſIUS.

(6) *Socii fuere*] *Leg. ſociati, vel ſociatim ire vel ivere.* HEINſIUS. *Nob. Heinſius ſociati ire.* Quod ſi admittimus, ſequens in *ſaltibus*, ad *cepiffent* referendum fuerit. *SCHÆFFERUS.*

(7) *Saltibus*] *Locis, venationi aptis.* *Plin. pag. 81.* *Quæ remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras.* *SCHÆFFERUS.*

B 3

(8) Hi

8 Hi cum cepissent cervum vasti corporis,
 Sic est locutus 9 partibus factis Leo:
 Ego primam tollo, 10 nominor quia Leo;
 Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi;
 Tum quia plus valeo, 11 me sequetur tertia;
 Malo adficietur, si quis quartam tetigerit. 10
 Sic totam 12 prædam 13 sola improbitas abstulit.

FAB.

(8) *Hi cum cepissent*] Meur-
 sius: lege, *Qui cum cepissent*; vel,
ibi cum cepissent. HEINSIUS.

(9) *Partibus factis*] Dict.
 Cter. lib. 1. uno verbo extulit
quadrivertire. PRASCHIUS. Al-
 ludit ad partes in conviviis. Sic
 infra fab. 32. *Prædator intervenit*
partem postulans. HEINSIUS. Vi-
 de Gronov. Diatr. Stat. c. 13.

(10) *Nominor quia leo*] Pro-
 duci ultimam syllabam, contra
 vulgarem consuetudinem, op-
 portune hic notavit *Praschius*.
 At vero vit clarissimus *Marquar-*
dus Gudius post *nominor* inseren-
 dum putat *rex*, ut hoc observat
 litteratissimus *Axentius in Adden-*
dis p. 13. SCHEFFERUS. In *quia*
 ultimam producit, quam mox
 corripit. Jam pridem observatum
 eruditis, multa (Grosippus ma-
 vult, pleraque) ancipitia esse,
 quæ vulgo breviter aut longa tan-
 tum credantur. Vide *Mariang.* a
Fano Bened. Auct. Gramm. Grof.
 p. 73. PRASCHIUS. Sed vide
Gudium.

(11) *Me sequetur tertia*] Mea
 erit. *Curtius lib. 5. c. 1. Omnia se-*
qui armatos. SCHEFFERUS. Vide
 de hoc loquendi genere *Barthii*
Advers. 52. 16.

(12) *Prædam*] Proprie de eo,

quod venatione capitur. Vide *Ni-*
tium ad Nemes. v. 50. *Noster in-*
fra II. c. 9. Cervum convocata jubet
occurri familia, prædamque tolli.
 SCHEFF. Vid. Infr. ad lib. 2. fab. 1.

(13) *Sola improbitas*] Gran-
 dios, & ut sententia esset aper-
 tior, sic loquitur, nec hic ullo
 modo *Meursius* est audiendus.
Noster supra fol. 4. *verum de-*
cepta aviditas, & sic sapissime.
Improbitas porro est nimietas, ut
 sic dicam, ac insatiabilis cu-
 piditatis. Neque *Barthium* hic
 sequor, qui crudelitatem expli-
 cat, quando non est sermo de
 crudeli hoc in loco, sed de eo,
 qui, fiducia potentia, avarus est,
 & cupidus, raptorque alieni. *Verg.*
I. Georg.

- - - *Hic piscibus atram*

Improbis ingluviem, rarisque
loquacibus explet.

Servius ad hæc verba: *improbis,*
insatiabilis, & *Philarg.* *Improbis,*
hic, avidus. SCHEFFERUS. Nū
 vidi melius, tamen audi *Meur-*
sium. Malebam, inquit, *sola*
improbiter abstulit; sed quis ver-
 sui quiritanti subveniet? neque
 enim erit versus trimeter, si ita
 legas: idque *πάσης μωσικῆς ἰ-*
γευστοί sentient. FABER.

(1) Fr

(6) F A B. VI.

Ranæ ad solem.

1 VICINI Furis celebres vidit nuptias
 Æsopus, 2 & continuo narrare incipit:
 Uxorem quondam 3 solem velle ducere,
 Clamorem Ranæ sustulêre ad fidera.
 4 Convicio permotus quærit Jupiter

5
Cau-

(1) *Vicini*] Illud *vicini* dicitur in respectu ad *Æsopum*, cujus erat vicinus, & ob furta infamis. SCHEFF.

(2) *Et narrare*] Forte, *en narrare*. HEINSIUS.

(3) *Solem velle*] Correxeram de conjectura: *Sol cum vellet ducere*; cum ecce video id jam ante me fecisse ex veteri libro Eruditissimum Rigaltium. MEURSIUS. Hanc lectionem approbat Heinsius.

(4) *Convicio*] Vid. Cl. Bœcl. Chrestom. Terent. voc. *Convitiium*. PRASCHIUS. Proprie loquitur Phædrus: *Convitiium* enim non à *vitiis*, ut alicubi dubitat Festus, dictum est: neque porro à *conciatione*, ut ridicule censebat Labeo I. C. sed à *conlatione vocum*, ut optime alii Themidas *ἑποφάπτει*, quasi *convocium*, unde & syllaba secunda longa est, neque hoc loco *maledictum* aut *consumeliâ* significat. FABER. *Collatione*, conjunctione vocum, proprie. Et sic exponit Labeo apud Ulpianum l. Item ff. de *jud.* quem nescio,

quare *Falla*, & post eum *Faber* ridicule hic dicant censere. Verba *Labeonis* hæc sunt: *Convitiium dicitur a concitatione, vel a conventu, hoc est collatione vocum. Cum enim in unam plures voces conferuntur, convitiium appellatur; quasi convocium. Nihil melius, nec quidquam aliud hic affert Faber. Quod autem illud concitatione fugillat, in eo nescio, an perceperit Labeonis mentem. Nam concitare, & citare, est a *ciere*, vel *cire*, quod sæpe apud veteres reperitur pro *vocare*. Virgil. IV. *Æn.* *Nocturnosque ciet manes* - - - Tacit. *Histor.* III. c. 10. *Ut quemque notum, & aliquo militari decore insignem aspexerat, ad ferendam opem nomine ciens.* Atque hinc *concire*, ac *concitare*, i. e. *convocare*, quod *Labeoni* voces jungere. Ait quidem *Faber* in editione *Phædri* ultima, *Labeonem persuadere nobiscupere, convitiium dici, a concitatione vocum: ego vero nihil tale apud Labeonem video. Hoc ait potius, convitiium appellari, quasi convocium, cum in unum voces**

B 4

plures

Causam 5 querelæ; quædam tum 6 stagni incola,
Nunc, inquit, omnes 7 unus 8 exurit lacus,

Co-

plures conferuntur. Quid his Faber melius? *convicium* non a vitis, neque porro a concitatione, sed a conlatione vocum, quasi *convocium*. Dicas, exscripsisse *Labeonem*, & cum nihilominus rideat. Sed scripsit tamen ridicule *Labeo*, *convitium* dicitur à concitatione vocum. Quasi vero *Labeo* ab hoc vocabulo concitatione derivaverit vocabulum *convicium*. Aliud sequentia, quæ superius attulimus, ostendunt. Hoc voluit, quia in hoc est citatio quædam *juncta* collataque, quam appellat *concitationem*, quia vocum veluti conventus aliquis, ideo respectu ejus concitationis dictum esse *convicium*: Est enim *convicium* *convocium*, quod significat idem, atque concitationem, sive collationem & conventum vocum. Facit ergo *Faber* longe aliud ex verbis hisce quam quod *Labeo* intendebat. Ideo & *concitationem* vocum junxit, cum *concitationem* ille posuerit simpliciter. Et hoc erat, quod volebam. B. August. in Gram. A cio, cito, quod significat, frequenter vocito. Unde nunc aliquos voce præconis citatos dicimus, id est, frequenter vocatos. Cæterum hoc sensu vocem *convicii* usurpasse veteres, ostendit quoque *Ovidius*, quando & ipse de ranis lib. VI. Met. 378. dilatant patulos *convicia* rictus. Item *Cotumella* quando lib. X. Perpeti-

tur *querula* semper *convicia* rana. Adde inf. lib. III. cap. 16. SCHEFFERUS.

(5) *Querela*] Anon. fab. 7. querelam hanc terræ tribuit, non ranis: quas non questas, sed lætatas scribit *Gabrias* fab. 20. PRASCHIUS.

(6) *Stagni incola*] Cicero 5. Tuscul. Namque alias bestias naves aquarum incolas esse voluit. Velit, nolit Grammaticorum natio, confiteatur necesse est, *Incolam* etiam *fœminini* generis esse, cujusdem *Advenam* dixit *Martian. Capella* in libro III. de Analogia p. 71. Edit. Grot. Grotius quidem in notis putat esse vitiosam lectionem; sed invenit eam in tribus & *πονηρὸς κόμματα* chirographis codicibus, quos Romæ vidi. Potest tamen *τὸ* *quædam* referri, ad *Ranam*, ut *Rana* dicatur *incola*, sicuti *Aquila* Rex. AXENIUS.

(7) *Unus*] Solus, etsi plures non extent, refertur ad solem. *Virgilius* XII. Æn.

- - spes nunc una *fenestra*. SCHEFFERUS. Terent. Eun. 1.2. Ego cum illo, quo cum tum unam rem habebam hospite, abii huc. Lit. 1. 18. Quo præsidio unus per tuas gentes pervenisset.

(8) *Exurit*] Iterum in animo *Virgilium* habuit, qui lib. III. Georg.

Postquam exusta palus, terræque ardore debescunt.

Scio

(6)
9 Co
QuidScio, a
frustra
ctione
simi. I
ita lib.

Et cu

Nam &
absump
omni.

VI. c. 8

si sole e

Καταξ

tur L. ut

nav. lic.

tur ma

PRASCH

(9)

sede em

propter

sedes ei

ludem,

tionis,

supra ca

fuisse se

(6) Cogitque miseras arida sede¹⁰ emori.
Quidnam futurum est, ¹¹ si crearit liberos?

FAB.

Scio, alios *exhausta* legere; sed frustra sunt, quando pro hac lectione pugnant codices antiquissimi. Imo ipse Poëta, quoniam ita lib. I. *Geor.*

*Et cum exustus ager morientibus
æstuat herbis.*

Nam & hic *exustus*, est *exsiccatus* absumpto per calorem humore omni. Quomodo & *Columella VI. c. 8. Cæsus aridus provenit, si solum exustus est.* SCHEFFERUS. *Καταχρηστικῶς.* Lacus definitur L. un. §. 3. D. ut in flum. pub. nav. lic. Hebræis lacus appellatur mare, ut mare Cinnereth. PRASCHIUS.

(9) *Cogitque miseras arida sede emori*] Ablativus causæ, propter aridam sedem, seu quia sedes est arida, *sedem* vocat paludem, quasi locum commorationis, ubi degunt. Quomodo supra cap. 3. *Contentus nostris si fuisses sedibus, & Curtius l. III. c. 2.*

excitam sedibus suis molem dixit. SCHEFFERUS. V. C. habet *cogetque*. Forte legendum *cogetque miseras arida sedi immori.* Virgil. *Mori me denique cozes.* HEINS.

(10) *Emori*] Sic, ut nulla reliqua maneat, *aufzsterben*. Sed malletem *mori*. Nam plus est, saltem intentione dicentis, quod mox metuit. At si *emori*, eo quidem sensu, sicut dixi, legamus, majus nihil esse potest. SCHEFFERUS.

(11) *Creavit*] Optime. *Livius lib. I. cap. 3. Is Æneam Sylvium creat.* Virgilius X. *Æn. Sulmona creatos quatuor hic juvenes rapit.* SCHEFFERUS. De feminis quoque hoc verbum usurpatur. Epigr. vetus in Claudiam, *Gnatos Duos creavit, horum alterum in terra linquit, alium sub terra locat.* V. Muncker. ad Hygin. fab. 3.

(7) F A B. VII.

1 *Vulpis ad Personam tragicam.*

2 **P**ersonam tragicam forte vulpis viderat:
 3 *O* quanta species, inquit, cerebrum non habet.
 Hoc 4 illis dictum est, quibus honorem & gloriam
 Fortuna tribuit, 5 sensum communem abstulit.

FAB.

(1) *Vulpis*] Ita legendum non *vulpes*, & sic sæpe auctores. Sic Avicenus e MS. fabula 40. *Pardus* & *vulpis*. Sic Bongarsius in variis lectionibus ad Justinum lib. XII. notat, in MSS. Justiniani inveniri, *cedis*, *Alcibiadis*, *indolis*, *subolis*, *cladis*. Ita & apud Propert. *torquis* pro *torques*. *Torquis* ab *incisa* decidit *inca gula*. Contra *Canes* pro *canis* reperitur. Vide Vossium de Analogia lib. 1. c. 15.

(2) *Personam tragicam*] Recenset hoc de capite & lupo Anon. fab. 24. PRASCHIUS.

(3) *O quanta species &c.*] In respectu ad externam majestatem. Nam augustam & venerabilem intelligit speciem, quam ut rebus aliis, sic ore vultuque exprimebant in tragædiis, ut in quibus reges, alique viri magni ab actoribus inducebantur. Nezeletus mallet ex Rimicio: *O quanta species, ait, & cerebrum non habet! Quid? si scripsit: o quanta species, & cerebrum non habes!* ut illud inquit vel ait, sit a glossis. Ea solet fere noster omittere. SCHEFF. Græca dulcius: *ὦ οἷα κεφαλῆ,*

καὶ ἐγνέφαλον οὐ ἔχει. Ætop. fab. 11. PRASCHIUS. Forte legendum, *O quanta species, at cerebrum non habet.* HEINS. Horat. 1. Od. 19. vocat *vacuum ceticem*.

(4) *Illis*] Supra cap. 1. proprio illos, id est, in illorum usum. SCHEFFERUS.

(5) *Sensum communem*] Intellectum, qualem communiter de rebus homines habere solent, quo qui destituti sunt, stupidi vocantur. Sic vocavit ante Phædrum etiam Lucretius, & Horat. sermon. 3. Hinc Fabius 1. cap. 3. *Sensum ipsum, qui dicitur communis, ubi discet, quem se à congressu, qui non hominibus solum, sed multis quoque animalibus naturalis est, segregavit.* SCHEFFERUS. Juvenalis:

Rarus enim ferme sensus communis in illa

Fortuna —

Fortasse ex Phædro, quem scimus illa tempestate lectitari solitum, Martialis testimonio. F A B. Vide Budæum ad L. 1. ff. de Istit. & Jur.

(1) Græca

Q
 5 6

(1)

Sic in
 Græcis
 his no
 gin. fa
 ad har

(2)

merito
 benefi
 Tum

E'vep
 neficiu
 cubi m
 & ni
 est, n
 vulgi p
 tinis a
 Pretiu
 neficii
 Multis
 in usu
 Nic. P
 6. 146
 tum au
 gratam
 tem qu
 stendit
 epist. r
 nere ap
 Donatu

(3)

(8) F A B. VIII.

Lupus & ¹ Gruis.

Qui ²pretium meriti ab improbis desiderat,
³Bis peccat; primum quoniam ⁴indignos adjuvat;
⁵ ⁶Impune abire deinde quia ⁷jam non potest.

Os

(1) *Gruis*] Ita legendum est. Sic in Notis Tyronis pag. 179. *Gruis* legitur. Vide de similibus his nominativis Muncker. ad Hygin. fab. 139. & Rittershusium ad hanc fabulam.

(2) *Pretium meriti*] Absolute meritum pro benemerito, id est, beneficio. Virgil. I. *Æn.*

Tum pietate gravem, ac meritis - - SCHEFF.

Ενεργημάτων. Inde pro, Beneficium collocare, dictum alicubi memini, *meritum collocare*: & nisi fallor, apud Ciceronem est, *meritum dare*: quod ut ad vulgi palatum non facit, ita Latinis auribus placebit. F A B E R. Pretium meriti hic est merces beneficii & operæ alicui præstitæ. Multis exemplis hujus vocis *pretii* usum illustrat Illustrissimus Nic. Heinsius ad Ovid. Epist. 6. 146 & Metam. 2. 701. Meritum autem hic beneficium, & gratam operam denotat; plus autem quam officium valet, ut ostendit Manut. ad Cicer. famil. I. epist. 1. aliquando etiam pro munere apud auctores sumi docet Donatus ad Terent. Eunuch. 3. 2.

(3) *Bis peccat*] Malefacit, sive

in respectu ad id, quod est justum honestumque, sive in respectu ad id, quod conducibile, quo qui peccat, imprudenter potius quam inique agit, committitque, quod appellat Cicero in ep. ad Att. *stultitia peccatum*. Plautus in Epidico Act. 3. sc. 4. loquens de argento.

- - - *stulte datum reor, atque peccatum largiter.* SCHEFFERUS.

(5) *Indignos*] Quod qui facit, vitia sceleraque illorum hætenus promovet. Quo intuitu & Ennius apud Cicer. de Offic. II. *Benefacta male locata, malefacta arbitrator*. Pro *malefactis* noster *peccata* dixisset. SCHEFFERUS. V. C. Pirhæi habet *dignos*. HEINS.

(6) *Impune abire deinde quia jam non potest*] Non video quo modo, Phædre; nam prius ut tibi concedam, certe posterius non possum. Impune enim abire non posse, peccatum non est, sed potius infelicitas e peccato nata. Itaque te fugit ratio. MERRISIUS. Responderet Phædrus sibi rationem constare. Peccatum esset adjuvare improbum, etiamsi fieri sine periculo posset. Alterum igitur

Os devoratum fauce cum hæreret lupi,
Magno dolore victus, coepit singulos
Inlicere pretio, ut illud extraherent malum.

Tan-

tur peccatum est sua culpa in periculum venire. FREINSHEMIUS. Hoc alterum est peccatum. Efficit, inquit, qui pretium meriti ab improbo desiderat, ut non possit abire impune. Quid ita? quia improbi pro gratia damnum referunt. *Isocr. ad Damon. Improbi non minus eos, qui bene de ipsis merentur, quam qui eis nocent, ladunt.* Porro, facere, ut, qui meruit gratiam, reportet damnum, id haud dubie est peccare. *Mouysius* hic frustra nostrum fugillavit. SCHEFFERUS. Supple: quod tamen provideri poterat ac debebat. Primum ergo peccatum, improbitas; alterum imprudentia. Hanc *βραχολογίαν* assequutus non videtur Meursius. PRASCHTUS. Barthius vero *Advers. 47. 10.* putat vocem peccati hic ambiguae significationis esse, & priore loco culpam, posteriore errorem designare. Errorem autem in eo consistere, quod cum deinde in societatem mali veniens & liber demissus, non videt se satis magnum beneficium accepisse, quod a perfidi hominis consortio integer & inviolatus redire potuerit. Hoc ex Lupi ad Gruem verbis in fine hujus fabulae recte effici putat; sed ut ea sententia his verbis asfingatur, legendum monet, *jam nunc potest*; vel concinnius, *jam tunc*; quod tamen nemini huc

usque persuadere potuit. Heinsius margini adscripserat legendum: *Quianam non potest.*

(6) Impune] Sine detrimento, nocumento. *Virgil. XI. Æn.*

Per sylvas Teucris, mistique impune Latini
Erravere juris - - -

Servius ad hunc locum: *Impune, hoc loco, sine periculo.* Imo sine noxa, sine damno, ut in cæteris poetæ locis. Vult, neutrum lesisse alterum propter inducias, licet essent hostes, *Curcius V. 3. Natantium manus stipitibus Jaxisque lacerabant, donec debilitati, impune navigiis excipi possent.* Eleganter autem hoc vocabulum usurpat Noster, quia peccati illius sui hanc velut pœnam subire coguntur, qui hoc faciunt. Vide infra cap. 21. SCHEFF.

(7) Jam] Lectissima iterum particula, & ex intimis recessibus Latinitatis deprompta. Vim habet singularem, quasi dixisset, statim inde in periculum hujusmodi talis incidit, nec malum effugere ulla posthac ratione potest. *Varro de R. R. II. cap. 4. Quum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellatur: neque jam lactantes dicuntur.* Male Barthius sollicitat hunc locum *lib. XLVII. Adv. cap. 10.* SCHEFFERUS.

(8) Tan-

8 Ta
Gula
11 Pe
13 Pe

(8)
jurando
rit Meu
respxit
tatem,
IV. cap
ostendit
contenti
tur. Ag
jus sub
PRASCH
(9) C
spectu a
randum
committ
XI. Æn

Hospit

(10)
gum ce
juxtor,
XIII.
ges, no
BER. I
tur aute
quoniam
debatu
ut idone
Quomo
Verrem
fumebat
in aliis
est seme
His vic

8 Tandem persuasa est jurejurando Gruis,
9 Gulæque credens 10 colli longitudinem,
11 Periculofam 12 fecit medicinam Lupo.
13 Pro quo cum pactum flagitaret præmium: 10 In-

(8) Tandem persuasa est jurejurando Gruis] Hiatum h. l. quaerit Meursius, qui forsitan haud respexit perpetuam Phædri brevitatem, aut præceptum fabii Lib. IV. cap. 2. Quoties exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Agit ibi de narratione: cujus sub ditione fabulæ sunt. PRASCHIUS.

(9) Credens] Eleganter in respectu ad antecedens lupi jusjurandum, & rei periculum, pro committens & immittens. Virgilius XI. Æn.

--- rex nostra reliquit
Hospitia, & Torni potius se credidit armis. SCHEFF.

(10) Colli longitudinem] Longum collum, ut infra, Corvi jecur, pro corvo stupido, fabula XIII. Ibi congesta exempla leges, non injucunda cognitu. FABER. Pro collum longum. Utitur autem hoc locutionis genere, quoniam in collo maxime attendebatur ad ejus longitudinem, ut idoneam faciendæ medicinæ. Quomodo & Cicero alicubi in Verrem, nolis longitudinem consuebat stupris. Atque ita fit & in aliis huic similibus locis, quod est semel observandum. SCHEFF. His videtur reclamare prius

versus: Os devoratum sauce quivis hæret lupi. Utique quum ciconiæ rostrum non sit adeo breve. Esse autem fabulas debet *πιδεύας*, dictum ad digress. post fab. 64. Cautius egerunt Aphthon. fab. 25. Æsop. fab. 144. Adon. fab. 8. PRASCHIUS.

(11) Periculofam] Quomodo? num respectu gruis, collum inferentis lupi faucibus? num respectu lupi, versantis mortis in periculo, & ossis male devorati? Potest utrumque intelligi, verum prius puto magis nostrum respexisse. Præcedit namque, *persuasa*, item *credens*. SCHEFFERUS.

(12) Fecit medicinam] Sic Latinos loqui, docuit ex Cicero Rittershusius, cui ego nunc & Plautum, antiquiorem addo, qui sic *Cistell. A. I. sc. I. Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest.* SCHEFFERUS. Eodem sensu Cicero pro Quinct. *Medicina faciendæ locus non erit. Facere medelam dixit Gellius lib. XII. cap. 5.* PRASCHIUS.

(13) Pro quo cum factu] Recepimus certissimam Gudii emendationem: *Pro quo cum pactum flagitaret præmium.* Et ita Faernus hanc fabulam expressit: *Et pacta pretium.*

(14) Ore

(8) Tan-
Heinsius
rendum:
etrimen-
XI. Æn.
tisque im-
Impuni,
mo sine
n cæters
rum lz-
uducias,
us V. c. 3.
tibus ja-
debulat-
cipi pof-
hoc vo-
t, qua
ic velut
ur, qui
cap. 21.
iterum
s recessi-
ta. Vim
dixisset,
a hujus
malum
ratione
I. cap. 4
a man-
appellat-
es dicat-
itat hunc
cap. 10.
(8) Tan-

Ingrata es, inquit, ¹⁴ ore quæ nostro ¹⁵ caput
Incolume abstuleris, & mercedem postules.

FAB.

(14) *Ore quæ nostro*] Pro *ex* vel *abs* ore, cui scilicet immiseras. Præpositionem omitti ob verbum subsequens, *abstuleris*, cui vis ejus inest. *Quæ nostro*] Quid? si scribatur *quum nostro*, propter subsequens, *abstuleris*. SCHEFFERUS.

(15) *Caput*] *Supra* collum dixit. Nempe hic respectus fit ad vitam & salutem, quæ vulgari consuetudine loquendi, posita est in capite. Unde illa: *capite suo dimicare, defendere caput alterius*, & similia. Alias utrumque junctum intelligit, & caput, & collum. Neque video, quomodo repugnet fidei, quod nonnemo hic putavit. Nam nec fances sunt tam breves in quadrupedibus, nec rostrum gruis (de grue sermo est, non ciconia) tam procerum. Et quid? si dicamus os hæsisse in imis faucibus? De-

nique *Æsopus* ipse ideo scribit gruem esse potuisse lupo saluti hoc in negotio, quod haberet longum collum. Adeo non major est in ipso cautio quam auctore nostro, si incautus Noster fuit, de quo nihil adhuc, qui suspicabatur, idonee probavit. SCHEFF.

(16) *Postulas*] Mallet *Ritersbresi*, *postules*, nempe, quoniam *abstuleris* præcedit. Et sic *Tanaquillus Faber*. Ego nihil mutato: nam, conjunctionem, & non *et* *abstuleris*, sed *ingratus*, cum verbo *postulas* connectere, existimo. Sensus est: Tu pro hoc meo beneficio non ingrata solum es, non laudando videlicet raram hanc & singularem meam clementiam, sed insuper & mercedem *postulas*, quasi non satis sit mercedis, quod vitam tibi concesserim. SCHEFF.

(1) *Cave*Sib
St
2 C
Lep
Nota(1)
bum d
sicut j
Riters(2)
xime l
141. H(3)
ctione
ster. U
puncto
facit. C
leva A
nobilis
SCHEFF

(4)

Sic No

vactm h

locum

Sic Cic

Videm

tatum,

tus tra

ante So

virginal

(5)

tiffimu

irrition

Exemp

(9) F A B. IX.

Passer & Lepus.

Sibi non ¹ cavere, & aliis consilium dare,
Stultum esse, paucis ostendamus versibus.

² Oppressum ab Aquila ³ & ⁴ fletus edentem graves,
Leporem objurgabat Passer: ⁵ ubi pernicitas
Nota, inquit, illa est? ⁶ quid ita cessarunt pedes? ⁵
Dum

(1) *Cavere*] Proprium verbum de eo, qui consilio instruit; sicut jurisconsulti clientes suos, Rittershusius. SCHEFF.

(2) *Oppressum ab aquila*] Proxime huc accedit Abstem. fab. 141. PRASCHIUS.

(3) *Fletus*] Omisssa conjunctione, pro *Et fletus*. Varro Myster. Una pestilentia, hostica acies puncto temporis immanes acervos facit. Curi. v. 1. Eunibus a parte levia Arabia, odorum fertilitate nobilis regio, campestre iter est. SCHEFFERUS.

(4) *Fletus edentem graves*] Sic Noster infra: *tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur*; quem locum male sollicitant viri docti. Sic Cicero lib. 2. Tuscul. quaest. Videmus rudem illum *Et inexercitatum, quamvis levi ictu, ploratus turpissimos edere*. Et paulo ante Sophoclis verba vertens: *Heu virginalem me ploratum edere!*

(5) *Ubi pernicitas*] Elegantissimus in exprobrationibus & irrisionibus est usus particulæ ubi. Exempla plurima congregat Heinsh.

ad Ovidium Epist. 4. v. 150. & Freinsheim. ad Tacit. 2. annal. 2. Sic & Tacit. 15. annal. 62. *Ubi praecepta sapientiae? ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia?*

(6) *Quid ita*] Locutio elliptica, pro *ob quid ita*, hoc est, ob quam causam ita cessarunt. Sicut in illo Terentii Andr. A. 11. sc. 2. *Lætus est, nescio quid*. Ubi Donatus, *deest, propter, ut sit, propter nescio quid*. Et Act. 3. *Adelph. scen. 3. S. atque iratum admodum D. quid autem*. Ubi idem Donatus. *Quid pro quare, vel ob quam causam*. Et sic optimi scriptores. Cicero pro Roscio, *Accusatis Sextum Roscium, quid ita? quia de manibus vestris effugit*. SCHEFFERUS. Id est pigri & tardi facti sunt. FABER. *Cessare* non tantum significat hic, quid pigri & tardi facti sunt? sed cur officium suum strenue currendo, & te exitio eripiendo non fecerunt? nam *cessare* etiam significat *languide & negligenter aliquid facere*, ut notavit doctissimus

Dum loquitur, ipsum Accipiter 7 nec opinum rapit,
 Questuque vano clamitantem interficit.
 Lepus 8 semianimus 9 mortis in solatio;

simus Vavaffor de vi & usu quotundam verborum. Ita apud Virgilium *Æneid.* lib. VI. *Cessas in vota precesque, Troas, ait, Ænea.* id est, languide agis. Sic Horat. 1. Epistol. 2. versu penultimo opponit *cessare* & *strenuum anteire.*

(7) *Nec opinum*] *Nec hoc loco non est.* Ut apud Ciceronem 3. de Leg. Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Adde *Astinium Capitonem* apud Festum. *Opinum* dicitur, ut *supinum*, significat autem id, quod opinatur. Nam ut a *divino* est *divinus*, qui exercet divinationes, a *festino*, *festinus*, qui festinat, sic plane ab antiquo *opino*, quod ex Plauto, Cæcilio, aliisque citat Novius, est *opinus* qui opinatur. Ita *inopinus* legitur apud Ovidium *Met.* 6. v. 465. in Mss. teste nobiliss. Heinsio itemque Pacatum nostrum c. 2. ubi plura, secundis curis. SCHEFF.

(8) *Semianimus*] Pro *semianimis*, imitatione Ennii, qui sic apud Cicer. lib. I. *Divin.* de aquila: *unguibus anguem semianimum, & varia graviter cervicem micantem, &c.* SCHEFFERUS.

(9) *Mortis in solatio*] Mendum hic latere puto, quod quale sit quæramus. Scioppius. *Scripterim mortis in solatium.* Sed nihilominus hæc hiulca sunt, & exciderit versus:

*Hæc conspiciatis, insit, o bone
 Qui modo securus &c.*

Certe talis aliquis: nam non hæc verba solatium mortis lepori asserbant, sed aspectus similis fortunæ, in quam passer incidebat. MEUR. Fortasse legendum *in solatium*; id est, ut *solaretur*; Publ. Mimus: *Didicere flere famina in mendacium.* BUCHNERUS. Facilis emendatio. Videlicet scripserit Phædrus, *mortis in solatium*, more veterum, cujus hodieque apud Plautum, Terentium, Luccretium & Catullum vestigia supersunt, & in omnibus fere MSS. Codd. sed sciolus aliquis, aut negligens exscriptor, *solatio* scripsit. Sensus est: Tum lepus moriens, quo tristitem atque acerbum ultimæ necessitatis casum solaretur, dixit, *Qui, &c.* FABER. Recte Meursius, *in solatium.* Scihiulci nihil video. Abunde solatio est, amaris dictis amara vindicare. PRÆSCHIIUS. Id *solatio*, quod suspectum habet Schoppius, mutat Gebhardus & Meursius in *solatium*, ut sit dictum, sicuti in *spem*, in *contumeliam*, hoc est, ad vel propter tale quid. Possent propius a scripura veteri *solatia* hic poni, sensu parili. Quod autem Meursius hic putat aliquid deesse, in eo frustra est haud dubie. Nam solent crebro sic omittere verbum, inquit, (vid. Amplif. Cæper. 2. Observ. 20.) quod & hæc fit. *Virgil. V. Æn.*

*Tum pius Æneas: equidem se
 poscero ventos,*

gaut

(10)
 Qu
 Sim

Qui

Hæc
 rabil
 suis:
 enim
 morte
 ei ad
 levam
 (nempe
 debat
 nempe
 & in
 libris
 c. 8. S
 tam p
 cam e
 Tanag
 erudit
 Argen
 elegan
 Dn. E
 ibus,

Qu
 Hoc

(1)
 causæ
 dem:
 solet in
 (2)

Qui modo securus nostra inridebas mala,
Simili querella fata ¹⁰deploras tua.

10

Jam dudum, & frustra cerno
te tendere contra.

Hec notaveram, cum incomparabilis Gronovius in literis ad me suis: Non patior hac corrigi. Est enim: Lepus accepto in media morte solatio mortis, vel quum ei adhuc semivivo hoc solatium & levamentum sui mali offerretur, (nempe, quod derisorum suum videbat ante oculos interfici) dixit nempe, que sequuntur. Atque ita & in politissimis observationum libris nuper editis. Vide lib. 3. c. 8. Sed & Freinshemius vulgaram putat posse ferri, nec hiulcam esse orationem. At vero Tanaquillus Faber, cujus postea eruditissimas in Phaedrum notas Argentorato ad me misit juvenis elegantissimus doctissimusque, Dn. Ericus Lindemannus Ostrogoibus, emendationem Meursii re-

tinet, nisi quod pro solatium, solatium, antique scripsisse Nostrum putet. Præsius quoque Meursium sequitur. Heinjussic locum totum scribit: Lepus semianimus, mortis en solatia! ut sint verba leporis. Ingeniosissime, ut solet. SCHEFFERUS. Legemortis en solatia. Livius 25. cap. 16. Qui eam victimam præ se ad inferos misisset; eum decus eximium egregiumque solatium sua mortis inventuram. HEINSIUS. Sic ultionis solatium, & similia de quibus vide Præcum: ad Apul. Miles. lib. 2. & quæ huc affert A. Axenius. Quibus adde locum Ovid. Metam. 9. 4. Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras.

(10) Deplorat] Barthius ad Claud. p. 220. & ad vers. 47. c. 10. legendum putat deplorat. Sed male, HEINSIUS.

(10) F A B. X.

Lupus & Vulpis Judice Simio.

Quicumque ¹ turpi fraude semel innotuit,
Etiam si verum dicit, ² amittit fidem.
Hoc ³ attestatur brevis Æsopi fabula.

Lupus

(1) Turpi fraude] Ablativus causæ, pro propter turpem fraudem: turpi sententiosæ, ut fere solet in talibus. SCHEFFERUS.

(2) Amittit fidem] Vide Ho-

ratium de plano crus fregisse surgentem FREINSHEMIUS.

(3) Attestatur] Nescio annon, & testatur, nolter scripserit. SCHEFFERUS.

C

(4) Furi]

Lupus arguebat vulpem 4 furti 5 crimine:
 Negabat illa, se esse 6 culpæ proximam:
 Tunc iudex 7 inter illos 8 sedit fimius:
 Uterque causam cum 9 perorassent suam,
 10 Dixisse fertur fimius 11 sententiam:
 Tu non 12 videris perdidisse quod petis;

(4) Furti] V. C. Pithœi, forti. HEINS.

(5) Crimine] Ita Cicero in Ver. Non modo te hoc crimine arguo. Adde Cornel. Nep. Pausan. c. 3. SCHEFFERUS.

(6) Culpæ proximam] Pro culpa propinquam, i. e. ream. Cicero sic affinem culpæ posuit, ut bene Rittershusius notavit. Proximum pro propinquo habes sæpe alias. Ut apud Apulejum Apolog. 1. Respondeat mihi Æmilianus, quo proximo signo ad accusandum magis sit inductus. Hic proximum signum, manifeste propinquum est. Porro propinquum rei, quod ejusdem est cum ea indolis. Sic propinqua pars amicitie apud Terentium in Heaut. 1. sc. 1. Vel virtus tua, me, vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitie puto, facit. Mallet tamen Heinsius, culpa obnoxiam, de quo vide politissimas ejus notas ad Ovidium 1. Art. ver. 395. SCHEFFERUS. Communis tamen lectio defendi potest ex Cicero qui sæpe ad finis culpæ dixit, & Valer Max. 3. 7. 8. cui similis est locutio apud eundem lib. 1. 1. 10. Propior publica religioni, quam privata charitati.

(7) Inter illos] Ut apud Cice-

ron. 1. de Div. judicavit inter Deos tres. SCHEFFERUS.

(8) Sedit] Hoc sermonis genere notio, quam vocant, figuratur. Quod vero sedent iudices prima causa est in majestate: alteram expedit Lil. Gyrard. ad illud Pythagoricum, Advortari sedent. PRASCHIIUS. Proprie de iudice, ut observat Rittershusius. Innuat autem majestatem, & quieti animi ac perturbationibus nullis obnoxii tranquillitatem, quod non incommode Praschius innuit. SCHEFFERUS. Propert. 4. eleg. ult. Aut si quis posita iudice sedet Æacus terna.

(9) Perorassent] Oratione deduxissent ad finem, ac quantum necesse videbatur, proposuissent. Ita sæpe optimi auctores Proprie SCHEFFERUS. Propert. 4. eleg. ult. Causa perorata est. SCIO.

(10) Dixisse] Etiam hoc proprie ac solenniter. Briffonium consule. SCHEFF.

(11) Sententiam] V. C. Pithœi sententiam. Forte sententiam habet. HEINSIUS.

(12) Videris] Est & hoc solenne verbum iudicum, sententiarum dicentium, ut Rittershusius notavit. Puto autem usurpare modestiæ causa consuevisse. SCHEFF.

(11)
Te
mal
& al
tior
verfu

V
V
Con
Ut i

(1)
ris. D
1. 3. 6.
(2)
Pro ja
gilius
dixit.

(3)
risui]
Quod
tiquo i
minus
retiner
rius ad
hic act
noscum
factum
For

Etiam
ignoto
quod i

(II) LIBRI I. FABULA XI. 35
Te credo ¹³ surripuisse quod ¹⁴ pulchre negas. 10

(13) *Surripuisse*] *Heinsius* malebat *surripuisse*, *Catulli*, *Horatii*, & aliorum exemplo, ut sit minor numerus. *SCHÆFF.* In diversum abit *Anon. fab. 39. PRAS.*

(14) *Pulchre*] *Speciose*, *calide*, *scite*. Sic apud *Ciceronem* alibi in epist. *Is pulchre asseverat*, &c. *SCHÆFFERUS.*

(II) F A B. XI.

Asinus & Leo venantes.

1 Virtutis expers 2 verbis jactans gloriam;
3 Ignotos fallit, notis est derisui.
Venari Afello comite cum vellet Leo,
Contexit illum frutice, & admonuit simul,
Ut infueta voce 4 terreret 5 feras,

Fu-

(1) *Virtutis*] *Virium*; *robotis*. Dixit jam *Rittershusius*. *Vi. 1. 3. c. 7. SCHÆFFERUS.*

(2) *Verbis jactans gloriam*] *Pro jactans gloriosa verba*, ut *Virgilius X. Æn. Voces jactare inertes* dixit. *SCHÆFFERUS.*

(3) *Ignotos fallit, notis est derisui*] *Veteres habuerunt ignotos*. Quod si *Rigaltius* ex codice antiquo immutavit, bene est. *Sin minus*, puto illud *ignotos* posse retineri. *Monet enim recte Vlitius ad Cyneg. pag. 395. ignotos hic active accipi de iis, qui non noscunt, quomodo & in aliis est factum. Avien. fab. 5.*

Forstian ignotos imitato murmurare fallas.

Etiam ante Cicero sic producere ad ignotos usurpavit in Verrina V. 1. quod in indice Freinsheimii nota-

tum est. *Et profecto ipse Noster supra conspiratos ita posuit. Quod autem Barthius (Ablegm. critic. 2. 5. & Adv. 3. 5. & 47. 10.) existimat, ignotos fallit, notus est derisui; eo minus placet, quia notis est in omnibus codicibus. SCHÆFF. Ignotos, id est, quibus erat ignotus. Sic infra fab. 14. Ignoto loco. & fab. 54. Onus ignotum. Ovidius, Exulat ignotis germanus in oris. Et alibi: applicor ignotis. Vid. Manut. ad Cicer. famil. epist. 5. 12.*

(4) *Terreret*] *Allusit Artemid. 2. 2. ubi de asinis: Καὶ πρότερος Φόβος δὲ ἀγῶνι διὰ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν, τὸν ἐν συνθέσει λόγον. PRASCHIUS.*

(5) *Feras*] *Æsopus fab. 230. εἶδος exprimit, silvestres capras. PRASCHIUS.*

Fugientes ipse 6 exciperet. 7 Hic 8 auritulus

Cl.

(6) *Ut exciperet*] Delendum est ut cum veteri codice Danielis. HEINSIUS. Verbum proprium venatorum. Videtur autem imitatus esse id Virgilii, quod extat *Ecl.* 2.

*Non ego te vidi Damonis, pef-
fimo, caprum*

*Excipere insidiis, multum la-
wante Lycisca?*

Seruius hoc loco: *Excipere, dolo capere, ut, excipit incautum, insidiis.* Intelligitur hinc, quam posuerit accommodate. SCHEFF.

(7) *Hic*] Eleganter. Vide, quæ mox scribo, *fab. 15. v. 5.* SCHEFF.

(8) *Auriculas clamore* Sc.] Scripserim, *hic auriculans clamorem subito tollit.* *Apinus auriculans* erit dictus Phædro, sicuti *luna corniculans* Ammiano Marcellino. MEURSIUS. Bis in hac scriptura peccatum est, nam *auricula* secundam syllabam brevem habet; dein illepide videtur dictum, *tollit auriculas clamore summo totis viribus.* Itaque necessario revocanda est veterum librorum lectio, quæ talis fuit:

*Clamorem subitum tollit totis
viribus.*

Ut lubet, inquires; sed quid fiet *trō auriculas*? nil facilius. Nam iidem veteres libri habent, non *auriculas*, sed *auriculus*, quod quid sit aliud quam *auritulus*? neque enim dubium est, quin Phædrus prægrandes aelli aures, quasi lepidum aliquod

χαρίτων ἀβοηθήτων, velit *ἔκ-
νοπίθεσθαι*. Itaque eadem forma effectum fuerit *auritulus* (id est auritus) qua *barbatulus*, *cruditulus*, *limatulus*, *politiculus*, & sexcenta alia apud Ciceronem, Catullum, alios. Meursius quidem V. C. existimavit legendum esse *auriculans*, quemadmodum dicendum *corniculans*. Sed criticam non recte advocavit Doctor ille quorundam Historiæ Græcæ. Ejus enim conjecturam si admitramus, tum certum exitum versui. FABER, Meursius emendat, *hic auriculans*, quasi qui motaret aures. Longe melius Rigaltius in editione ultima, *auritulus*, quasi per jocam, ut *nasutulus*, *barbatulus*. Et legitur in schedis Serenif. CHRISTINÆ *auriculus*, quod ab *auritulus* abest proxime. Vide Heinsium ad Ovid. *Amor.* 2. l. 2. v. 15. Idem, siue inventum apud Rigaltium, siue a se excogitatum (nam non indicat) Faber quoque probat. Quod si *auriculus* ex lectione veteri esset retinendum, (neque enim officit, quod vulgo habeat secundam brevem, cum hic, ut in *canicula* & similibus possit produci, ut jam alii notarunt) & mox legeretur *clamorem*, omissa foret conjunctio, passim ut in capite decimo præcedenti, nec non congruerent omnia. Abde quoque infra *fab. 15.* scilicet quippe Noster hoc modo. SCHEFF. *Auriculus*. Excerpta Rigaltii & MS. Vossii. Legendum vero *auritulus*. HEINSIUS. (9)

Cla.

9 Clamorem subito totis tollit viribus,
Novoque ¹⁰ turbat bestias miraculo.

Quæ dum paventes ¹¹ exitus notos petunt,
Leonis ¹² adfliguntur horrendo impetu.

13 Qui postquam cæde fessus est, Asinum evocat,
Jubet-

(9) *Clamore subito*] *Meursius*, clamorem subito legit. *Faber*, clamorem subitum. Mihi placet inherere proxime scripturæ veteri, ac legere *clamores subito*. Nil frequentius in libris MSS. hoc errore, ex similitudine literarum. Hoc scripseram, cum nob. *Heinsius* per literas mihi indicat, in prædictis reginæ schedis legi: *clamorem subitum totis tollit viribus*: quod probo. *Schefferus*. *Lege clamores subitos totis tollit viribus*. *Heinsius*.

(10) *Turbat*] *Exterret*. Ita sæpe *Virgilius*. Unde & *turbidus* apud eum, pro *terribili*, ut *Servius* interpretatur. *Tac.* 12. *An.* c. 16. *duæque altius terret, fidibus atque hastis turbabant obsessos*. *Scheff.*

(11) *Exitus notos*] *Vias elabendi*. Sic & *Cicero* usurpavit. *Cornel. Nep. vita Hannib.* c. 12. *Cum omnes exitus occupatos ostendisset. Velut de fera loquitur, quod notandum*. *Scheff.* Editio *Amstelodamensis* habet *navis*; quod *sphalma typographicum* puto. *Alexandrius*. *Horat.* 1. *Od.* 2. *Nota qua sedes fuerat columbis*.

(12) *Adfliguntur*] *Putabam olim adfici impetu* sic dici pro *impetu*, sicut *adfici perna*, pro

paniri, *adfici honore*, pro *honorari*, *adfici terrore* pro *terveri*. Et retinebat *Barthius*, quanguam per *vexare* explicaret. Verum suadet aliud codex *Petri Danielis*, & *sereniss. CHRISTINÆ*, qui post ad manus *Vossii* pervenit, in quo *adfliguntur* legitur. Vide *Heins.* ad *Ovid.* *Amor.* 2. *el.* 7. 16. *Faber* quoque licet alteram lectionem non omnino rejiciat, magis tamen hæc sibi ait arridere. Quod facit & *Freinshemius*, allato pro vulgata lectione *Flori* loco *ex lib. 2. c. 20.* ubi auctor: *Namantia Romanorum exercitus pudendis fœderibus adfacit*. *Incomparabilis Gronovius* in observationum optimarum *lib. 4. cap. 8.* Apud *Phædrum* legitur de bestis: *Leonis adfliguntur horrendo impetu, cum vera lætio esset in MSS. adfliguntur*. Cæterum *adfligi horrendo impetu* sic dicitur, ut *primo impetu pelli*, vel *opprimi*. *Adfligi* enim est *allidi terræ*, sicut optime *Gronovius*, prædicto loco monstrat. *Scheffer.* *Genuina lectio* est in *MS. adfliguntur*, teste *Gronovio Obs.* 4. 8. ubi *finis regit*, sive *differentiam* tradit inter *adfligi*, *adfigi*, *adfici*. *Praschius*.

(13) *Qui postquam*] *Lege Hic, vel hinc, vel ibi*. *Heinsius*.

Jubetque vocem ¹⁴ premere: tunc ille insolens,
Qualis videtur ¹⁵ opera tibi vocis meæ?
Insignis, inquit, sic, ut nisi nossem tuum
Animum ¹⁶ genusque, simili ¹⁷ fugissem metu.

15
FAB.

(14) *Premere*] Comprimerem, id est tacere, quomodo apud Virgil. lib. 9. *Æn.* de Mnesteo: sic memorat vocemque premit. Pulchre autem ac convenienter leonita, tanquam superior, & pro auctoritate sua & imperio. Nam *premit*, qui hoc facit, quoquo modo coactus. SCHEFFERUS.

(15) *Opera hæc vocis*] Propter quam tubicem creatur in proelia quadrupedum, apud Laur. Abstem. fab. 95. PRASCHIUS. Labore & auxilio, quomodo Cornel. de Alcibiade cap. 4. *Ejusdem opera Joniam a societate auerterunt Atheniensium.* SCHEFFERUS.

(16) *Genusque*] Sic hic usurpat, ut Virgilius *Georg.* 2. *genus acre virum.* De Maris Sabellis-que ubi pariter qualitatem notat. SCHEFFERUS.

(17) *Fuissem in metu*] Metri ratio postulat ut legas, *simili fuisset in metu.* At, inquires, ad Carmentam nos & Euandrum remittis: *Sed pax sit rebus,* ait Ille; ita enim Plautus in *Pœnulo* dixit *fuverim.*

Quo genere gnata, qui parentes fuverim.

Est jambicus trimeter. Ita & Lucilius apud I. Rufinianum dixit ex emendatione Douzæ,

Vellem in concilio vestro, quod dicitis, olim,

Cælicole, vellem, inquam, adfuissetis priore.

Idque a verbo *fuo*, quod nec Virgilius ipse in *Æneide* refugit,

Tros Rutulave fuat, nullo discrimine, &c.

Format autem ex sese *fui* ad eundem plane modum quo dicebatur *pluo pluri.* Plautus alicubi in *Menæchmis*,

Nam rus ut ibat forte ut malum pluverat.

Ita ex *adnuo adnuvi* apud Ennium *Metulæ* pag. x. Et, quod scio magis mirum visum iri quibusdam, ex *geno* veteres faciebant *genuvi*, apud eundem pag. III. & IX. Ceterum P. Danielis exemplar habebat, *simili fugissem metu.* Quod in prima editione monuerat Rigaltius V. Clar. Possis & aliò confugere, ut primum dicas *to* fuisse esse disyllabum, per *συζυγισιν* scil. dein *το* Metritum non esse à Phædro. FABER.

Metri causa scribit *Fuisset fuisset*, sicut *Plautus, fuverim*, & *Lucilius adfuissetis*, ab antiquo *fuo* extulere. Nescio tamen, annon præferendum sit, quod habet codex Danielis testis Rigaltio: *simili fugissem metu.* Nam præcedit, *fugientes ipsa acciperet.* Item: *exitus notos peruenit.* Probant sane *Neveletus*, *Frembemi*, & *Ursinus.* SCHEFFERUS. Hanc lectionem etiam probat Heinsius, qui eam in MSS. Vossii extare ad marginem notavit.

(1) L.

(12) F A B. XII.

Cervus ad Fontem.

1 **L**audatis utiliora quæ contempseris
 Sæpe 2 inveniri, hæc 3 exerit narratio,

Ad

(1) *Laudatis utiliora* &c.] Locus obscurior, propter ellipsin. Totus sic se habet: Narratio hæc exerit, inveniri sæpe, utiliora esse ea quæ contempseris, laudatis, hoc est, quam ea, quæ laudantur. *Laudata* hic quæ opponuntur contemptis, suntque *estimata*, *magis facta*. Cæterum hi versus aliter se habent in laudatis sereniff. *CHRISTINÆ* schedis, uti comperi a nob. *Heinsio*, sic nempe: *Sæpe esse utiliora quæ contempseris, ejusce rei testis hæc narratio est. Faber* in editione nupera sic notat ad hæc verba: *Sed hoc didicerim libens, quod hoc novum trimetrorum genus fuerit. Item, an hic quoque versus Jambicus: Sæpe esse utiliora, quæ contempseris: vos dicite Musæ.* Scilicet hoc nobis fuit propositum, ut versus illi crederentur Jambici, omnibusque numeris absoluti. Quo autem verbo hoc tradidimus? Ergo hoc haud sane bene. Licebat interim, opinor, afferre lectionem veterem, si quis ingeniosior exulperet ex ea posset, quod huic loco conduceret. *Schefferus*. Forte legi melius posset:

Sæpe esse facta utilia, quæ contempseris:

Ejusce rei testis hæc narratio est, Productâ primâ in reji, ut sæpe apud Lucretium. Vid. Giphân. Indic in reji. Vel melius forte ad vestigia libri Vossiani:

Sæpe esse utilia, more quæ contempseris:

Ejusce rei testis hæc narratio est. More, id est, de more, ut apud Plaut. Trinum. 1. 4. More habent licentiam; Et ibid. More fit. Cicer. 11. ad fam. 29. Tu, mi Oppi, conservabis amorem tuum, etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem. Virgil Æneid. 7.

Hoc Priami gestamen erat, dum jura vocatis

More daret populis.

Vel more hic positum, ut alibi sæpe Noster stulte. Sic præfat. libri tertii: *Stulte nudabit animi conscientiam; & sæpe alibi. Heinsius.*

(2) *Inveniri*] Eleganter, in respectu ad inopinatum eventum. Quomodo Germani mei: *Ich befinde dich anders.* Et Galli: *Je trouve cela bien autrement.* Sic Terent. *Eunuch. Act. 5. sc. 8. Scis, Pamphileam meam inventam, civem? Donatus hic: inventam, cognitam. Scheff.*

(3) *Exerit*] Prodit, aperit, notum

Ad fontem cervus, cum bibisset, 4 restitit,
 Et in liquore vidit 5 effigiem suam.
 Ibi dum 6 ramosa mirans laudat cornua,
 Crurumque nimiam tenuitatem vituperat,
 7 Venantum subito 8 vocibus conterritus,
 Per campum fugere cœpit, & 9 cursu levi
 Canes 10 elusit. Silva tum excepit 11 ferum,

notum facit: de eo, quod latebat, ignorabatur: Sic Ovid. ad Pison. tu Piso latentem exora. Et apud Senecam in Herc. Oeth. mentis secreta exorere invenias. Heinsius legit, asserit, vel differit. SCHEFFERUS.

(4) Restitit] Est stetit Plaut. Trinum. 3. sc. 2. Stasime restas solus. Terent. 5. Phorm. 6. Id quidem jam tibi fiet, nisi resistis, verbo. Virgilius Æn. 1.

Restitit Aeneas, claraque in luce resulsit.

Curtius V. c. 2. donec, ut considerem, annueres, restitui. Adde Terent. Eun. A. 2. sc. 3. Ipse noster infra lib. 3. cap. 8. salutantes deum invicem ut restiterunt. SCHEFF.

(5) Effigiem suam] MS. Voss. Fazium. Forte legendum: In liquore vidit ut faciem suam. HEINSIUS.

(6) Ramosa cornua] Etiam hoc ex Virgilio expressisse vult in notis suis Faber, qui alicubi, cornibus arboreis. Ramos tamen dici eos cornuum aculeos vulgare est. Plinius 8. c. 32. Indicia ætatis in illis (cornibus) gerunt, singulis annis adjicientibus ramos. SCHEFF.

(7) Venantium] Pro Venatorum. Lucret. lib. 4. Venantunque

canes in molli sopo quiete, Jalsam crura tamen subito. SCHIOPPIUS. Pro venantium, hoc est, venatorum, ut apud Virgilium, natantum, peccantum, recusantum, atque plura alia. SCHEFFERUS. Ita volantes Virgilio sunt aves, natantes pisces; medentes Lucretio & alius medici; qui Celso curantes. Veteres enim nominis loco interdum participiis utebantur, & vice versa, ut Hinc populum late regem. Cæterum Æsopo fab. 184. venator ille est leo. PRASE. Vid. Giphani. indic. Lucret. in medentes.

(8) Vocibus] Consuetudo clamore, quo hortantur canes, videtur. Met. 2. v. 241. & ibi Heinsius. SCHEFF.

(9) Cursu levi] facili, celeriter. Mallem tamen, levis. Nam sic Virg. lib. 12. de Messapo, levis cursu &c. Et solet proprie de cæcis usurpari. Idem Ecl. 1. Ante leos ergo pascentur in athere cæci. SCHEFF.

(10) Elusit] Elegantissime, de illis flexibus circuitibusque implicitis, & in se redeuntibus, quales faciunt in fuga, & sic consequentes canes fallunt. Virgilius eodem modo lib. 11, Æn. quem respexit,

In

Ory

Elo

(1

infra

Poëta

usurp

temer

enim

ra. Si

In

Ita ap

ferus

pro ce

Pec

Ita ap

-

Bot

(12

bus]

zentus

bus h

impec

imple

sero d

dixit.

recept

In qua ¹² retentis impeditus cornibus,
Lacerari cœpit morfibus sævis canum.

10

Tunc moriens ¹³ vocem hanc edidisse dicitur:

O me infelicem, qui nunc demum ¹⁴ intelligo,

¹⁵ Ut illa mihi profuerint, quæ despexeram,

¹⁶ Et quæ laudaram, quantum luctus habuerint. ¹⁷

FAB.

*Ovifilochum fugiens magnamque
agitare per orbem.*

*Eludit gyro interior, sequiturque
sequentem. SCHEFF.*

(11) *Ferum*] Cervum. Ita
infra *lib. 2. c. 9.* Imitatur iterum
Poëtam suum, qui sic *lib. 7. Æn.*
usurpavit. SCHEFFERUS. Non
temere prætereunda vox est: ita
enim dicitur ferus ἀπλωῖς, ut *se-
ra*. Sic apud Virgilium pro equo:

*In latus, inque feri curvum com-
pagibus alvum.*

Ita apud Catullum in Galliambo
ferus sumitur pro leone; iterum
pro cervo apud Virg.

Pectebatque ferum - - -

Ita apud Nostrum hunc,

- - - Tum gaudens ferus

*Bobus quietis agere cœpit gra-
tias. FABER.*

(12) *Retentis impeditus cornu-
bus*] Nescio an rectius esset, *re-
tentus impeditis*: nam de corni-
bus hic potissimus est sermo. Et
impedita cornua, essent ramis
implicatis devincta; quomodo *Ci-
cero de Divin. I.* impediri vinculis
dixit. Potest tamen idem & ex
recepta lectione hauriri. SCHEFF.

Ego vulgatam retinendam esse
censeo. Nam cornua feri inter
densos arborum ramos hæse-
runt, & his quasi vinculis impe-
ditus fuit Cervus. Sic Veget. art.
Veter. 1. c. 10. dixit, *impe-
ditum animal.*

(13) *Vocem hanc edidisse*] Quæ
abest ab Anon. fab. 47. & Aph-
thon. fab. 18. PRASC. MS. Voss.
*Dedisse vocem hanc. Lege, edidisse
vocem hanc. HEINSIUS. Cicero.
2. Tusculan. Quas hic voces apud
Sophoclem in Trachimis edit. Va-
ler. Max. lib. 6. cap. 4. extern. 3.
Alexander illam vocem nobiliter
edidit. Vide supra ad fab. 9.*

(14) *Intelligo*] *Lege intelli-
gam, HEINSIUS.*

(15) *Ut illa*] *Ut, est quantum.*
Itaque mox sequitur, *quantum
luctus.* Non dissimulandum est,
in *schedis regis* hæc ita legi; *re-
tilia mihi quam fuerint.* Atque sic
& *Danielis* habuit exemplar, te-
ste *Rigaltio.* Verum prius proba.
SCHEFF.

(16) *Et qua laudaram*] Hic
versus delendus videtur, & spu-
rius est. HEINSIUS.

(13) F A B. XIII.

Vulpis & Corvus.

¶ **Q**ui se laudari 2 gaudent verbis 3 subdolis,
 4 Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ.
 Cum 5 de fenestra corvus raptum caseum

(1) *Qui*] MS. Vossii, *quæ*.
 HEINSIUS.

(2) *Gaudet*] Codex *Danielis*
 ista in plurali effert. Pariter &
schedæ regis, quas eandem esse
 cum dicto codice non male ex
 his cæterisque locis suspicaris.
 SCHEFF.

(3) *Subdolis*] Dolo formatis
 & compositis ad voluntatem au-
 dientis. Ita *Plautus in capt. A. 3.*
sc. 3. subdola mendacia usurpat,
 & in *Trinum. A. 2. sc. 1. de amo-*
re: eos cupit, eos consecratur, sub-
dole blanditur. SCHEFFER.

(4) *Fere dant pœnas turpes pœ-*
nitentiæ] Longe mihi rectius vi-
 detur, quod in codice *Danielis*
 reperit *Rigaltius*, *sera*. Nam *se-*
ram pœnitentiæ dici receptum
 est, non ita, *turpem*. *Curtius lib.*
3. c. 2. 19. Sera deinde pœnitentiæ
subiit Regem. *Livius lib. 29. Ce-*
lerem enim pœnitentiæ, sed se-
ram & inutilem sequi. Et sic pas-
 sim alii. In *schedis regis* fuisse
 ajunt *sera pœnitentiæ* quod non
 probo. Pro *turpi* in prædicto *Da-*
nielis codice *turpeis* legitur, ut
 ad *pœnas referatur*. Optime, nisi
 fallor, *Turpes* intelligit, ob tur-
 pitudinem & dedecus ex eis,

quia fere, qui sic puniuntur, si-
 mul risui aliorum sunt expositi.
 SCHEFFERUS. *Ἀντανόησις,*
 aut allusio ad *ἔτυμον pœnitentiæ*;
 de quo sic *Auson. epigr. 12.*

Sum Dea, quæ facti non falli-
que exigo pœnas,
Nempe ut pœniteat, sic Me-
tanæa vocor.

Turpe quidem, pœnitenda com-
 mittere; non vero turpe, com-
 missorum pœnitentiæ agere. ἡ
μετάνοια Φιλοσοφίας ἀρχὴ γι-
νεται, ait *Hierocles*. Inde (quod
 notat approbatque *Heraclides Al-*
legoriis Homericis) ἡ σὺν Φρ-
νῆ μετάνοια ἐν τοῖς ποιήματι
ἀθηνᾶ νομίζεται. *Alexander M.*
 apud *Julianum Imp. in Cæsaribus*
 ἡ μεταμέλεια. *σώφρων πάν,*
καὶ τῶν ἐξημερτηκῶτων σωτη-
ρα δαίμων. Quare ab eo, quod
 præcedit, *Phædrus* hoc *epithe-*
ton sumit, τὸ γὰρ σαθρὸν τῆς
αἰρέσεως τῆ μεταμέλεια ἐλέγ-
χεται, ut iterum *Hierocles*.
 PRASCHIIUS. Codex *Vossianus*
 habet: *Seræ dant pœnas turpes*
pœnitentiæ. Lege: *Seræ dant pœ-*
nas turpes pœnitentiæ. HEINS.

(5) *De fenestra*] Idem laxum

Co

70

Comeſſe vellet, celſa 6 reſidens arbore;
 7 Hunc vidit vulpis, dehinc ſic ocepit loqui: 5
 O 8 qui tuarum, corve, pennarum eſt 9 nitor!

Quan-

volvit *Æſopus* fab. 208. *Gabrias* fab. 19. *Aphth.* fab. 29. *Anon.* fab. 15. *Experitur* hic *Adulationis* laqueos *corvus*, cujus ipſe alias imago, tam rapacitatis ratione, quam ſimilitudine Græcæ vocis. Vide *Agaper.* *Diac.* cap. 12. *PRASCIUS.* Latiniffime *Teſtamentum* vetus *Porcelli*: adſer mibi de culina cultrum. *Ennius* apud *Nonium* in prognaviter: *Animam* de corpore mitto. Sic fugere de civitate, *Fabius* uſurpavit. *Ulpianus* l. 7. ff. de furt. *Pierum* facere de domo. Pro fenestra, canistro, *Heinfius* maluiſſet. Poſſumus tamen fenestram accipere de quocunq; foramine in muro, aut pariete *Virgilius* 2. *Æn.* v. 482.

—ingentem lato dedit ore fenestram.
Donatus: *Alluſit* de hoſtio ad fenestram, cæterum cavernam dicere debuit factam. Sic *Virruvius* lib. X. cap. 22. *Qua* machina acceſſiva erat, ea regione murum pertudit, & iuſſit omnes publice & privatim, quod quisque habuiſſet aquæ, ſtercoris, luti, per eam fenestram, per canales effundere ante murum. Habes manifeſte fenestram pro foramine, pertuſione facta in muro. Sic *interpres Bibliorum* 2. ad *Cor.* c. 11. *Per fenestram* in ſporta dimiſſus ſum per murum: *Græca* ita habent: Καὶ διὰ θυρίδος ἐν ſαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τῆς τειχῆς. Nihil aliud intelligitur, qnam foramen in mœnibus, qualia habe-

bant multa, ad emittenda tela. *Hefſychius*: *Θυρίς*, ὀπή μικρὰ ἢ c. *θυρίς*, eſt parvum foramen. *SCHEFF.* Forte canistro. *HEINS.* *Heinfii* emendationem optimam eſſe nullus dubito: in canistris enim edulia & cœnarum reliquæ reponebantur. *Horat.* 2. ſat. 6. v. 104. appoſite de mure:

Multaque de magna ſuperſeſſent
 ſercula cœna,

Quæ procul exſtructis inerant be-
 ſterna canistris.

Ubi *Vetus Commentator* a *Cru-*
quio editus: *Canistrum ſportula*
eſt pambus fruſtulis & reliquiis
cœnæ excipiendis. Ita & *Virgilius*
Æneid. 1. v. 701.

Dant manibus famuli lymphas,
 Cerecæque canistris

Expediunt.

(6) *Reſidens*] *Ut* ſupra c. 13.
reſtitit. *Virg.* V. *Æn.* ſiccaque in
rupe reſedit. *SCHEFF.*

(7) *Hunc vidit vulpes*] *Hæc*
enim *Æſopii* chori veluti dux eſt.
Χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἰσωπος
διακόνω τῶν πλείων ὑποθέ-
σεων, ὡς περ ἡ κωμῶδια τῷ Δάμω,
ut eſt in *Iconibus Philoſtrato* ad-
ſcriptis. *PRASC.* MS. *Voff.* *Vulpes*
ut vidit, de inde ſic capit loqui.
Forte leg. *Vulpes* adiecit, deinde ſic
capit loqui. *HEINS.* *Vulgata* bene
ſe habet *lectio*: *Æſopus* enim fab.
 208. *Ἀλόπηξ δὲ τῶτον θεασα-*
μένη. Et ita quoque *Aphthomius.*

(8) *Qui*] *Qualis*, quam ma-
 gnus atque admirabilis. Nam in-
 tendit

Quantum ¹⁰ decoris corpore & vultu ¹¹ geris!
 Si vocem haberes, nulla ¹² prior ales foret.
¹³ At ille stultus, dum vult vocem ostendere,

Emi-

tendit sensum, Cicero de Divin. I. Xenophon Socraticus, qui vir & quantus? SCHEFF. MS. Vossii habet, quis pinnarum. HEINSIUS.

(9) Nitor] Splendorem intelligit, quamvis paulo minus sit nitor, quam splendor: cum hic quasi radios emittat, nitor minime; id quod volebat Plinius, quando lib. 37. c. 2. de vasis myrrhinis; splendor bis sine viribus, nitorque varius, quam splendor. Vires enim eas intelligit, quæ, velut fulguris aut radiorum solis, oculos percussunt. SCHEFF.

(10) Decoris] MS. Voss. decorem. HEINSIUS.

(11) Geris] Ex germana & ingenua Latinitate, gerere pro habere. Ita Virgil. gerens vocem Methysci. Ita Terent. Infimum animum gerunt; Ita Salustius, & optimi quique. FABER. Ex germana & ingenua Latinitate gerere posuisse, pro habere, ait Faber. Bene, quanquam gerere non solum sit, sic simpliciter habere, id est possidere, quam sic habere, ut & tu præferas, & alii id respiciant ac observent. Et huc spectat ille locus Virg. a Fabro laudatus ex 12. Æn.

Cuncta gerens, vocemque, & corpus & arma Methysci.

Cui nunc adjungo alium similem ex Æn. I. ubi pater sic usurpatur, Virginis os habitumque gerens, & virginis arma.

Curtius quoque ita lib. 3. cap. 3. eminebant duo aurea simulacra cubitalia, quarum alteram Nini, alteram Beli gerebat effigiem. SCHEFFERUS. Locis scriptorum a Fabro congestis adjicio Plautinum, qui est in Truculento, 4. 17. de mure. Qui, si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit. AXENIUS.

(12) Prior] Puta te, quod intelligendum; prior autem, est melior, seu potior, præstantior, quoniam sic prævaluisse rebus omnibus, nec pulchritudine solum, sed & voce Virgil. XI. Æn. Hic pietate prior. Adde Serv. ibi. SCHEFFERUS. Prior, id est pulchrior, Horat. 4. catm. 10. Nam & qui color est, punice & flore purpura. Ubi vetus scholiographus: Prior, pulchrior. AXENIUS. Sic in Priapej. carmine 45. Nam tandem prior es puella, quaj id est, pulchrior.

(13) At ille stultus dum] MS. habent, latorem dum & dum etiam. Lege:

Ad illa, latum, dum vult vocem ostendere,

Emisit ore caseum.

Latum caseum, id est, qui fertur. HEINSIUS. Ostendere hic pro ostendere, jactare, ut apud Virgil. 5. Æneid. 376. Ostenditque humeros latos. Ubi Servius male Virgilium reprehendit.

(14) Emisit

14 Emisit ore cascum, quem celeriter
Dolosa 15 vulpis avidis rapuit dentibus.

10

16 Tum demum ingemuit 17 Corvi deceptus stupor.
Hac

(14) *Emisit*] Sic *Terent.* 5. *Phorm.* 5. *emissa est manu*; supra cap. 5. *ore demisit cibum*. Sic enim ibi legi oportere dixi tum, & vel locus hic confirmat. *SCHER.* Forte melius hic legi posset, *amissit*. Ita *Curtius* de corvo quoque verba faciens, lib. 4. c. 6. n. 11. *Fortè prætervolans corvus glebam, quam unguibus ferebat, subito amissit*. Et idem lib. 9. c. 26. *Nolite maturos fructus per inertiam amittere e manibus*. *Apulej.* 6. *Metamor.* *Us vel unam de manibus amittas offulam*. Ad quem locum v. *Præcum*. Sic passim apud *Ciceronem*, *Livium* & *Cæsarem*, *amittere occasionem*. An tamen non rectius *omisit*, legendum sit, *dubitationem* inijcit *Acron*. ad *Horat.* 2. sat. 5. v. 56. ubi hanc eandem fabulam, ad quam alluserat *Horatius*, refert his verbis: *Corvus, cum prædam ore portaret, laudatus a vulpe, quod bonam vocem haberet, clamare incipiens, omissam prædam perdit*. Et *L. Septimius* (*Diety* *Cretensem* vocant) lib. 5. cap. 7. *Acis aquila stridore magno inimit se, atque extorum partem eripit, maxque supervolans ad naves Græcorum pergit, ibique rapum amittit*.

(15) *Vulpes*] MS. *Vulpis* *HEIN.*
(16) *Tum demum*] *Elegantè* *denotat* *judicii tarditatem*. *Terent.* *Neomet.* 11. sc. 3. *Vah! nunc de-*

mum intelligo. Adde *Andr.* 5. sc. 3. ibique *Donatum*. *SCHEFFERUS.* *MSS.* *Tunc*. *HEINSIUS.*

(17) *Corvi deceptus stupor*] *Id est*, *Corvus stupidus*; Sic *Error Herculis*, id est, *Hercules errans*, ut dixi in *Verisimilibus*. Sic *Virgilius* in *prolusionibus Nocturnum* vocat *stuporem*, id est, *hominem stupidum*, & *Catullus* similiter. *Talis iste meus stupor, nil videt, nihil audit*. De quo infra sub *finem*. *SCHIOPIUS*. *Id est, corvus stupidus*, aliquot exempla ad *Oppianum* *Vir doctiss.* *Conradus Rittershusius* congescit, hæc autem erit mea symbola. Apud *Martialem*, *doctorum corda virorum*, id est, *docti viri*. Apud *Euripidem*, *ἐμὸν δέμας*, pro *me*, τὸ σοὶ δέμας, pro *te* apud eundem in *Hecuba*. Ita ἄ μὴ τὸς ἐμῶς σέβας, pro ἄ μὴ τὸς σέβασμια; ita *Μέμνονος βία*, pro *Memnone ipso* apud *Pindarum*, & alibi *Αἴδης πειδῶν τ' ὄργη* (quo loco ὄργη indoles est) pro *Aacus & filii*. His addas *lepidum* illud *Ennii*,

Olli respondit suavis sonus Ageriai.

Id est, ei suaviloquens Ageria respondit. Ita *meum cor*, pro *ego*, apud eundem pag. xxvii. *collectionis Scriverianæ*. Ita denique apud *Perfium cor Ennii* pro *Ennio ipso*. *FABER*. *Dictum est supra c. 8.* Adde quoque *Bartholinum* lib.

18 Hac re probatur 19 quantum ingenium valet,
20 Virtute & semper prævalet sapientia.

FAB.

lib. 52. *Adver.* 3. *Stupor* refertur ad animum & usurpatur de eo, qui & illa non intelligit, quæ ab omnibus intelliguntur. *Anestesian* Græci vocant, de qua vide *Theophrasti* characteres, & ibi *Cassiodorum*. SCHEFFERUS. MSS libri hic exhibent: *Corvus cur dolosis fuisset deceptus fraudibus ignavus*. Vossii codex habet, *Cerdonis dolos*. Lege: tunc demum ingemuit *corvus delusus dolos*, vel *strophas*, ut in fabula sequenti. HEINSIUS.

• (18) *Hac re*] Id est, hac fabula, hac narratione, hoc exemplo, hoc argumento. infra fab. 27. *Hæc res avaris esse conveniens potest*. AXENIUS.

(19) *Quantum ingenium valet*] In quantum, τὸ μ, ut sæpe apud Phædrum, non eliditur. PRASCHIIUS. Vel transponenda verba sunt, vel elementum M syllabam in sese inclinatam sustineat necesse est. Vide quæ ad fabulam IV. dicta fuerunt FABER. Hic syllaba ultima non eliditur, ut movit *Rittershusius*, & reperit *Faber* in suis SCHEFFERUS. Hos vero duos versus delendos, ut spurios notavit ad marginem *Heinsius*; quia Phædrus quo fabulæ suæ pertineant, sæpe ante ipsam narrationem, raro post narratam prodit fabulam, non vero utroque simul loco.

(20) *Virtute*] *Mallet Rittershusius*, *virtuti*. Et sic *Barthius* quoque ad *Grat.* p. 36. *Salmast.* ad *Spav.* p. 26. At *Buchnerus* inspicatur: *virtutem & semper*. Quid? si prævalere *virtute*, sit valere præ *virtute*, hoc est ante *virtutem*, & sic ponatur in respectu ad præpositionem, quæ componit verbum. Quomodo *incumbere arma*, etiam in *Salustio* reperitur. Quanquam cum in *vet. cod.* absit, *semper prævalet sapientia*, *Neveletus* corrigat: *hæc re probatur ingenium quantum valet*. Etiam *Heinsius* versus ultimum, ut spurium, repudiavit. SCHEFFERUS. Hoc loco *virtus* vis est, βῶμη. Videlicet primis Urbis temporibus τὸ *virtus* aut *ἀνδρείων* significabat, aut robur. Inde illud *Ennii*, *melius est virtute jus*: idque adeo verum est, ut à *Plutarcho* quoque, primis statim *Coriolani* initio, sit observatum, Verba prudentissimi scriptoris sunt: Ὀλως μὲν τοῖς τοῖς τότε χρόνοις ἡ βῶμη μάλα τῆς ἀρετῆς τὸ περὶ τῆς πολεμικῆς καὶ στρατιωτικῆς ἐκιδαινε πράξεις. Καὶ ἐμπειροῦτο τὴν ἀρετὴν ὑπ' αὐτῶν ἐπιτῆς Ἀνδρείας (virtutis) ὄνοματι προσαγορεύσθαι. Καὶ τὸ το τὸ γένος ὄνομα κοινὸν ὑπαρχεῖν, ὡς τὴν ἀνδρείων ἰδίᾳ καλεῖσιν. Hæc *Plutarchus*. FABER.

(1) M



(14) F A B. XIV.

Ex Sutore Medicus.

1 MALUS cum sutor inopia 2 deperditus,
3 Medicinam ignoto facere cepisset loco,
Et venditaret 4 falso antidotum nomine,

Ver-

(1) *Malus*] Artis suae imperitus. Sic *Postum* malum dixit *Cicero* in *de Nat. Deor.* SCHEFFERUS. Ita e contrario *Horat.* 1. Sat. 3. Sutor bonus.

(2) *Deperditus*] Eleganter, de eo, cujus facultates omnes sic exhaustit, ut jam sutor esse diutius non posset. Plane sicut germani *verdorben*. Est autem hic ommissa conjunctio, ut supra c. 10. *Oppressum ab aquila, fletus edentem*, ubi vide, quae notavi. Quamquam nescio quomodo mihi rectius videatur, *inopiaque perditus*. Nam *deperditus* haud facile sic reperias. At *perditus* est apud optimos scriptores. Ipse *Cicero* pro domo. *Quem in Numarum ex multis Clodius nemo nomen dedit, nisi aut egestate, aut scelere perditus.* SCHEFF. *Cic. de provin. Conf.* c. 5. non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt. *Val. Max.* 7. 3. 8. *Amore scortid perditus.*

(3) *Medicinam facere*] Aliter hic usurpat, quam supra c. 9. Hic enim facere medicinam, est artem eam exercere. Quod miror *Rittershusium* praeterisse, hosque locos pro iisdem habuisse. *Plautus* *isthaec* ratione dixit, *fa-*

cere artem ludicram, in Aulul. Act. 4. sc. 3. *Cicero* in *Verrin. facere argentariam*, item, *facere mercaturam*. Supra non dicebat, *fecit medicinam, absolute verum, fecit medicinam illi*, contra, quam hic loquitur. SCHEFFERUS. Ita *Graeci* *ποιεῖν τὴν ἰατρικὴν*. *Alfenus Jurisconsultus* in l. 26. ff. de operis libertor. *Medicus libertus, quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum, postulabat ut sequerentur se*. Ita dicuntur, qui vesturis vivunt, *vesturam facere*. *Varr.* 1. de Re Rust. notum etiam vulgare *diverbium. Artem pudere proloqui, quam factites* AXENIUS.

(4) *Falso antidotum nomine*] Ita 1. *Timor.* 6. 20. *vulgatus falsi nominis scientiam, ad quem locum consule* *PRICÆUM. AXENIUS.* Pro, *falsi nominis antidotum, id est, quod falso habebat hoc nomen, an potius, sub falso illo nomine, quomodo* *Juvenalis* ait, *falso nomine poscere, Sat.* 1. *Antidotum medicamentum est, quod contra venena datur. Cornel. Celsus, medicus latinissimus, & qui sub Augusto vixit. lib.* 5. *Antidota*



- 5 Verbosus adquisivit sibi famam strophis.
 6 Hic cum 7 jaceret morbo confectus gravi
 8 Rex urbis, 9 ejus experiendi gratia

dota raro, sed præcipue interdum necessaria sunt. Adde cetera. Nam inde discas, proprium esse artis nomen, quo propterea Seneca, & Plinius deinde, & Quintilianus usi sunt. SCHEFF.

(5) *Verbosus strophis*] *Verbosus strophas* vocat eleganter, composita in elegantem speciem verborum multorum veluti decipula. Cicero, *laqueos verborum* appellavit in *Cacina*. Et sunt *strophe* proprie laquei decipiendis feris. SCHEFFERUS. Propic; nam, ut monet doctissimus scholiast. Aristophanis, *σροφῶν λέγονται καὶ οἱ συμπλεκόμενοι καὶ δολεροὶ λόγοι*. Aliquando latius patet, ut apud Platonem in tertio *Πολιτεῖᾶν* p. ccccxi. edit. Læmariana. *δεινὸς ὢν περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ ἰκανὸς πάσης σροφᾶς σρέφεσθαι*. FABER. Martial. 3. ep. 7. Nihil *stropharum* est. jam *salarium* dandum est. Hinc adjectivum *strophosus*, quod in Glossario *δόλος* exponitur.

(6) *Hic*] Eleganter pro *tunc*. Sic supr. fab. 6. *hic* auritus clamorem subito tollit, & 2. 9. *hic* bos latenti, & 5. 9. *hic* tum venator dolens. Terent. Hecyr. 1. 2. *hic* animus partim uxoris misericordia devinctus. Ubi Donatus. *Hic* pro *tum*, citatque Virgilium. *Hic* annis gravis atque animi maturus *Alethes*. Cicero 2. Acad. quæst. *Hic* *Canulus*, *etsi heri*, in-

quit &c. Idem pro Cluentio: *Hic tum Fabricius non modo ad me, meos vicinos & amicos non adduxit*. Idem 3. Verr. *Hic tum alius ex alia parte*. AXENIUS. Elegantissime, pro *tunc*, e tempore. Ita lib. 2. c. 8. *Hic* bos latenti, Curt. 4. c. 4. *Hic* rex *frigitus*, statuerat *Ægyptum* petere. Cicero in Ver. 5. *Hic* illi *stent* rogare atque orare cæperunt. Particula ex media latinitate depropta. SCHEFFERUS. Valer. Max. 1. 7. ext. 1. *Hic* dux *Italiae* videtur, inquit, *vastitatem*.

(7) *Jaceret*] *Decumberet*. Bone, de ægrotantibus Cic. 9. ep. 2. ego, te *jacente*, *bona tua* comedam. Ita infra c. 21. hujus libri. SCHEFFERUS.

(8) *Rex*] *Rex* hic, qui summam tenet *Reipublicæ*. Atque sic antiquitus appellabatur *singularum* quoque *urbium* moderatorum. *Urbis ejus*] Scilicet in qua exercebat *medicinam*. Quamquam ego mallem hoc prociomen jungete cum sequenti *recubulo experiendi*, ut sit similis locutio isti *Pliniana*, illorum *experiendi gratia*. SCHEFF.

(9) *Ejus experiendi*] *Experimur* eos qui suam nobis operam locant, *mercenarios*, inquam cum eorum opera utimur. *Plaut. Mercat. Co. Vin' me experiri*. *Lx. volo. Co. mercedem cedo*, ut satis decorè sibi consuluit *Lam-*

Scyphum poposcit: ¹⁰ fusa dein simulans aqua
Antidoto miscere illius se toxicum,

¹¹ Hoc bibere iussit ipsum ¹² posito præmio.

¹³ Timore mortis ille tum confessus est,

¹⁴ Non artis ulla medicæ se prudentia,

10

Verum

binus, dum ibi *Experiri* interpretatur, jure & iudicio tecum contendere; quin cocus conductus ait se paratum esse operam suam præstare: quam si uti & experiri nolit, debere eum tamen mercedem dare. SCHOPPIUS. *Schoppius hoc loco: experimur eos, qui suam nobis operam locant, mercenarios, inquam, cum eorum opera utimur.* Optime; at huic loco minime accommodate, quippe in quo longe aliud quid inuenitur. *Experiri* hic est *explorare, tentare.* Hoc enim Noster vult, accersivisse medicum hunc novum; & adhibuisse commentum, de quo sequitur, ut per id cognosceret artem atque fidem ejus. Nempe sic in usu fuit apud veteres, cum de medicina esset dubium. Elegans est exemplum apud *Apulejum lib. 10. Asini* in sceleratissima fraudulentissimaque muliere. *Non prius, inquit, medicorum optime, non prius charissimum mihi marito trades istam potionem, quam de ea bonam partem hauseris ipse. Unde enim scio, an noxium in ea lateat venenum? Plautus in Pseud. Nunc ego te experiat, quid ames, quid simules. Cornel. Nepos in Alcib. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta. Vellejus II. c. 28. Hac naturalis exempli imitatio ad*

experendum Sejanum, Casarem protulit. SCHEFFERUS. Forte legendum hujus experienti, vel reii experiente, ut supra ad fab. 12. HENSIUS.

(10) *Fusa aqua*] Ovidius *Mentam, fuso latices. HENS.*

(11) *Hoc bibere*] Forte legendum *obbibere. HENS.* Hoc verbum in antiquis Ciceronis editionibus 1 *Tuscul. c. 40.* reperitur, postea tamen a viris doctis expulsum, & pro eo *obduxisset* repositum. Ita *obforbere* apud *Hygin. fab. 125.* recte defendit *Munckerus.*

(12) *Posito premio*] Suspicio est, *Phædrum* hæc ut alia e fontibus maximi *Poëtarum* delibasse qui lib. 5. *Æneid. Invitat qui forte velit & præmia ponit.* *Apulej. 1. Miles. Hac tibi merces posita est. AXENIUS. Posito; pro; proposito. Imitatione Virgilii qui lib. 3. Æneid.*

Invitat precii animos, & præmia ponit. SCHEFF.
Martial. inter Epigramm. vetera: Lex erat ad digitum posita concurrere palma.

(13) *Timore mortis*] Imminentis ex haustu poculi toxicatis, sicut credebatur. Quod scribo, ne quis erret, ac de timore a rege accipiat. SCHEFF.

(14) *Non artis ulla medicum*
D se

Verum stupore vulgi factum 15 nobilem.

Rex advocata concione hæc 16 edidit:

Quantæ putatis esse vos dementiæ,

Qui 17 capita vestra non 18 dubitatis credere,

Cui 19 calceandos nemo 20 commisit pedes.

se prudentia] Scientia, peritia; sic *prudentiam literarum* Cicero, & *prudentiam operum*, Ovidius. Pari sensu apud Columellam lib. II. cap. 2. *prudens agricolationis* legitur. Pro *medicum*, quod vulgo legitur, *Heinsius*, mallet, *medicæ*. SCHEFF. Recte *Heinsius* *medicæ* corrigi. Ita fere semper loquuntur auctores. Hygin. fab. 101. *Quibus Achilles respondit, se artem medicam non nosse.* Ubi vide Doctissimum Muncker. Ovid. 2. Metam. 618. de Apolline: *Medicæ exercet inaniter artes.* Sic Curtius lib. 7. 4. 8. apposite ad mentem hujus loci, *artis magica magis professione, quam scientia celebr.*

(15) *Nobilem*] Refertur ad claritatem famæ. Nam præcedit: *adquisivit sibi famam.* Curtius. *Erat inter nobiles medicos secutus Philippus.* SCHEFF.

(16) *Addidit*] Cl. Gronovius, in suis ad me literis: *Lego edidit, ut fab. 12. moriens vocem hanc edidisse dicitur.* Idem *Heinsius* conjecit. SCHEFFERUS. V. supra ad fab. 12.

(17) *Capita*] Vide supra cap. 7. Elegantissime hic autem usurpatur, propter sequens *pedes*, augetque dicti acrimoniam ex oppositione. SCHEFF.

(18) *Dubitatis*] *Lege dubitatis.* HEINSIUS.

(19) *Calceandos*] *Calceis instruendos, muniendos.* Probum verbum. Nam & *Plautus*, quamvis per jocum, *dentes calceatos dixit in capt.* & *calceare soccis* usurpat *Plinius ex Varrone* lib. 36. c. 5. SCHEFFERUS.

(20) *Commisit*] In editione Pithæana & Rittershusiana est *commiserit*. Censeo legendum, *nemo commisit pedes.* Et est *ἄξιμὸς* notissimus, pro *commiserit*. MEURSIUS. Conjecit *Meursius commisit*. Et sane in postulat purioris Latinitatis ratio. Ita *pugnasset* pro *pugnaverit*, *commosset* pro *commoverit*, & alia hujusmodi. FABER. *Meursius* mallet *commisit*, antiquè, pro *commiserit*. *Faber* probavit, itaque ait postulare purioris Latinitatis rationem. Videtur tamen & recepta lectio posse stare in sensu; vos nunc ei committitis capita vestra, cui nemo antea commisit pedes. Eandem fuisse etiam Cl. *Freinsheimii* sententiam video nunc ex notis ejus ad hunc scriptorem post ipsius obitum publicatis, atque lætor. Ceterum committere, spem significat & fiduciam. Sic *inf. II. c. 9.* *minimumque recto spiritum commiseris.* SCHEFF. *Commisit* potest capi pro *commiserit*, sic *credis* pro *credideris*. *Lucret.* lib. 5. *Nescis*

Hoc

ex hor

rum

Nescis

Eunu

ris Pe

Forte

comm

(2

impru

gerim

impre

bus ul

quælo

est, e

fatuita

in pri

tamen

mutat

m. de

non p

Cl. co

ita pri

fecit:

quæstu

Qui is

ad im

iis sit

puden

Ritter

rum in

titia.

interp

tos. E

formu

cero ai

didi q

telliga

quos r

lios. S

fer, q

penitu

Hoc pertinere vere ad illos dixerim,
21 Quorum stultitiâ quæstus impudentiæ est.

ex homine & veterino semine equorum Confieri credis centauros posse. Nescis pro nescieris apud Terent. Eunuch. 4. 4. Ebullit pro ebullierit Perf. Sat. 2. BUCHNERUS. Forte legendum crediderit. vel committat. HEINSIUS.

(21) Quorum stultitiâ quæstus imprudentia est] Lubentius legitim; quorum stultitiâ quæstus imprudentia est, hoc sensu, Quibus uberimus quæstus est; quis, quælo? imprudentia stultitiæ, id est, eis emolumento est aliorum fatuitas. Et hæc lectio occurrit in prima editione Rigaltii; quæ tamen, nescio qua ratione, immutata fuit in illa meliori Ann. M. DC. XXX. sed ego non possum non probare J. Georgii Gravii V. Cl. conjecturam, cujus me non ita pridem per literas participem fecit: ea est, Quorum stultitiâ, quæstus impudentiæ est, id est, Qui ita fatui sunt, ut quæstus ad impudentes devolet: vel, ut iis sit quæstus, qui gnaviter impudentes sunt. FABER. Putat RIVERSIUS, esse ordinem, quorum impudentia est quæstus stultitiæ. Porro, quæstum stultitiæ interpretatur quæstum apud stultos. Ego non existimo, Latinos formula hac ita uti, ut cum Cicero ait I. de Off. illiberales & sordidi quæstus mercenariorum, intelligat apud mercenarios, sed quos mercenarii faciunt apud alios. Sic ergo quæstus stultitiæ esset, quem stultitiâ facit. At hoc penitus repugnat menti præcedentium.

Itaque lego: quorum stultitiâ quæstus impudentia est. ac interpretor de iis, quorum de stultitiâ quæstum sibi facit impudentia aliorum. Ita scripseram olim, cum ab amplissimo Gronovio literas accipio, quæ hanc conjecturam meam firmant. Sic autem habent: Quorum stultitiâ quæstus impudentiæ est, i. e. quorum simplicitas & imperitia præbet quæstum improbis. Addit tamen: vel quæstui. Livius lib. 4. quibus quæstui sunt capri superstitione animi. Sed &, quæstus, non male. Eadem in mentem venisse olim Georgio Gravio postea ex notis Fabri observavi. Quanquam Faber ipse lectionem aliam non rejiciat, eam nempe, quam habet prima editio Rigaltii, in qua pro impudentia, legitur imprudentia est, hoc, sicut loquitur ipse, sensu: quibus uberimus quæstus est, quis quæso? imprudentia stultitiæ i. e. eis emolumento est aliorum fatuitas. Et posset aliquis imprudentiam stultitiæ sic credere dictam, pro stultorum imprudentia. Verum nobis placent præcedentia. Sane etiam Freinsheimius: Ego non dubitem, a Phædro scriptum fuisse: Quorum stultitiâ quæstui impudentia est. Ita enim ibi, non imprudentia scribendum esse liquet. SCHÆFF. Lege quorum stultitiâ quæstus impudentia est. HEINS. Ita Valer. Max. lib. I. c. 3. de Chaldeis: levibus & ineptis ingenii, fallaci siderum interpretatione, quæstusam mendacii suis caliginem injicientes.

(15) F A B. XV.

Asinus ad senem Pastorem.

IN ¹ principatu commutando ² civium
³ Nil præter domini nomen mutant ⁴ pauperes,
 Id esse verum parva hæc fabella indicat.
 Afellum in prato ⁵ timidus pascebat fenex.

(1) *Principatu*] Generatim sic appellat imperium quodvis. SCHEFFERUS.

(2) *Sapius*] Sic præter *Fabram*, & *Rigaltius* editione postrema, *Rittershusius* quoque. At vero media *Rigaltii* pro eo habet *civium*, quod ignoro, cur rejectum fuerit. Sane ad eundem modum *cap. 31. principatus gregis*, ut hic *principatus civium*. Et *civium* in suo codice reperit quoque *Neveletus*. Placet quoque *Gudio*, qui ad sequens *pauperes* refert, ut sint *pauperes civium*, pro *cives pauperes*, vel *pauperes ex civibus*. SCHEFF. *Civium sapius*. V. C. Pith. HEINS.

(3) *Nomen*] Ita primus edidit *Bongarsius*; priores habuerunt *mores*. Unde *Heinsius* faciebat *sortem*. Forte *mores* usurpavit pro conditione vivendi quam quisque eligit ex suis moribus. Verum integra librorum illorum lectio fuit ista: *Nil propter domini mores mutant*. Puto esse bonam, isto sensu: nil mutant propter mores domini, cum sint iidem, & illius qui decedit, & illius, qui subsequitur. *Cicer. 7.*

ad Att. Tironem propter humanitatem & modestiam malo salorem, quam propter usum meum. SCHEFF. Meo animo proba & latina locutio est: *Nil propter domini mores mutant pauperes*, & propter hoc nihil mutem. AXENIUS. *Leges: Nil præter dominum more mutant pauperes*. V. supra ad fab. 11. HEINS.

(4) *Pauperes*] Intelligit eos, qui quacunq; ex causa subelle alii coguntur, nullo speciali respectu ad inopiam nummorum, *Miseros, inferiores*. SCHEFF.

(5) *Timidus*] Scribendum *timidus*, id est, impotenter dominans. MEURSIUS. *Meursius* & hic & fab. 83. pro *timidus* adoptat vocem *timidus*: ultra necessitatem, ut videtur. Si pro fene vitulum ponas, eadem erit fabula, quam proponit *Abrstemius* fab. pag. 538. PRASC. *Meursius* emendat, *timidus*, contra mentem *Phædri*, ut opinor. Nam *timidum* vocat recte, propter ea, quæ sequuntur de consilio fugæ, asino dato. At *timidus* quo pacto quadret in pastorem? sed nec de impotenter do-

Is hostium clamore subito territus
 6 Suadebat Afino fugere, 7 ne possent capi.
 8 At ille lentus, quæso num binas mihi
 9 Clitellas impositurum victorem putas?
 Senex negavit. Ergo quid refert mea,
 Cui serviam? clitellas dum portem meas.

10

FAB.

minante usurpari solet, nec dominatur impotenter, qui a se solo singulas imponit clitellas. *Mourfii* correctionem rejicit & *Freinsbemi*us. SCHEFFERUS.

(6) *Suadebat afino fugere*] Pro *fugam*, Græca consuetudine. Consule *Minervam Sanctianam lib. 3. c. 6.* SCHEFF. Ita omnes editiones; mihi autem persuasum est *Phædrum* scripserisse: *suadebat afinum fugere*; imitatus *Virgilium* suum, qui eodem modo lib. 10. *Æneid. v. 10.*

*Quis motus aut hos,
 Aut hos arma sequi, ferrum-
 que lacessere suavit.*

Et nugatur *Servius*, qui *σολοιχοειδὲν* esse putat *hos suavit*. Ita enim veteres fere semper locuti sunt; Sic *Tertullianus* libro 1. de cultu *Fæminarum* cap. 1. *Tu es qua eum suavit, quem diabolus aggredi non valuit.* Ita enim ibi legi debere recte monuit *Barth.* ad *Claudian.* Consul. *Manl. v. 2. 12.* *Apulej.* lib. IX. *Tunc uxorem ejus tacite suavit, ac demique persuavit scendere patululum,* ita enim legendum, Eadem constructione

compositum *persuadere* sæpe reperitur. Sic *Ennius* apud *Servium* ad dictum locum *Virgilii*, *quis te persuavit.* *Petron.* fragmento *Traguriano*: *persuadeo hospitem nostrum.* *Fugere* autem hic positum est pro *fugendum* esse, de qua locutione vide *Cl. Gronov.* ad *Liv. 2. 5.* Sic *Justin.* *persuavit mori.*

(7) *Ne possent capi*] Ne caperentur. *Cic. Cat. I.* *Nonne intrare debeat, cum vim non adhibere possit.* SCHEFFERUS. De hac locutione vide *Priczum* ad *Apulej* *Milef.* lib. 2. p. 129. & lib. 9. p. 570. & *Torrent.* ad *Horat.* 3. *Od. 3. 43.* qui *Poëtis* hanc venustam loquendi formulam usitam novat.

(8) *At ille*] *Lege ad illa,* ut supra fab. 13. correximus, vel *at illi.* vel *huic ille,* ut infra lib. 2. fab. 32. *cui placidus ille.* HEINS.

(9) *Clitellas*] instrumenta lignea, in quibus colligatae *farcinæ* imponuntur *afinis* vel *equis.* *Festo* teste. Dixi de his latius in opere peculiari *de Re vehiculari* lib. 2. c. 2. SCHEFFERUS.

(16) F A B. XVI.

Cervus & Ovis.

FRaudator nomen quum locat sponſu improbo,

Non

(1) *Fraudator nomen &c.*] Præfero illud e veterē scheda Danielis, *fraudator nomen cum locat.* Sed neque *Fraudator* mihi ſincerum ac ſine fraude illic eſſe videtur: non enim reſpondit ovi, quod animal plane innoxium eſt, & omnis fraudis ignariſſimum. Itaque expendendus locus. Censebam ego: *Fraudatur nomen q. l.* eſtque *fraudatur* pro *defraudatur*, decipitur. MEURSIUS. Hic verſus malæ tractationis in Criticorum foro agere jure poteſt. Rittershuſius in metro vitium ponit. Inobſervatum ſcilicet plerisque, quod non ſemper jambo Phædrus ultimam regionem occupat. Salmaſius (quod mihi indicavit Vir Cl. Jo. Cunr. Dietericus) de Modo Uſur. cap. 16. p. 705. ita februare locum tentat:

Fraudatori nomen locans ſponſo improbo.

Sponſus (ut in ſeq. videre eſt pag. 711.) accipi vult veteribus pro ſponſore. Haud ſcio, an ſcribendum ſit:

Fraudator homines cum orat, ſponſore improbo.

Ita mox:

Ovini rogabat corvus modium tritici,

Lupo ſponſore. PRASCHIUS.

Ita edidit ex MSS. Rigaltius. Nec

eſt quidquam immutandum. Malebant quidem Meurſius: *Fraudatur nomen cum locat ſponſu improbo.* Salmaſius de Mod. uſur. *Fraudatori nomen locans ſponſo improbo.* Gebhardus: *Fraudator nomen cum locat ſponſo improbus non rem expedire, ſed malum addere (vel dare) expetit.* Freinsbernius: *Fraudator hominem quem dat ſponſorem improbum. Non expedire rem, ſed videre expetit.* Alius qui notas olim addidit interpretationi Galliz. *Fraudatur nomen qui locat ſponſu improbo, nec rem expedire, ſed mala videre expetit.* Praſchius. *Fraudator homines cum orat, ſponſore improbo.* Urſinus: *Fraudator nomen ſponſore locat cum improbo.* Verum fruſtra. Ogius Gronovius in ſuis ad me literis ubi totum locum ita ſcribit, & exponit: *Fraudator nomen qui locat ſponſo improbo, non rem expedire, ſed malum dare expetit.* *Nomen locat, qui accepto mutuo vel merce alteri obligatur, poſſum tanquam debitoris nomen locat, & patitur apud alium eſſe in tabulis, in quas referimus, cui mutuamus aut vendimus ut diem.* *Sponſum, eſt idem, quod ſponſor, Ovid. I. Amor. 13.* *locans ſponſum conſulti ante atria mutuo.* Un-

Unius

ferat.

rem ſo

mercis

expedit

ſed da

credito

ſuis ad

Variis

vit Sal

pag. 1

dum la

de alit

705. &

mutuo

Tentar

in prin

tere m

dator

minim

Meurſi

Codicis

Vada

Non

Vadato

apud E

commu

no. Pla

P. Utin

hic voca

probum

nomen

debitore

obnoxio

gere et

vulgate

ſignifica

utilitatu

de Orat

deſenden

Sulpiciu

qui ſtipe

Un-

Unius ut verbi grandia damna ferat. Is talis non rem expedire, rem solvere, reddere mutuum, vel mercis quod convenit pretium (ut expedire nomen, Suet. Gram. II.) sed dare damnum, vel malum creditori expetit. Similia & Heinsius ad me scripsit. SCHEFFERUS. Variis modis hunc locum tentavit Salmasius; primo ad Solinum pag. 121. legit: *Avarus nomen dum locat sponso improbo.* Deinde aliter de modo usurarum p. 705. & 711. & disquisitione de mutuo pag. 358. Nusquam bene. Tentarunt & alii. Mihi certum est in primo vocabulo *Fraudator* latere mendum, neque enim *fraudator* respondet Cervo animali minime fraudulento, quod & Meursius vidit. Scribo e vestigiis Codicis Pithœani:

Vadato nomen, qui invocat sponsum improbum,

Non rem expedire, sed malum dare expetit.

Vadato sponso, ut casu vadato apud Horat. I. Sat. 9. Vadari commune verbum teste Prisciano. Plaut. pers. Vadatur hic me. P. Utinam vades desint. Omnia hic vocabula juridica. Nomen *improbum*, ut *malum*, & *lentum nomen*; Nomen qui pro altero debitorem se facit, aut legibus obnoxium. Pro *invocat* pollis legere etiam *advocat*, e vestigiis vulgatae lectionis, Utrumque hac significatione apud veteres Jctos ultimum reperitur. Cicero lib. I. de Orat. *Advocatum invocare ad defendendum.* *Sponso*, ut Servii Sulpicii apud Gell. lib. 4. c. 4. qui stipulabatur ex sponso agebat.

Malum dare scribendum vidit Gronovius. Possis etiam scribere Vadatus nomen qui invocat sponso improbum. Idque verius. *Rem expedire* illustravit Grævius ad Justin. lib. 43. c. 1. Ita *expedire rationes Jctis*, quod qui non faciebant, dicti *conturbatores.* *Rem* habes apud Horatium predicto loco. HEINS. Posset & commodo sensu legi:

Fraudator hominem cum vocat sponsum improbum,

Non rem expedire, sed mala videre (vel malum dare) expetit.

Ita ut velit Phædrus *Fraudatorem*, alium decepturum esse, cum sponso allegat improbum & malum, *Sponsum* vocare propria in hac re locutio, idem valet ac jubere aliquem fidem pro se interponere, & cavere. Ita Horat. 2. epist. 2. v. 67.

Hic sponsum vocat, hic auditum scripta, reliquis

Omnibus officiis.

Et ita *sponsum* mittere, pro *ad spondendum*, in Ovidii loco, a Cl. Gronovio laudato, accipiendum est. Eadem ratione Græce dici *κλέπειν ἀυαδέχθηται* docuit Casaubon. ad Theophrast. Περὶ ἀλαπίνας. Hominem improbum familiari sibi locutione dixit Phædrus. Sic infra fabula 19. *Homo malus.* Fab. 35. *Homo bilinguis*, & plurimis locis, ubi *Homo* pro aliquo, & indefinito ponitur. Neque video cur non Cervo recte conveniat *Fraudatoris* appellatio, cum simplicissimæ & innocentissimæ ovi facile insidias struere possit, & societate cum lupo iutam fallere, & velocitate tardum

Non rem expedire, sed 2 mala videre expetit.
 3 Ovem rogabat 4 Cervus modicum tritici
 Lupo sponse: at illa 5 præmetuens doli:
 6 Rapere atque abire semper adfuevit lupus,

animal prævertere. In secundo versu potest vulgata lectio, mala videre, retineri, & videre per procurare exponi; de qua significatione ejus verbi vide Heins. ad Ovid. 1. Art. Amand. v. 527. Et Victor. ad Cicer. ad Attic. 5. ep. 1. Sic & Cicero 3. Tuscul. quæst. *Aliquid videamus cibi.* Ubi in recentioribus editionibus repositum est *provideamus.* Melior tamen est correctio Gronovii *malum dare.* Terent. Andr. I. I. 116. *Qui dederit damnium aut malum.* Plautus Pænul. 3. 5.

Qui in re divina dudum dicebant mihi,

Malum damniumve maximum portendier

Is explicavi meam rem post illa lucro.

Qui locus egregie huc facit, & quid sit rem expedire declarat.

(2) Mala videre] Quid? si mala videre legas hoc sensu: is hujusmodi deinde ridere tantum ob ea mala cupit, in quæ fraude sua homines credulos præcipitat. Legit tamen Gruterus, *Neveleto* teste: *sed malam dare expetit;* hoc est, *efficere,* ut res illa evadat non expedita, sed mala SCHEFF.

(3) Ovem rogabat modicum] Paulò aliter narrat Anon. fab. 31. PRASCHIUS. Livius lib. 3. *Qui plebem Romanam tribunos rogaret.* Duo accusativi; ita etiam petere

supra fab. 2. *Regem petierum* ovem ut Scoppius legit. Ovid. 7. Met. *Petit hoc Æetida munus.*

(4) Cervus] Forte Corvus HEINS.

(5) Præmetuens dolum] Scilicet & in antecessum metuens. Sic Lucret. & Jul. Cæsar B. G. 7. cap. 49. Cæterum hic verbum in præmetuens omittitur, ut supra c. 9. Nominis verba sunt, quæ sequuntur. SCHEFF. Προφοβούμεν. Uti- tur hoc verbo & Cæsar B. G. 7. 49. & Pont. Paulin. epist. quadam ad Aufon. PRASCH. Præmetuendi verbo non facile obvio, eaque re observando, ut sunt præter Phædrum Lucret. 207. & 4. 820. Cæsar de bello Gallico 7. cap. 49. Symmach. epist. 1. Plautus Prolog. Amphit. usurpat præmetet. AXEN. Legit præmetuens doli. HEINSIUS. Vide de ejus notas ad Ovid. Metam. 323.

(6) Atque abire] Eleganter tu, inquit, soles primum rapere, & postea cum rapinam fecisti, celeriter discedere, sc. ne apprehendaris. Et est ista luporum consuetudo. Particula &, est media latinitate desumpta, quæ hic non tam connectit, quam celeritatem significat. Et sic surpassasse Virgillum Georg. I. 203. Servius testatur. Adde Cæsar. 3. 7. 6. & seq. Apulejus lib. 7.

7 Tu de conspectu fugere veloci impetu:
Ubi vos requiram, quum 8 dies advenerit?

Noluit *Casar* esse *semilatronis collegium*, & *confestim* interiit. *Vetus interpres* *bibliorum Matthæi*, c. 13. *Venit inimicus ejus*, & *superseminavit xixania in medio tritici*, & *abiit*. *Noster inf. l. 3. c. 19.* *Hominem*, inquit, *quero*, & *abiit*. SCHEFF. Quæ Schefferus hic de particula & observat, rectius de *atque*, quæ hic exhibetur, notari debuissent. *Plautus Mostell. 5. 1. vers. 9.* *Quem cum convocavi, atque illi me e senatu segregant*, id est, statim, *confestim* me segregant. *Terent. Eupuch. 1. 1. 5. 7.* *Atque, ubi pati non poteris, cum nemo expetet, infesta pace uliro ad eam venies*. Id est, ilico venies, ut recte *Palmerius* exposuit. Vide *Colv. ad Apulej. 1. Metam.*

(7) De conspectu] E conspectu

ait *Terentius*. Sed tamen de sic usurpavit *Cicero* in *Verr. De complexu parentum ad mortem raptus*. SCHEFFERUS.

(8) Dies] *Dies Jureconsultis* notat, primo laxè quodvis temporis spatium, intra quo fieri quid oportet. *Illustris est locus Ciceronis 2. in Verr. Itaque ego quum diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem, invenit iste qui sibi in Achajam biduo breviorè diem postularat*. Deinde restrictius exitum illius temporis, terminum vocant, ut h. l. *PRASCHIUS*. Solenniter, pro die solutioni præstituta. Atque ita optimi scriptores. *Cornel. Nepos Att. c. 9.* *cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem*. Vide *Pacatum nostrum c. 18.* & quæ nos ibi in *curtis secundis*. SCHEFF.

(17) F A B. XVII.

Ovis, Canis & Lupus.

Solent mendaces luere pœnas 1 malefici.

2 Calumniator ab ove cum 3 peteret Canis,

Quem

(1) *Maleficii]* *Lege malefici*. Sic infra *lib. 4. justique vindicavit exemplum imperi*, ut ibi legendum ostendemus. HEINS.

(2) *Calumniator]* Ordo est turbator, simpliciter se ita habet; canis calumniator cum pe-

teret panem ob ove, quem se panem contenderat se commoddasse se ovi. *Calumniator* adjective hic, qui calumnias exercet. Sunt autem *Calumnie*, *Marcello JCTO* auctore, *frustratoria*, *doloque susceptæ*, & *male fundatæ*.

- 4 Quem commendasse panem s se contenderet.
 6 Lupus citatus testis, non unum modo
 7 Deberi dixit, verum affirmavit decem.
 8 Ovis, damnata falso testimonio,
 Quod non debebat solvit: post paucos dies
 9 Bidens 10 jacentem in fovea prospexit lupum:

Hæc,

Ætiones. SCHEFFERUS, Nic. Rigalt. Gloss. Agrimens. *calumnia: lis improba.* Quod declarat locis Siculi Flacci, Aggeni & Suetonii. Dicitur ab antiquo *calvor* L. 233. ff. de V. S. PRASCHIUS,

(3) *Peteret*] *Judicio.* Inspice L. 15. D. Rem rat. hab. PRASC.

(4) *Commодasse*] Ita in postrema editione Rigaltii, quod Faber quoque retinuit & Ursinus. Neque aliter in Danielis & reg. CHRISTINÆ codice legebatur. Ante fuit *commendasse* ex Pizibzi codice, quod tuetur Nevelezius loco Justin. lib. 35. c. 2. Duos filios apud Gnidium, hospitem suum, cum magno auri pondere commendaverat. Ita plane & Spartianus in Pescennio cap. 10. *Jussit, ne in Ronis milites ad bellum aureos vel argenteos numos portarent, sed publice commendarent.* Denique expresse Ulpianus l. 186. de V. S. *Commendare, nihil aliud est, quam deponere.* Et sic Plautus in *Querulo*, sic Cicero de LL. 2. c. 9. usurparunt. Placuit quoque illa lectio interpreti Gallo, qui pro defensione ipsius adducit locum Seneca ex epist. 27. ubi Philosophus: *Bona mens nec commendatur, nec emittur.* SCHEFF. Plura de verbo *commendare* hic

affert Axenius, ad quæ lectorem remittimus. Heinsius tamen mavult *commодasse* cum V. C. Danielis, Vossii MS. & Rigaltii.

(5) *Se contenderet*] Crebro & constanter affirmaret. *Nepos in Epan. c. 8. sua opera factum contenderent: ut legi non obedirent.* Cæterum hoc loco legendum est, *contenderat*, ut recte Heinsius admonuit, SCHEFF. Lege, quem *commодasse se panem prætenderat.* HEINSIUS.

(6) *Lupus citatus testis*] Pleres testes nominat Anon. fab. 4. PRASCHIUS.

(7) *Deberi dixit*] Forte non unum modo panem deberi, verum &c. HEINS. *Deberi*] Ursinus edidit *debere.* SCHEFF. Et ita MS. Vossii. HEINS.

(8) *Ovis damnata*] Lege *quovius.* HEINS.

(9) *Ovis jacentem*] Scribam verba ipsa nob. Heinsii ad me de hoc loco: *Ille versus multum jam olim me torfit. Quis enim ferat inconcinnam repetitionem ovis, cum ea vox jam præcesserit, & de ove pergat verba facere Phædrus? variis itaque conjecturis me fatigaram, quod certus essem, scripturam vulgaram esse interpolatam. Sed bene fit fragmento regis, quod*

Hæc, inquit, merces fraudis a superis datur.

FAB.

quod inter libros Pauli Petavii Lutetia adveſtum in palatio hujus civitatis olim ſervabatur. In eo diſerte exaratum: videns jacentem proſpexit in fovea lupum. Noli dubitare quin Phædrus ipſe nobis reliquerit: Bidens jacentem in fovea proſpexit lupum: videns, pro bidens ſolemni librariorum errore. Bidentes pro ovibus paſſim a poetis dici, quæ neſcit? de uſu ejus vocis copioſe diſputarunt A. Gellius & Macrobius. Hactenus Heinfus, cujus ſententiam toto animo amplector. Nec fraudari debuit gloria optime reſtituti loci vir doctiſſimus a Tanaquillo Fabro, quando ita ſcribit in notis ad editionem noſtram priorem: Placet omnino Petaviani codicis lectio, bidens jacentem. Non eſt illa lectio Petaviani codicis, ſed Nic. Heinfii, ut abunde verba ejus monſtrant. Quare vel non diligenter ſatis ea inſpexit Faber, vel factò parum laudabili mutavit. Sed & in eo Faber fallitur, quod proſpexit, pro conſpexit parum hic Latinum putat, quando quæ in fovea fiunt, ea conſpici quidem poſſunt, proſpici vero hæud ſane poſſunt, quæ ſunt ejus verba. Nam ex adverſo proſpicit latiniffime elegantiffimeque, qui ex editore loco vergit oculos in depreſſiorem. Claudianus Præfat. lib. 2. in Eutrop.

Proſpectant Paphiæ celfa de rupe puella.

Ipſe Virgilius Æn. lib. 4. v. 409.

Cum littora fervere late, Proſpiceres arce ex ſienna. Et clarius adhuc Cornelius Severus in Ætna: Proſpectat ſublimis opus, vaſtoſque reſſus. De nube loquitur, quæ ſemper ſupra Ætnæ cacumen reſidet. Mox de ipſis hominibus Ætnæ crateres conſiderare cupientibus; Summo cerne jugo, vel qua liberrimus Ætna In proſpectus hiat, tantarum ſemina rerum. Non eſt alius noſtro ſimilior locus, ut dubitationi nihil ſit relictum. SCHEFFERUS.

(10) jacentem in fovea] Non mortuum, ut accepit Gallicus interpres, verum delapſum atque captum. Solebant enim capi olim quoque foveis. Unde Horatius l. ep. 16. Cavius enim metuit foveam lupus. Atque talis fovea captandis lupis dolo ſtructa hic intelligenda; quod niſi fiat, perit omnis dicti elegantia. SCHEFF. De ſtructura harum fovearum v. Sil. Italic. lib. 6. v. 329.

Hæud ſecus ac ſtabulis procurans otia paſtor,

In foveam parco totam velamine frondis

Ducit nocte lupus poſita balatibus agna.

Ex quo loco diſcimus, ovem ad foveam ligari ſolere, ut lupi ad ejus balatum in ſtructas ſibi inſidias incidant. Talis foveæ etiam mentionem facit in fra Noſter lib. 3. fab. 2. Panthera imprudens olim in foveam incidit.

(1) Re

(18) F A B. XVIII.

Mulier Parturiens.

Nemo libenter 1 recolit, 2 qui læsit, locum.
 Instante partu, mulier 3 actis mensibus,
 4 Humi jacebat flebiles gemitus ciens.
 5 Vir est hortatus, corpus lecto 6 reciperet,

Omnia

(1) *Recolit*] Denuo, & sæpius ad eum venit, repetit eum, revisit. Sic *reclamant* infra lib. 4. cap. 17. SCHEFFERUS.

(2) *Qui læsit*] Pro, ubi quis est læsus. Sic *Virgilius*, *fraudem loci*, dixit lib. 9. *Æn.* & *Curt.* l. 5. c. 5. ubi vide & *Freinsb.* SCHEFF.

(3) *Peractis mensibus*] A glossa hoc est. Rescribo. *Mulier actis mensibus*. Aliter versus non constat. MEURSIUS. Sic *Plaut.* *Amphitr.* *Menses tibi exactos vides.* SCHOP. *Circumactis*, finitis. Ita *Hyginus* in *Poet. Astron.* 2. c. 8. ubi vide quæ notavi; exactis dixit *Curt.* 10. c. 6. *exactos menses solus expectat*. Est igitur simplex pro composito apud Nostrum, uti solet. Quanquam & *Plautus*, *actam ætatem*, sic usurpet in *Trinum*. *Horatius* quoque de *Art.* c. 173. *laudator temporis acti se puero.* SCHEFFERUS.

(4) *Humi*] *Pithæanus codex* habuit *humo*. Quomodo *Ovid.* *Herod.* cap. 14. *Nuda nuda recumbis humo* - - - & lib. 4. *Metam.*

Et jacuit resupinus humo - - -
 Et post;

Sedit humo nuda - - -

Mallet tamen cum nob. *Dn. Heinsio* optimus *Gronovius* in laudatione sæpe litteris, *humi*. SCHEFFER. *Lege humi* HEINS. *Humo* potest per ellipsin præpositionis pro in *humo* accipi, de qua locutione vide doctissimum *Muncker.* ad *Hygin.* fab. 247. Melius tamen legitur *humi*: adverbialiter enim ea vox fere usurpatur, sic *Ovid.* *Metam.* 2. 105. *Spargit humi iussos, mortalia semina, dentes.* Id est, spargit in humum, in terram, & paulo post, *fecit humi.*

(5) *Vir*] *Vir* pro marito, absolutum pro relativo, quo fere nihil quicquam apud *Plautum* frequentius. Sic *Amphitr.* *Tuus ego vir sum?* similiter apud eundem *mulier* alicujus, pro uxore sæpius. Sic *Penelope* ad *Proccu* de *Ulixæ* suo in libero carmine:

Qui quoniam perit, modo vos intendite: qualem

Esse virum sciero, vir sit ut ille meus. SCHOP.

Sæpissime ea significatione *Ovidius* usurpat.

(6) *Corpus reciperet*] Pro *reciperet*. *Recipere corpus lecto*, ut

recip
fimi
men
Her
Sch
Eode

(
intel
alite
Salm
fra c
tur f
intel
potiu
ram
ctum
onus
Ovid.
jectu
legen
M.

Leg.
men/
Her

1 I

(1
optim
Habe

7 Onus naturæ melius quo 8 deponeret. 5
Minime, inquit, 9 illo posse confido loco
Malum finiri, quo 10 conceptum est 11 initio.

FAB.

recipere aliquem domo, lare, & familia. Corpus lassa & defatigata membra significat. Et sic Senec. Herc. Oed. reddere corpus morbo. SCHEFFERUS. Nep. Hannib. 11. Eodem unde ierat se recepit.

(7) Onus natura] Arnobius intestinum pondus vocat, alii aliter: ceu videre licet apud Henr. Salmuth de Vet. nat. ritu p. 8. Infra quoque onus & sarcina dicitur fab. 54. PRASCHIUS. Num intelligit impositum a natura, an potius partes muliebres per naturam innuit? Posteriori modo dictum esset onus natura, sicut onus ventris, & onus uteri apud Ovid. Sed forte rector est conjectura nob. Heinsii maturum hic legitis ut apud Ovid.

Maturumque utero molliter aufer onus. SCHEFFERUS. Leg. Maturum. Solin. Decimus mensis maturum facit partum. HEINS. Ita Focas in vita Virgi-

lii: Hac, cum maturo premere- tur pondere ventris.

(8) Deponeret] Proprium in hac re vocabulum. Catull. 35

O Latonia maximi
Magna progenies Jovis,
Quam mater prope Deliam
Deposuit oliuani.

Et ita factum deponere fabula sequenti.

(9) Illo loco] MS. Voss. Minime, inquit illa, posse confido hoc loco. HEINSIUS.

(10) Conceptum] Acceptum. Sic concipere maculam dixit Cicero pro Rosc. Amer. Sed hic elegans est, in respectu ad conceptionem partus, de qua hoc loco agitur. SCHEFFERUS.

(11) Initio] In schedis regis fuit, initium, unde Heinsius colligebat; primulum. SCHEFFERUS. Terent. Adelph. 3. 1. Dolores occipiunt primulum. HEINSIUS.

(19) F A B. XIX.

Canis parturiens.

1 HAbent infidias hominis blanditiæ mali.

Quas

(1) Habent] Continent in se: optime. Sic Cicero 2. de LL. c. 26. Habet enim luctum, concursus ho-

minum. & Lucilius: Virtus est homini scire id, quod quæque habeat res. Cornel. Nep. vita Trajib.

Quas ² ut vitemus, versus subjecti monent.
 Canis parturiens ³ cum rogasset alteram,
 Ut foetum in ejus tugurio ⁴ deponeret,
 Facile impetravit: dein reposcenti locum
⁵ Preces admovit: tempus ⁶ exorans breve,

Dum

c. 3. corona nullam habuit invidiam. Petronius, de inimico vitiatorum: Primum propter morum differentiam odium habet. Alio loco: Mentis pavida gaudium lacrimas habet. Rursum alio: Contemptus amor vires habet. Adde Vellejum lib. 3. c. 76. Senec. Troad. v. 86. 2. SCHEFFERUS. Supra fab. XII. Quantum luctus habuerunt.

(2) Ut vitemus] Lege *Quæ*. HINSIUS.

(3) Rogasset alteram] Alter pro alio quovis, sicut vicissim alius pro altero. Plaut. Capt. Captus fuit in pugna Hegionis filius, Alium quadrimum fugiens servus vendidit. Apulej. 4. de Asino. Namque ille alius asinus divinato & ante capto meo cogitatu. Et lib. 5. de colloquio duarum sororum, suscipit alia, id est, altera respondet. Eodem libro, pervenit ad civitatem aliam, in qua pari modo soror morabatur alia. SCHOPP. Aliam; Cic. de off. 3. Detrahere autem alteri sui commodi causa &c. Plaut. Qui de altero obloquitur, ipsam se contueri oportet. Adde infra v. 7. SCHEFFERUS.

(4) Deponeret] Deponere liceret, Proprie autem deponeret, ac in respectu ad foetum, quem & supra dixit *onus*, ubi pariter sic

to deponere usurpat. Ponere dicitur inf. lib. II. cap. 4. SCHEFFER.

(5) Preces admovit] Bene hoc gradus facit: quos negligit Anon. fab. 9. PRASCHIUS. Eleganter de eo, qui ab invito studet obtinere, sicut machinae admovetur dicuntur. Sic Ovidius & alii SCHEFF. Infra 3. 16. Rursum admota prece. Et 4. 25. Stultum admovere tibi preces existima. Ovidius vel quisquis Auctor Elegia in mortem Drusi. Admoverunt preces & jus immiscuit illis. Idem alibi, Admovere preces quarum me dedecet usus. AXENIUS.

(6) Exorans] Id est, valde orans, efficacissimis instant exorabulis, ut Apulej voce utat. PRASCHIUS. An diu multumque orans? quomodo eximeret, multum timere apud alios, expetere, diu multumque petere, expostulare, multum postulare. Corippus: Exorat pacem nec fatisve millibus audet tot. Barthelemy XVII. Adv. 33. ad hunc locum. Exorat; non id, quod vulgo solent sonare, sed quod valet alias, vehementer orat. Ipsum adi, & quæ laudat. Fragmentum Petronianum p. 16. Stolata ibant nudis pedibus in clivum, & Jovem aquam exorabant. Ita suspicabar olim. Nunc facile assentior ampliff. Gronovio, cui exorare hic orando impetrare.

7 Dum firmiores possiet catulos ducere.
 Hoc quoque consumpto, flagitare & validius
 9 Cubile cepit. Si mihi & turbæ meæ
 Par, inquit, esse potueris, cedam loco.

vel propterea, ne bis idem dixisse videatur, quoniam præcedit, preces admovit. SCHEFF.

(7) Firmiores possiet catulos ducere] Pro abducere? sicut etiam in jure civili sumitur, sed cum significato vindicandi. pr. L. un. D. de Utrubi. Inde jus dictionis L. 3. §. 1. D. de lib. exhib. PRASCHIUS. Proprie de bestiis, cum catulos suos ægre adhuc incedentes, post se trahunt. Est, qui pro educere positum existimat: sed alterum magis probo, Plinius de cervis & eorum hiunulis lib. 7. cap. 32. Ad prærupta ducunt. Augustus ipse ad Agrippinam, etiam de hominibus usurpat, apud Suet. Calig. 8. Puerum Cajum XV. Kal. si Dii volent, ut ducerent Talarium & Afellus heri cum his constanti. Imo ducere in universum, post se trahere, habere secum in consortio, in comitatu suo Cicero IV, Att. 11. Ego mecum, præter Dionysium, duxi neminem. Fabius Decl. 269. Potestis aliquid ex ipso fugæ comi-

tatu colligere, ne servos quidem amplius quam duos duxi. Quos locos mihi liberaliter pro lectione hac amplissimus Gronovius subministravit. Sed in scbedis regis est deducere. Suspiciatur Hein-
 sius legendum: Dum firmiores possiet causa educere, vel: dum firmiores catulos inde abduceret. SCHEFFERUS. Adscripsit aliam emendationem libro suo Hein-
 sius, dum firmiores catulos possiet educeret.

(8) Validius] Infra fab. 24. Dum culti validius se inflare. Et lib. 3. fab. 2. Cur laborem validius. Et fab. 16. Multo validius clamare cepit. Et lib. 5. f. 6. Quanto Poete sunt molesti validius. AXEN. Ita Hygin. fab. 186. Cum autem Metapontus priores valide amaret. Vid. Munker. ad fab. 174. Heinsius legit cum Rittershusio validius.

(9) Cubile cepit &c.] Lege: Cubile cepit: Illa, mihi & turbæ meæ, Par se, inquit, esse potueris, cedam loco. Illa est in MS. Vossii. HEINS.

(20) F A B. XX.

Canes Famelici.

STultum consilium non modo effectum caret,

(1) Effectum caret] Nequit effici, quomodo culpa caret, pro, nequit culpari, apud Terentium

Sed & alios; aut reditu carent velis, apud Ovidium, pro, nequeunt redire. SCHEFFERUS.

(2) Deq

Sed ad perniciem quoque mortales 2 devocat.

3 Corium depressum in fluvio viderunt Canes:

Id ut comesse extractum possent facilius

Aquam 4 capere bibere: sed 5 rupti prius

Periere, quam quod petierant, 6 contingerent.

FAB.

(2) *Devocat*] Rarum hoc verbum, quo & Corn. Nepos utitur in Cimone: *Ut quos invocatos in foro viderat, omnes devocaret.* SCHOPPIUS. Pro vocat eleganter, in respectu ad celeritatem, qua perniciem sequitur. Sic *infra* lib. 3. cap. 6. & devocare ad auxilium apud Livium legitur, lib. 6. SCHEFFERUS. Devocandi quoque verbo, quod rarum imprimis, usus etiam Seneca. 6. de benefic. cap. 27. *Nunc vis illum subijci tibi jactura rerum suarum, & status mutatione in id devocari, ut infra sua beneficia jaceat.* Usi eodem Imp. in l. 1. C. Theod. si per obrept. fuerint impetrata. Et l. 1. C. Theod. de itinere muniendo. AXENIUS. Valerius Max. 6. c. 5. 5. *In judicium populi devocavit.*

(3) *Corium depressum*] Est hæc fab. inter Æsopias 211. PRASCH. Ab alutario videlicet. Sic enim solent. Unde simul liquet, *corium* hic denotari, sicut est extractum pecori. SCHEFFER. *Depressum*, id est, demersum, in imo jaccens. Cicero pro leg. Ma-

nil. *depressa classis; & navis depressa* l. 6. & 7. ff. ad L. Rhodiam. AXENIUS. Canes autem coria appetere ostendit Horat. Sat. 5. 83. *Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto.* Hæc græcum proverbium, *καυθέντων μαύροσθαι κύνων σκυτοτραγῆν*, de quo vide Scholiast. Theocrit. Idyl. 10. ψ. 11.

(4) *Capere bibere*] Codex Daniel. *capere ebibere.* Id quod probat Neveletus, non absque ratione. Firmantque scheda regia. SCHEFFERUS. Probat & Henlius.

(5) *Rupti*] Disrupti, nimis scilicet aquæ potu. Quomodo apud Virgilium 8. *Ecl.*

-- *Cantando rumpitur anguis.* Vide *infra* cap. 24 SCHEFFER.

(6) *Contingerent*] Tangerent, attingerent, manente scilicet eodem fluminis altitudine. Virgilium rursus II. *Æn.*

-- *funemque manu contingere gaudent.* SCHEFFERUS. Supra fab. 4. *Nec quem petebat adeo potuit attingere.* AXENIUS.

(21) F A B. XXI.

Leo senex, Aper, Taurus & Asinus.

Quicumque amisit dignitatem pristinam
 Ignavis etiam ¹ jocus est in casu gravi.
² Defectus annis & ³ desertus viribus

Leo

(1) *Jocus*] Eleganter hoc dictum, nam, Jocus, ut &, Ludus, pro re abjecta & levi quæ merito ludibrio haberi possit. Cic. pro Flacco, de Græcorum levitate: Num. illos idem putatis? quibus jusjurandum jocus est, testimonium ludus &c.

Catull. *Jocum me putat esse mœcha turpis.*

Propert. *Fallaci domina me prædet esse jocum.* SCHOP.

(2) *Defectus*] Nam cur defectum annis dicit senem? an quia vita ipsum deficit? gerræ. Tu bono meo periculo scribe: *Defessus*. Sic apud Apulejum lib. 4. de Asino, scribo: *Jamque confecta bona parte itineris & via spatio defessus & sarcina pondere depressus, vultibusque fustium fatigatus &c.* Sed ibi in omnibus culis & scriptis libris est, *Defectus*: quod nequam & nihili esse ajo. SCHOP. Schoppius ad hunc locum: Nam cur defectum annis dicit senem? an quia vita ipsum deficit? gerræ. Tu, inquit, meo periculo scribe *defessus annis*. Hæc ille novus Aristarchus; sed errat, & ad Orbilius remittendus est. Quid enim? quia non intelligit Schop-

pius, ideo mutari debet quod à Phædro dictum est? nova sane *κριτικῆς ἐπίνοια*. Atque huic loco germanissimus est apud Columellam, quem videre debuerat Schoppius, cor Zenodoti, jecur Cræteus: exemplum illud, lector, scin tu quod sit? *defectus senio arbos*. vides esse geminum germanum, nam *defectus annis* & *defectus senio* idem significant: Neque vero satis habuit Schoppius *παρὰ διορθώσει* Phædrum corrumpere, Apulejum quoque, ut est magnus ardelio, inquinavit lib. IV. Fabellæ Miletiæ: *Jamque confecta bona parte itineris, & via spatio defectus, & sarcina pondere depressus, &c.* Quid ad hæc Schoppius? Hoc nequam est, inquit, & nihili; lege, *defessus*. Sed ignoravit ille quo tandem pacto intelligendus hic Phædri locus, nec non ille alter Apuleji. Videlicet ita existimabat, *defectum annis* eum esse debere cui anni deessent, atque adeo ad mutationem ei confugiendum fuit. Verum *defectus annis* est, qui præ annis seu senio defectus est: *defecta arbos senio*, quæ præ senio deficit. Hoc enim significat *de-*

E *fectus.*

Leo quum 4 jaceret spiritum extremum 5 trahens,

Aper

fectus ut ex Phædro, Columella, Apulejo, nec non Tacito constat. Nam cum hic postremus scripsit *Annal. quarto, Tum accusator Cn. Lentulum & Sejum Tuberonem nominat, magno pudore Caesaris, cum primores civitatis, intimi ipsius amici, Lentulus senectutis extrema, Tubero, defecto corpore, tumultus hostilis, & turbanda reipublica arceserentur. Cum, inquam, hæc scripsit Tacitus, quid aliud intellegebat, quam absumptas Tuberoni corpusculi vires fuisse? Et hæc quidem de Schoppii conjectura; qui cum principes bonarum artium vellicarit & sæpe sub ferula habuerit, quæ hominis confidentia erat, hic tamen se tam turpiter tamque ridicule dedit. FABER. Schoppius: *defessus*. Nihil minus; *Columella lib. 1. præf. E turba vellicariorum defestissimum annus & viribus in agrum relegat. Petronius: Lucerna humore defestæ. Ulpianus l. 3. ff. ad S. C. Silan. Ignoscitur etiam his, qui ætate defesti sunt. Simile quid habet Fab. Decl. XIII. Defestaque labore semectus. Item Apulejus lib. 4. Alini, Quem iccirco frustra Schoppius emendat. Idem enim & libro 6. Gradum, defectum assiduis laboribus, spes incitabat. Rectius Rutgerus quando lib. 5. *Lett. Var. cap. 10.* vocabulum hoc vindicat Terentio quoque, ex Scholiast. Juvenalis qui sic versum ejus *A. G. 11. sc. 2.***

*Adelpho retulit. Ego vapulanda, ille verberando usque ambo defestifimus. Adde etiam Salmas. ad Tertull. Pall. p. m. 197. Studet quidem tueri sese Schoppius, & defectum ab argenteæ ætatis scriptoribus pro confectum ait usurpari in *Infamia Farniani p. 115.* ubi multis de hoc genere. Verum frustra, ut opinor, maxime Rutgeri sententia hic audienda. SCHEFFER. Ovidius 5. *Metam. Sanguina defestus cecidit collapsus in artus.* Et 9. *Metam. Quæ res defesto reddat* amori.* AXIN. qui plurima hujus locutionis exempla affert. V. & Heinsum ad Ovid. 3. *fast. 674.**

(3) *Desertus viribus*] Omnia præpositione a. Sic Tacit. 3. *Ann. 20. neque prælium omisit, dum desertus suis caderet.* SCHEFF.

(4) *Jaceret*] Sic fere solent de ægrotis. Noster quoque supra *Cum jaceret morbo confectus gratia.* SCHEFFERUS. Statius de *leone 2. Thebaid. Jam piger & læsus jacet exarmatus ab ævo.* AXIN.

(5) *Trahens*] Eleganter difficultatem, & ultimos quasi cotatus vivendi exprimit. *Columella l. 7. cap. 9. Cum quodam impimento tractus spiritus. Curtius lib. 3. c. 6. Spiritus meus sempiternum ex te pependit, sed non vere sacro & venerabili ore tractatur.* SCHEFFERUS. Justin. lib. 28. 3. *Olympias gemino filiarum vulnere afflicta, agrum trahens spiritum non diu filius supercavit.* (6) Fab.

Aper ⁶ fulmineis ⁷ ad eum venit dentibus,
 Et vindicavit ⁸ ictu veterem injuriam:
⁹ Infestis Taurus mox confodit cornibus
 Hostile corpus. Afinus ut vidit ferum
 Impune lædi, calcibus frontem ¹⁰ extudit.
 At ille expirans: Fortes ¹¹ indigne tuli
 Mihi ¹² insultare: ¹³ te, naturæ dedecus,

10

Quod

(6) *Fulmineis*] Mutuatus est ab Ovidio, qui de apro scripserat:

Fulmineo celeres dissipat ore canes. FABER.

Proprie de apro, propter candorem inter nigras setas. Notat & ictus repentinos ut vult Rittershusius. *Fulmineum ens* binis locis dixit Virgilius, propter candorem splendoremque, quem puto hic, ut alias, imitatum esse nostrum. Faber mutuatum ab Ovidio existimat, qui de apro:

Fulmineo celeres dissipat ore canes. SCHEFF.

Plurima hic congerit Axenius.

(7) *Ad eum venit*] Forte legendum *agrum impetit*, id est, impetum facit. Vel legendum *irruit agrum vel agrum invadit*. HEINSIUS.

(8) *Ictu veterem*] Proprie, de morsu aprorum. Ovidius lib. 8. Met. v. 344. *Obliquis latrantes dissipat ictu*. Hinc Germanis *aper, ein hauer*. SCHEFFERUS. Ictu hic latine & proprie positum Horat. 3. Od. 23.

Quam (pinum) per exactos ego letus annos

Verris obliquum meditantis ictum

Sanquine dono.

Ovid. Metam. 8.

At non lethiferos (apri) effugit Enasimus ictus. AXEN.

Non constat verus. Forte *et vindicavit ita (vel sic) veterem injuriam*. HEINSIUS.

(9) *Infestis*] Veteres habuerunt, *infestus*, sed hoc rectius. SCHEFFERUS.

(10) *Exerit*] Comminuit, terendo & calcitrando confringit. Ita Stat. Theb. lib. 10.

— gravis exerit artus ungula. Consule & Ovidium 1. Amor. el. 9. v. 12. Ibiq. doctissimas Nic. Heinsii notas. In Cod. Danielis fuit, *extudit*. SCHEFF. Ita Seneca de brevitate vitæ. *Ingenti mole animalium exerit*. Codex V. Pitheci habet *exerxit*. HEINSIUS.

(11) *Indigne tuli*] Cum indignatione. Refertur ad personam hoc loco, quod notandum. Cicero usurpavit de re: ut & noster infra facit. Suetonius absolute posuit hoc sensu. *Tuli*] *Schedæ Regiæ* habent *fero*. Eadem hic deficient, magno cum detrimento auctoris. SCHEFFERUS.

(12) *Insultare*] De iis, qui injurias per ludibrium inferunt. Serv. ad Virgil. *Æn.* l. 2. v. 330. *insultare, est in alienum dolorem gaudere*. SCHEFF.

E 2

(13) Te

14 Atque ita locutus 15 improbam 16 leto dedit.
Hoc 17 in se dictum debent illi agnoscere,
Quorum 18 privata servit utilitas sibi,
Et meritum inane 19 jactat imprudentibus.

FAB.

ia curis secundis ad *Pacatum no-*
strum c. 13. SCHEFF. Seneca de
beneficiis: *Quidam homines pre-*
stant, & aliis imputant. AXEN.
Vide Cellarii curas posteriores.
p. 64. & 163.

(13) *Vanum*] Quod habet
speciem exterius, sed intrus nihil
est. *Servius ad Virg. l. 4. falsum*
reddit vana fides, inquit, id est
falsa. SCHEFF. Fictum, men-
dax. *Virgil. 2. Æneid. Vanum*
mendacemque de Sinone. AXEN.

(14) *Atque ita*] *Supra fab. 1.*
Atque ita corruptum lacerat inju-
ra necesse. AXENIUS.

(15) *Improbam*] *Crudelem*
& avaram, ut liquet ex superio-
ribus. Ad eundem modum lib. 2.
c. 2. de prædatore: improbum re-
jecit. SCHEFFERUS.

(16) *Leto dedit*] *Ovid. ep. 2.*
Phyllida Demophoon leto dedit. Et
Meram. 2. 120. Seueca Hypolyt.
v. 695. Quos hausit, & peremit,
& leto dedit odium, dolusque.

(17) *In se*] *Contra se. Terent.*
Adel. Act. 1. sc. 2. nolo in illum
gravius dicere. SCHEFF.

(18) *Privata*] *Existit, sit*
privata, & servit sibi; privata
est, quæ respicit dominum suum,
cum a quo proficiscitur, quo-

modo apud *Horat. l. 1. ep. 3. Me-*
mentus privatas ut querat opes.
Utilitas est usus, sive id, quo
quis potest esse utilis. Quomodo
Cicero alicubi in epist. utilitatis
tuis possum carere. SCHEFF.

(19) *Jactant*] *Isthuc ipsum*
est quod dicit Terentius:

Ego, Charice, necetiquam of-
ficiam liberi esse hominis pui,
Cum is nil promereat, postulare
id gratis apponi sibi.

Id supra rotundissime dixit Phæ-
drus, Vanum beneficium culpam
imputare. FABER. *Phrasis hic*
mutatur. vide supra c. 4. verbis:
eripere voluit; quanquam veteres
editiones habeant jactat, quod
cur repudiari debeat, non video.

SCHEFF. *Leg. Ut meritum ino-*
ne jactent imprudentibus. Impu-
dentibus sunt ignari. Sic supra
dixit fab. 14. Quorum stultitiam quo-

stus est imprudentia. Et fabula 63.
quod multorum fugit impruden-
tiam. Contrario sensu vocat peti-
tos, Fabula sequenti; & canes,
fab. 25. HEINS. Imprudentibus.
Est, apud imprudentes, id est
simplices, quibus volunt impo-

nere pompa verborum. Virg. l. 2.
Montibus & silvis studio jactu-
bantur ani. SCHEFF.

(1) R

R
; N
5 Obj

(1)
& præte
suetudin
ep. fam.
sem dix

(2)
est venar
cuntur f
terum fi
insidias
Horatiu
si rara
cibus dol
dolos, u
AXENIU

(3)
(in qua
Anon. f
posset ac
Canis e
rationali
concupit
me dicat
vocat in
qua) Te
sui Goth
ctu fura
vocatur
stinguitu
Milin. Sc
nis furit

(23) F A B. XXIII.

Canis Fidelis.

1 Repente liberalis, stultis gratus est;
 2 Verum peritis inritos 2 tendit dolos.
 3 Nocturnus quum fur 4 panem misisset Cani,
 5 Objecto 6 tentans 7 an cibo possit capi:

Hercus

(1) *Repente*] Ex improvise, & præter spem, quia præter consuetudinem ejus. Ita Cicero l. 5. ep. fam. 4. *Cæsar repente præter spem dixit* &c. SCHEFFERUS.

(2) *Tendit*] *Tendere* verbum est venaticum; nam tendi retia dicuntur feris, cum captantur. Cæterum sic & Sallustius, *tendere insidias dixit in Catil.* SCHEFF. Horatius Epod. 2. *Aut amite leci rara tendit retia, Turdis edacibus dolis.* Ubi & *tendere*, & *dolos*, ut hic in Phædri contextu. AXENIUS.

(3) *Nocturnus*] Hæc fabula, (in qua elegis ornanda juvenatur Anon. fab. 23.) transferri scite posset ad partes animæ: sic, ut Canis esset irascibilis; Herus, rationalis; Fur panem mittens, concupiscibilis. Rationem pro me dicat mel illud Charitum (ut vocat in Epitaphio Card. Bevilacqua) Torq. Tassus, in Allegoria sui Gothofredi. PRASCH. Nocturnu furari solitus. Sic solenniter vocatur a Jctis, & a diurno distinguitur; vide Cicero. in Or. pro Milon. SCHEFF. Plurima de nocturnis furibus hæc attulit Axenius.

(4) *Panem misisset cani*] Objecisset, ptoprie. Noster *infra lib. 3. cap. 2.* Pantheræ posituræ misera panem. Hinc *missilia*, quæ jactantur & sparguntur in vulgus, passim. Adde *lib. 2. cap. 3.* SCHEFF. Seneca epist. 27. *Vidisti aliquando Canem missa a Domino frustra panis, aut carnis aperto ore captantem.* AXENIUS. Vide de hoc loquendi genere Gronov. ad Senec. Contol. ad Marciam cap. 5.

(5) *Objecto*] Etiam hoc proprie, ut cani. Seneca de const. 14. *tinquam canem acrem objecto cibo leniet.* Plinius lib. 8. c. 40. *cum quidem ei (cani) cibum objecisset.* SCHEFFER. Seneca 3. de ira 37. *Irasceris ergo catenario cani? & hic cum multum latravit, objecto cibo mansuescit.* AXENIUS.

(6) *Tentans*] Absolute. Ut apud Cicero. *Pavod. Tentare volui; an ita dici possent.* SCHEFFERUS.

(7) *An cibo posset capi*] Id est, ad silendum alliteri. Idem est effectus lapidis, qui in Nilo nascitur, fabæ instar præ se ferens; si Thrayllo statum, ex quo memorat Plutarch. de Fluv. Hunc enim ἀν κύνες τῶσων, ἔρχ

8 Heus, si, inquit, linguam vis meam 9 præcludere, 5
 Ne 10 latrem pro re domini: multum falleris.
 Namque ista subita me jubet 11 benignitas
 12 Vigilare, 13 facias ne mea culpa lucrum.

ὀλέκτῳσι. PRASCHIUS. Tanquam re delectabili trahi in partes, & obnoxius reddi. Ita Cornelius de Sylla, cap. 4. vit. Attic. Secum habuit Pomponium, captus adolescentis & humanitate & doctrina. SCHEFFERUS.

(8) Heus inquit] Nob. Heinsius hunc versum ita corrigit: Heus si, inquit, linguam vis meam præcludere. Optime: posset tamen illud vis interrogative accipi. Sic Curt. lib. 9. c. 3. fratres agnoscent ergastuli detrimenta? Idem: tolerabimus quæ armatos fatigaverunt? pro, agnoscentne, tolerabimusne? SCHEFF.

(9) Præcludere] Supra fab. 2. Vocem præcludit metus. Ovid. 2. Metam. 658. Vocisque meæ præcluditur usus.

(10) Latrem pro re domini] Custodienda scilicet, ac conservanda. Quomodo infra lib. 3. c. 3. pro vita rogant. SCHEFFERUS.

(11) Benignitas] id est, liberalitas; vide plurima de hoc vocabulo apud Lambin. ad Horat. 1. Od. 17. Terentius Adelphis dixit, subitam largitatem, ut notat Axenius.

(12) Vigilare] Curam & sollicitudinem denotat. Plautus in Rud. Act. 4. sc. 2. Vigilare docet hominem, qui vult sua tempore conficere officia. SCHEFF.

(13) Facias lucrum] Nequid furto lucreris. Optime; ita Plautus iterum in Merc. Prologo; venditi ex sententia, lucrum ingent facio. SCHEFFERUS.

(24) F A B. XXIV.

Rana rupta & Bos.

INops 1 potentem dum vult imitari perit.
 2 In prato quodam Rana conspexit Bovem,

Et

(1) Potentem] Refertur ad divitias hoc loco, ut vel oppositio indicat. Sic usurpavit Terentius Eunuch. A. 2. sc. 3. Quis est tam potius cum tanto munere, & Horat. Car. 1. Od. 10.

--- nec potentem amicum latiora flagito.

Plautus addit, auro in Epid. A. 1. sc. 2. Est Euboicus miles lemples multo auro potens. SCHEFF.

(2) In prato quodam] Heinsius

Et 3

Rug

Inter

Illi

8 Ma

9 Qu

Novi

12 In

fius m

uxorem

Adscrip

libro lu

eodem.

(3)

commo

bitanea

dum La

lib. 1. n

Livius

(4)

quo ne

Quome

Religion

na, &

vidua ce

(5)

4. Mag

tui, &

latte. A

(6)

nec eni

SCHEFF

(7)

auget &

leg. 14.

tendat

verisim

(8)

Æneid.

majore

(9)

pro τό

Et 3 tacta 4 invidia tantæ magnitudinis,
Rugosam inflavit pellem: tum 5 natos suos
Interrogavit, an bove esset 6 latior.

Illi negarunt. Rursus 7 intendit cutem
8 Majore nisu; & simili quæsit modo,
9 Quis major esset. Illi 10 dixerunt Bovem.
Novissime indignata, dum vult 11 validius
12 Inflare sese, rupto 13 jacuit corpore.

10
FAB.

fius mallet quondam, ut cap. 6. uxorem quondam &c. SCHEFFER. Adscripsit etiam Vir Nobilissimus libro suo forte legi debere in prato eodem.

(3) *Tacta*] Elegantissime, pro commota, de perturbatione subitanea. Plane ad eundem modum Lucanus lib. 9. Et Lucretius lib. 1. nec tangitur ira. Similia & Livius habet. SCHEFF.

(4) *Invidia*] Sensu activo, quo nempe illa eam invidebat. Quomodo Cicero 1. *Epist. fam.* 1. Religionis calumniam malevolentia, & illius regie largitionis invidia comprobatur. SCHEFF.

(5) *Natos suos*] Sic lib. 2. fab. 4. Magno in periculo sunt nati tui, & 3. 15. Fraudatque natos latæ. AXENIUS.

(6) *Latior*] Mallem altior, nec enim de latitudine laborabat. SCHEFFERUS.

(7) *Intendit*] Id est, inflando auget & distendit. Propert. 1. Eleg. 14. Et nemus omne satas intendat vertice silvas. Vid. Scip. verisimil. 3. c. 4.

(8) *Majore nisu*] Virgil. 3. *Æneid.* 1. Tertia sed postquam majore hostilia nisu Aggredior.

(9) *Quis major esset*] Quis pro κότερος, quomodo apud A-

pulej. 11. Miles. Ut ne Deus quidem Delphicus ipse facile discerneret, duobus nobis jaentibus, quis (id est uter) esset magis mortuus. Ita Matthæus 9: 5. & 21: 31. Ubi videri potest Pricæus. AXEN.

(10) *Dixerunt Bovem*] Vaticinium insuper uni tribuit Anon. fab. 21. PRASCHIVS.

(11) *Validius*] Vide supra ad f. 19. Heinsius hic mallet validius.

(12) *Inflare sese*] Trimalcio iracundus de Fortunata conjuge sua, in Fragmento Traguriano: Inflat se tanquam vana. AXENIUS.

(13) *Jacuit*] Usurpatur de iis, qui violenta morte pereunt. Vide Virg. l. 5. *Æn.* & locis aliis. Senec. *Troad. v.* 224. Et causa litis regibus Chryse jaces. Hinc jacentes pro occisus apud Corn. Nep. *Thras.* 2. Neminem jacentem veste spoliavit. Imo de cadaveribus in universon, & proprie. *Fabius decl.* 2. Tu jaces, & in cadaveris similitudinem usque resoluta es. Tertullianus de *Anima* c. 40. Corpus, quale ante vitam jacuit, & quale post vitam jacebit. Cæterum hoc loco cum risu quodam usurpatur, simul atque exprobratione, eleganter: Quomodo mox c. 28. o canis, merito, jaces. SCHEFF. His adde quæ Axenius plurima constat.

E S

(1) E

Canis & Corcodillus.

CONsilia qui dant prava cautis hominibus,
Et perdunt operam, ¹ & deridentur turpiter.

Canes currentes bibere ² in Nilo flumine
³ A Corcodillis ne rapiantur traditum est.

Igi.

(1) *Et deridentur*] Nescio annon
Noster scripserit *videntur*. SCHEFF.

(2) *In Nilo*] Rittershusius
malebat, *è Nilo*. Quid, si pro-
pius scripturam veterem, dica-
mus *ex Nilo* legendum? Sed
posset quis fortasse retinere vul-
gatum, & illud *in Nilo* referre
non ad antecedens *bibere*, sed se-
quens *Crocodilus*, ut sint *Croco-
dili in Nilo*, qui ibi degunt, aut
habitant. Nisi plane censeamus,
bibere in Nilo dici, sicut *bibere in
poculo*. Martialis lib. 14. in Po-
cula archetypa.

Primus in his Mentor, diem facit
illa bibit.

Florus lib. 3. c. 4. *Bibere in ossibus
capitum*; Similiter *bibere in auro*
dixit Seneca poëta, cujus locus
à Frainshemio indicatur. Hæc
scripseram, cum me firmat
ὁ πόντος Gronovius per literas,
istis verbis: *Bibere in Nilo*, miri-
ficæ me delectat, accipit enim, ut
apud Florum, *bibere in ossibus capi-
tum*. Martialis l. 8. c. 6. *Hæc pro-
pinavit Bitia pulcherrima Dido,
in patera*. Idem lib. 10. cap. 49.
*Marce, vis in auro? l. 21. D. de
aur. arg. Argentum in quo bibi pos-*

fit. Hæc Gronovius. Quibus addo
nunc & interpretem veterem bi-
bliorum Genes. cap. 44. *Scyphus,
quem furati estis, ipse est, in quo
bibit dominus meus*. Et lib. 3. Esra
c. 3. v. 6. *dabit illi rex in auro bi-
bere*. SCHEFFERUS. (Sic ἐν κέ-
ρατι πίνευ græce dici docet
Muncker. ad Hygin. fab. 274.)
De Nilo, quem Ægyptii dixe-
runt *Nun*, Æthiopes *Sirin*, Ro-
mani *Melonem*, præter Herodo-
tum, Dionem, Strabonem, Pla-
tarchum (si is est auctor libri
περὶ ποταμῶν, nam id contro-
versum, agente Ph. Jac. Maussa-
co, negante Th. Reinesio) agit
Heliod. Æthiop. 2. & 9. Lucre-
tius lib. 6. Lucan lib. 10. & sex-
centi alii. De Nili chomatibus l. 10.
D. de extraord. crimin. PRASC.

(3) *A Crocodillis*] Ex hoc lo-
co Phædri probatur scriptum o-
lim Græce κροκόδειλος ut κρο-
κόδειλος. Neque enim me mo-
veant Etymologiæ Eustathii, &
aliorum, quas si refellerem, oti-
osus haberer. Quidni etiam hic
vilitigatior Schoppius ignoratio-
nem legum metricarum Phædro
objecit? FABER. Fallitur Faber
ut

Igitur cum currens bibere cœpisset canis,
Sic Corcodillus: 4 quamlibet 5 lambe otio,
6 Accede, pota 7 leniter, & 8 noli dolos,
Inquit, vereri. At ille, facerem 9 mehercule,
Nisi esse scirem carnis te cupidum meæ.

FAB.

ut Gadius doctissime in notis ostendit, cujus nos emendationem, ut certissimam in textum recepimus, quam & Heinsius in V. C. Pichœi fuisse margini adscripsit.

(4) *Quamlibet lambe ocyus*] Scripserat auctor, *quam* (pro *quantum*) *libet*, *lambe*: *otium est*. PRASC. Pro *quantum libet*. Cicero pro Cœlio: *Quam velis, sit potens*. Sic Terentius *Heeyra A. 4. se. 4. Ocyus*] Referendum est ad sequens *accede*, a quo perperam commate divulsit Rittersbusius, continetque adhortationem. Quomodo apud Plautum in *Mercatore* legitur, *abi ocyus*. Malebat Præschius, *otium est*, citra necessitatem ut opinor. Caterum hunc locum ita edidi, secutus veteres editiones. Rigaltii postrema, pro *ocyus* habet *otio*, versumque sequentem penitus omittit, & in tercio pro *inquit* præfert *Noli*, nimis temeraria correctione. SCHEFF. Lege cum veteri codice *otio*. Petron. Fragm. Tragur. *Phialam otio belle correxit*. HEINSIUS.

(5) *Lambe*] Lege *lambero*. Secunda in *lambero* est dissimulanda antiquorum more, quasi esset *lambrø*. Ita post fabul. LXXIII. *periculo* in dimensione est bisyllabum. Ita *Arunculeia* quadrisyllabum est apud Catullum. Sic *copulatum* apud Lucretium 6. 1085. BUCHNERUS. Interim non video causam, cur non melius quadret huic loco, *lambe*, quam *lambero*. FREINSHAMIUS.

(6) *Accede*] Legi potest *age crede*, ut supra fab. I. *age hanc bidenti*, vel *huc cede*. HEINSIUS.

(7) *Leniter*] Tarde, absque festinatione. Opponitur, *celeriter*. SCHEFFERUS.

(8) *Noli*] Serio & vehementer negat. Cicero in ep. ad Att. *Noli putare, me quidquam maluisse, quam ut mandatis tuis satisfacerem*. SCHEFF.

(9) *Mehercule*] Formula jurantis elliptica, ut fere fit in talibus; tota est: *Ita mi hercule jurea*. Scio, alios aliter judicare; sed hanc sententiam verissimam existimo. SCHEFFERUS.

(26) F A B. XXVI.

Vulpis & Ciconia.

NULLI nocendum; si quis vero læserit,
 1 Multandum simili jure fabella admonet.
 Vulpes ad cœnam dicitur Ciconiam
 Prior invitasse, & illi 2 in patena 3 liquidam
 4 Posuisse; sorbitionem, quam nullo modo

(1) *Multandum*] Scilicet, eum esse fabula admonet. Vide supra cap. 4. *Multandus* autem, pro *puniendus* quovis modo. SCHEFFER. Lege *multandum*. HEINSIUS.

(2) *In patina liquidam*] *Ursinus* corrigit, *ei liquidam in patina*. *Veteres* habuerunt, & *ei liquidam in patena*. *Patenas* pro *patinis* dixit quoque *Columella*. Sic enim legi in *Cod. MS.* post *Budæum* etiam *Sylburgius* notavit. SCHEFF. *Rimicius* in *Cathino*. NEVELET. Lege in *patena liquidam*. *Prima* in *liquidam* producta. HEINSIUS. Sic *Patenam* vocat *alveum* in quo *hordeum* *Equis* apponitur, *Vegetius* *Art. veterin.* l. c. 56.

(3) *Liquidam*] Abundat eleganter, quia licet *omnis liquidam* sit *sorbitione*, hæc tamen fuit *maxime*, eoque sine *vulpes* ipsam apposuit. SCHEFF.

(4) *Posuisse*] *Proprie* de *ferulis*, i. e. *apposuisse*, ita *infra lib. 5. c. 5.* *Ovid. l. 4. Fast.*

Max epulas ponunt, liquefacta coagula lacte.

Adde, quæ notavimus non ita pridem ad *Petronii* fragmentum *Tragurianum* pag. 12. SCHEFFER. Vide *Heins.* ad *Ovid. art. amand.* l. v. 231. & *Servium* ad *Virg. Æneid.* 706.

(5) *Sorbitionem*] *Sorbitione* pro eo quod *sorbetur*. In *Glossatio* βόφνημα *sorbicina*, *sorbitione*. *Pet. Satus* *Satyr.* 4, 2. de *Socrate*: *Sorbitione* tollet quem *dira Cicuta*. *Cæcilius Hymnide*: *Sive suam senectutem ducat, utique ad senem sorbitione*; ubi *sorbitione* ἀπιδίς pro *haustucicutæ*, notante *Casaubono* ad d. l. *Persii*. *Plautus Pseudolo*: *Quia sorbitione faciam ego te hodie mea* 2 *item ut Medea Peliam co-coxit senem*. *Columella* 6. 9. *Fæcæque sorbitione per cornu infunditur*. *Sorbitionis* præterea voce usi sunt *Scribonius Largus* compositionum medicarum cap. LII. & LIV. & *Celsus* lib. 2. cap. 25. & 30. & alibi *liquidam sorbitione* legitur apud *Catonem* de R. R. tit. CLVII. AXENIUS.

(6) R.

(26)
Gust.
Quæ
Pler

(6)
castet.
tum p
Varro,
runt p
de, q
deant,
Tullius
suam
vocabat
in urbe
rus esse
pertiner
ad præc
revocac
vicio a
vitare.
vocare,
Plauto
tulli:

Quæ
Hinc P
Hinc s
apud P
δερνον
qua in
chius,
ἐλέατο
Phædr
prie di
cap. xi
reperit
Adde h
(7)
prie,
virum
minuto
addito

Gustare esuriens potuerit Ciconia :

Quæ vulpem quum ⁶ revocasset, ⁷ intrito cibo

Plenam ⁸ lagonam posuit : huic rostrum inserens

Sa-

(6) *Revocasset*] Vicissim vocasset. Nonius : Revocare, positum per vices, mutuo vocare. Varro, *sexag.* Qui nobis ministrant pueri diebus festis cicer viride, qui nos provocare cum audeant, nos illos revocare timemus. Tullius pro Sex. Roscio : Domum suam istum non fere quisquam vocabat. Nec mirum, qui neque in urbe viveret, neque revocaturus esset. Verbum est ad convivia pertinens. Bene Dio. Gorbosfredus ad prædictum locum Tullii. Est revocare, eum, a quo hilari convivio acceptus fueris, vicissim invitare. SCHEFFER. Vocare & revocare, verba convivorum sunt Plauto, & aliis; unde illud Catulli :

Querunt in triviis vocaciones.

Hinc Plutarcho *δείπνων κλήσεις*. Hinc servi *vocatores* in eam rem, apud Plinium Secundum Græcè *δειπνοκλήτορες*, & *ἐλέατροι*; qua in voce emendandus Hesychius, apud quem vulgo legitur, *ἐλέατροι*, male. Quod autem hic Phædrus dicit *revocare*, id proprie dixit D. Lucas *ἀνακαλεῖν*, cap. xiv. quod verbum an alibi repetiri possit, dubito. FABER. Adde his quæ adducit Axenius.

(7) *Intrito cibo*] Plene ac proprie, quod alias simpliciter *intritum* dicitur, fiebatque ex comminuto pane, macerato lacte, addito nonnunquam alio, caseo,

& similibus, unde & *alliatum*, & *moretum* vocabatur. Sic Donatus ad illud Terentii : *tute hoc intrivisti*, ubi de moreto seu alliato exponit : *proprie intrita dicitur huiusmodi cibus.* Varro l. 2. de R. R. de cibo canum agens : *Nec non ita panem ordaceum dandum, ut non potius eum in lacte des intritum.* Vocem culinariam esse patet. SCHEFFER. Vide de intrito cibo Salmas. *exercitation.* Plin. p. 269. Et ad Vopisc. Aurelian. c. 46. ubi putat esse ex vino, vel posca vel aqua, quibus intritus & friatus panis, & distingui a moreto & alliato, græcèque dici *ἐμβροχόν*. Salmastium vero reprehendit Neapolis ad Ovid. 4. *Fastor.* v. 367. qui Donati ad Terent. Phorm. 2. 2. interpretationem defendit quem vide. Ut & Vales. ad Harpocrat. in voce *ἐνθρυπτά*. Et Casaubon. ad Athen. p. 922. Scalig. collect. ad Varron. p. 46.

(8) *Lagonam*] Monuit V. C. Nicol. Rigaltius in veteribus libris legi *Lagonam*. Videlicet hic itidem factum est ut in aliis nominibus Græcis, in quibus Y in O conversum fuit. Ita *νύξ*, nox, *μύλα* (quod Doricum pro *μούλη*) *mola*, ita ex *λάγυνος* & *λαγύνιον*, quæ Pollux & Etymologus agnoscunt, fit *Lagona* & *Lagona*, quod posterius video ex Maribus afferri. Gruter. in *Inscript.*

9 Satiatur ipsa, at torquet convivam fame:

Quæ quum ¹⁰ lagonæ frustra collum lamberet, ¹⁰

¹¹ Peregrinam sic locutam volucrem accepimus:

¹² Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

FAB.

script. p. DCCLXXVIII. L. TROPHIMUS AUG. LIB. A VESTE. ITEM A LAGUNA. FABER. Ita edidit Rigaltius, ac, *Lagenam, lagenam, & lagunam* ait reperiri: Faber optime, sicut a Græco $\lambda\alpha\gamma\alpha\gamma\alpha$, Latinum *nox*, a $\mu\acute{o}\lambda\alpha$, *mola*, pariter a $\lambda\acute{\alpha}\gamma\gamma\upsilon\nu\omicron\varsigma$ *lagona*, factum ostendit. SCHEFF. Vitreum vas substituit Anonymus, bona ratione, fab 33. PRAS.

(9) *Satiatur ipsa, & torquet*] Scribo: *at torquet*. Elegantius sane hoc. Similiter Accius Telepho:

*Nam si a me regnum fortune
atque opes*

*Eripere quivit, & virtutem ne
quivit.*

Lego: *at virtutem n.* Quem locum in animo habuit Virg. 2. *Æn.*

--- *Nec si miserum fortuna
Simonem*

*Finxit, vanaque etiam menda-
centiaque improba fingit.* SCHOR.

Schoppius præcipit legere, *at torquet*: quod mire aures adspiciantur. PRASCIUS. Schoppius, *at torquet*, quod non sine ratione PRASCIUS ait aspiciant aures. *Torquere* hic est, agere alicui facere. Ita Cæro, *torquere expectatione*

dicit in *Ep. ad Atticum*. SCHEFF. Martialis: *Aut tor sit lenta tristitia
fata fame.* AXENIUS. Heinsius legit: *Satiatur ipsa: torquet convivam fame.*

(10) *Lagonæ collum*] Reliquas ejus partes, auriculam & ventrem suggerit Sympol. *Ænigm.* 100. PRASC.

(11) *Peregrinam*] Pro peregrinante, sicut *festina* pro festinante, quæ quotannis peregre abire ac reverti solet. Non satis circumspicte Rigaltius ad hunc locum adduxit verba *Pacati*, quibus loquitur de peregrini aemulueri. Nam illa non est talis, nec sic a *Pacato* usurpatur, sed ea, quæ ex terris peregrinis ad convivia & luxum petitur, quod notandum, ne quis forte fallatur. Cum præsertim ne interpres quidem Gallicus hac parte fuerit satis cautus. SCHEFF. Petronius *Ciconia* etiam grata, *peregrina, hospita*, &c.

(12) *Sua quisque*] Active, quæ quis statuit in alios. *Pati*] Eleganter, *pati exemplum*, quæ sæpe pœnam & supplicium notat, quo respicitur hac formula SCHEFFERUS.

(1) Ha

(27) F A B. XXVII.

Canis & Thesaurus & Vulturius.

HÆc 1 res avaris esse conveniens potest,
 Et qui 2 humiles nati dici locupletes 3 student.
 Humana 4 effodiens ossa, 5 thesaurum canis
 Invenit, 6 & violavit quia Manes Deos,
 7 Injuncta est illi divitiarum cupiditas, 5
 Pœnas ut 8 sanctæ Religioni penderet.
 Itaque aurum dum custodit, oblitus cibi
 Fame est confumtus; quem 9 stans 10 Vulturius super
 Fer-

(1) Res] Fabulam & fabellam, & narrationem, & exemplum alias vocat. Sed & sic supra cap. 14. Hac re probatur &c. SCHEFFERUS.
 (2) Humiles] Opponuntur hic locupletibus, nati in humili & tenui fortuna: pauperes. Sic videtur & Cicero usurpasse de Off. 11. ubi plura. SCHEFF.
 (3) Student] Terent. Hecyr. 2. 1. ut omnes mulieres eadem aq̄e studeant; ubi Donatus: majoris opera est studere quam velle. AXENIUS.
 (4) Effodiens] Cibi scilicet gratia; ossibus enim delectantur. Hinc illud apud Arnobium lib. 7. cum imponebant canes ossa, altaribus scilicet, honorantes rebus, quibus ali moris est illis, ut præcesserat, & apud nostrum infra 3. c. 8. de menta sua dat ossa dominus. SCHEFF.
 (5) Thesaurum] Thesaurum V. C. Pith. HEINSIUS.

(6) Et violavit] Majori emphasi legeretur, At violavit. SCHEFF. Violat V. C. Pith. HEIN. Forte scriptum fuit violat pro violavit.
 (7) Injuncta] Valde eleganter, velut a Diis in respectu ad ultionem, malique ipsius gravitatem, sub quo quasi onere incedebat, Cornel. Nep. Dion. c. 3. Quod factum omnibus maximum timorem injecit. SCHEFFERUS.
 (8) Sanctæ religioni] Jure manium, & auctoritate legum stabilitæ. Ulpian. 9. ff. de Divis. Re. Quod sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi non sit Deo consecratum. Religioni] Religionem vocat grandius, religiosam rem, ut solet etiam in aliis. Intelligit autem sepulchrum. Vide Kirchman de Fun. b. 3. 22. SCHEFF.
 (9) Stans super] De eo, qui stare in cadavere cœperat, laniaturus illud. Nam est stans super eum; collocans sese. Der sich anff ihm

et, 10
 nus:
 pati.
 FAB.
 n. SCHEFF.
 entia tristia
 Heinſius
 orquet con-
] Reliquas
 & ventrem
 g. 100.
 Pro per-
 pro ſeſi-
 is peregre
 Non ſaris
 ad hunc
 acati, qui
 rini ari
 est talis.
 atur, ſed
 regimini ad
 tur, quod
 forte fallax
 e interpre
 parte fuerit
 Petronius
 peregrina,
] Active,
 as. Pith
 ans, qui
 licium no-
 c formula
 (1) Hac

Fertur ¹¹ locutus: O Canis ¹² merito jaces,
¹³ Qui concupisti subito ¹⁴ regales opes,
¹⁵ Trivio conceptus, & ¹⁶ educatus stercore.

ihn stellte. Fab. Decl. 12. Velus
 infauſta aves ſupra expirantes
 ſtamus. Adde lib. II. cap. 2.
 SCHEFFERUS. Lib. 2. 1. Super
 juvenum ſtabat dejectum Leo.
 AXENIUS.

(10) *Vulturius*] Vultur. Lu-
 cilianum verbum, de quo Charis-
 ſus lib. 1. Plautus quoque in
 Trucul. Jam quaſi vulturii triduo
 prius prædivinabant. SCHEFFER.
 Vide plura apud Axenium.

(11) *Locutus*] Forte *jocatus*.
 HEINSIUS. Vide infra fab. 59.

(12) *Merito jaces*] Fabula ul-
 tima h. l. Merito *plectimur*. De
 jacendi verbo plura ad fab. 24.
 AXENIUS.

(13) *Qui*] Lege *quia*. HEIN-
 SIUS.
 (14) *Regales opes*] Majores,
 quam privatas, & tibi competen-
 tes, maximas. Sic Horat. l. ep. 12.
 SCHEFF. Just. 2. 15. Castra re-
 ferta regalis opulentiæ.

(15) *Trivio*] Præpoſitione o-
 miſſa, pro *in trivio*. Sic infra c.
 29. poſuit nido. SCHEFFERUS.

(16) *Educatus stercore*] Ni-
 tritus, vide, quæ notamus in-
 fra lib. 4. c. 18. SCHEFF. In tri-
 viis enim omnes fordes & pur-
 gamenta abjiciebatur. V. Er-
 hard. ſymb. in Petron. Auſon. E-
 pigr. 72.

(28) F A B. XXVIII.

Vulpis & Aquila.

¹ **Q**uamvis sublimes debent humiles metuere,
 Vindicta docili quia ² patet ſolertiæ.

(1) *Quamvis*] Licet ſint ſub-
 limes aliqui, tamen &c. Num
 potius *quamvis* hic eſt, *quan-
 tumvis*? quomodo apud Plau-
 tum: *Quamvis ridiculus eſt, ubi
 uxor non adeſt*; & Varronem 2.
 de R. R. Lucianus, Senator, homo
*quamvis humanus & jocoſus in-
 troiens*. SCHEFFER. *Quamvis* hic
 valet admodum, valde. Plautus

Pſeud. 4. 7. *Quamvis pernix eſt*.
 Livius 1. 4. *Poſſe quamvis languida
 mergi aqua infantem*. V. Schott.
 2. obſerv. c. 36.

(2) *Patet ſolertia*] Forte ſe-
 lertia. PRASCH. Ita Cicero pro
 Balbo, *præmia patere uſurpariis*.
*Injuſtiſſimum eſt, his præmiis ex-
 cluſos eſſe fideliffimos ſocios, qui
 pateant ſtipendiariis, pateant br-*
 ſibus.

Vul-

(28)
 V
 Nido
 Han
 Ne t
 Cont
 Vulp
 ſibus,
 (3)
 avium
 ſublim
 Qual
 Suſſe
 (4)
 poſt pu
 dum. N
 ur ſupr
 ſorbition
 poſuit. S
 (5)
 us, qu
 diſſerper
 ſicut ve
 pod Juc
 telligim
 Carpe

Lege car
 (6) I
 tudinem
 Phorm.
 aſportabi
 perſequi.
 (7) C
 nſis. Bo
 clavigati
 Hilt. Eli
 ni non eſ
 et, indi
 & bellum

Vulpinos catulos Aquila quondam 3 sustulit,
 Nidoque 4 posuit pullis 5 escam ut carperent.
 Hanc 6 persecuta mater, 7 orare incipit,
 Ne tantum miseræ 8 luctum importaret sibi.
 Contempsit illa, tuta quippe ipso loco.
 Vulpes ab ara rapuit 9 ardentem facem,

To-

stibus, pateant sepe servis. SCHEFF.

(3) Sustulit] Proprie de raptu avium, quia secum tollunt in sublime. Ex Virgilio l. 4. *Æn.*

Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnum

Sustulit, alba petens pedibus Jovis armiger uncis. SCHEFF.

(4) Posuit] Dixi supra c. 27. post pullis, comma est scribendum. Nam coheret cum posuit ut supra: *illi liquidam posuisse forbitionem.* SCHEFF. Forte apposuit. Sic *apposita dapes.* HEINS.

(5) Escam ut carperent] Pro, eis, quo esca essent. Carpere est, discurrere, usurpat utque de cibo, sicut vel ex titulo *carporum* apud Juvenalem Sat. 9. v. 10. intelligimus. Ovid. 3. *Amor.*

Carpe cibos digitis, est quiddam gestus edendi. SCHEFF.

Lege carperet. HEINSIUS.

(6) Persecuta] Notat sollicitudinem, & festinationem. Ter. *Phorm. Act. 3. sc. 3. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.* SCHEFFERUS.

(7) Orare incipit] *Φιλοσοφικῶς.* Bellum præcedere debet elargitio. Apud Camdenum lego *Hist. Elis. P. III. p. 364. Christiani non est, nec jure gentium licet, indictas inimicitias exercere, & bellum gerere, priusquam ille,*

a quo injuria est orta, moneatur illatam injuriam rescire, & ab injuria abstinere. Non repero dicta Gtorio I. B. & P. 3, 2; 8. Alb. Gentili I. B. 2, 1. Lipsio Pol. 5, 4, 13. PRASCHIUS.

(8) Luctum importaret] Afferret. Ita plane Cicer. *agritudines importare dixit 4. Tus. & pro Sext.* *Tantum importare meis defensoribus calamitatem.* SCHEFF.

(9) Ardentem facem] Puto otiosum vel *παρέλιον* esse epitheton. Magis mire Propert. de Amore:

Nam tibi non tepidas subdidit ille facies. SCHIOPPIUS.

Puto, inquit Schoppius, otiosum vel *παρέλιον* esse epitheton. Sed fallitur iterum Olympius grammaticorum; fax enim nil aliud est quam fustis incisus & ita comparatus, ut flammam, si ita usus postulet, concipere possit. Saltem meminisse illius debuerat, quod à Virg. in 1. Georgicorum scriptum est:

Ferroque faces inspicit actis.

Ejusmodi ligna olim apud Græcos *γράβια* vocabantur, ut ostendit apud Athenæum Seleucus, quod & apud Eustathium legere est pag. M. D. LXXX. editionis Romanæ FABRI. Schoppius otiosum putat epitheton. Mendose,

14 Quod ferre certe cogor, 15 bis videor mori.

(13) *Te natura dedecus*] Non habet hæc Anon. fab. 16. PRASC. Eleganter, ex quo formato natura non tam laudem meruit, quam dedecus. Asinum intelligit. Et sic Cicero dedecus familiae pro Rabirio usurpavit. Apulejus lib. 9. *Asin. universi sexus dedecus.* SCHEFFERUS.

(14) *Quod ferre certe cogor, bis videor mori.* Rectius transponas vocem loco suo motam, legasque: *quod ferre cogor, certe bis videor mori.* MAURSIUS. Ita

& Neveletus. Σὺργυσιε παβυτικῇ, nec fortasse aliis ignota. Virgil. epist. ad August. *De Aenea quidem meo, si mehercule jam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem.* Similia apud Comicos reperies. Quocirca nihil immutandum cenfeo. PRASC.

(15) *Bis*] Semel per vim iterum per infamiam ex auctore ejus, cum fama bona sit velut altera vita, & ob id vitæ acquiratur. SCHEFFERUS.

(22) F A B. XXII.

Mustela & Homo.

1 **M**ustela ab 2 Homine prensa, quum 3 instantem necem Effugere vellet; quæso, inquit, parcas mihi, Quæ 4 tibi 5 molestis muribus purgo domum.

Re-

(1) *Mustela ab homine prensa*] De talpa & olitore refert Abstemius fab. 144. PRASCIIUS.

(2) *Homine*] Ita solent, de ignoto, ac incerto. Virg. l. 7. *Æn.* & Plaut. Pseud. Act. 4. sc. 2. *quis hic homo chlamydatus est?* SCHEFF.

(3) *Instantem*] lib. 2. fab. 8. *Ut venatorum fugeret instantem necem.* AXENIUS. Forte *instanti.* HEINSIUS.

(4) *Tibi*] Num cohæret, tibi purgo, an tibi molestis? Posterius puto. SCHEFF. Imo vero prius.

Sic eleganter tibi & mihi ornatus causa orationi additur. Vid. Manut. ad Ciceron. famil. 9. epist. 2. Serv. ad Virgil. 2. *Æneid.* 158. Terentio & Plauto valde familiaris illa elegantia. Terent. Phoc. 5. 8. *Qui mihi ubi ad uxores ventum est tum sunt senes. ubi vide Donatum.* Livius quoque in prefat. *Ad illa mihi quisque intendit animum.* Et lib. 2. c. 29. *Pulsatum mihi licetorem.* Propert. 1. eleg. 19. *Sed ne forte tuo carui mihi funus amore.* Horat. 1. epist. 3. *Quid mihi Celsus agit?*

(5) M-

Respondit ille: 6 faceres si causa mea,
7 Gratum esset, & dedissem veniam 8 supplici: 5
Nunc quia 9 laboras ut fruaris 10 reliquias
Quas sunt 11 rosuri, simul & ipsos devores,
Noli 12 imputare 13 vanum beneficium mihi.

At-

(5) Molestis] Omissa præpositione, quam fere alii apponunt. *Cato de R. R. 66. a foliis & stercore purgato.* Sed ut Noster, ita & *Palladius in April. c. 8. purganda sunt alvearia sordibus.* Adde *Tacit. l. 3. An. 17. 1. SCHEFF.*

(6) Facerem si causa mea] Clara est emendatio Bongarsii: faceres si causa mea, gratum esset. MEURSIUS. Et haec Heinsius probat.

(7) Gratum esset] Gallice, je t'en aurois obligation. Ita Terentius intelligendus, *Dum gratum esse potuit, &c. FABER.* Sic Græci *ἴσχυα ἔδωκεν.* *Isocrates Panegy. AXENIUS.*

(8) Supplici] Significanter, motus tuis precibus; & quia suppliciter oras. Ita *supplicem* usurpat *Cic. l. 3. 2. 17. SCHEFF.*

(9) Laboras] Propterea, ut absolute, laborare hic est, quoquo modo negotiosum esse. Ita *Cic. ep. fam. 5. ep. 2. Me ut tibi amicissimum esse intelligeres, laboravi.* *Tusc. 9. Laboro, ut assentiar Epicuro.* Adde *infra lib. 3. 6. 12. SCHEFF.*

(10) Reliquias] Pane: ut habet Anon fab. 40. PRASC. Observandum à studiosis Latini sermonis reliquia, orum; quomodo usurpasse olim Plautum in Milite

Glorioso ex veteribus libris constat,

At pedes tibi reliquia erant; si viverent.

Ita & τὰ *cupedia Scupedia, decipulum & decipula, apud Martianum Capellam & Apulejum. FABER.* Cœnarum, qualia decidunt ex pane, aliisque cibis in terram, muribusque cedunt: non satis intellexit *Gallicus Interpres. Quas sunt]* Ergo & in neutro genere reliquia usurpantur, quomodo & *deliquia* dicimus. *Plautus in Mil. Act. 1. sc. 1. At pedes tibi reliquia erant; si viverent.* Ita habent veteres editiones, etiam *Gryphiana, non reliquia: quod a sciolis videtur factum in recentioribus. SCHEFF.* Lege *relicuis* quas sunt rosuri. Sic fab. 40. *tales cum sint reliquie.* HEINSIUS. Quod & *Cameraarius, qui edidit, qui arrolando reliquias vultus mei, confirmat.*

(11) Rosuri] Proprie de muribus. *Cic. 2. Div. mures diem & noctem aliquid rodentes. Plin. l. 8. c. 7. Theophrastus auctor est, ferrum quoque rosisse eas. SCHEFF.*

(12) Imputare] Cohæret cum sequenti mihi. *Imputare aliquid alteri, est in expensis creditique rationes referre, & exprobrare, tanquam beneficium. Dico latius*

Totamque flammis arborem circumdedit.
 10 Hosti dolorem damno miscens 11 sanguinis. 10
 Aquila ut periculo mortis eriperet suos,
 Incolumes natos supplex vulpi tradidit.

ut opinor. etsi abest etiam ab Anon fab. 13. Nisi vero fax extincta definit fax esse. Atqui Naso Amor. 3. 9. *Et fractos arcus & sine luce facem.* Quid? quod ne proprie quidem fax hoc loco dicitur. Nihil enim aliud auctor vult, quam divinus Parthenias Æn. 12.

Obvius ambustum torrem Charinaeus ab ara

Corripit. PRASCHIUS.

Hyginus fabula 122. *Truncum ardentem ex ara sustulit.* Vide plura exempla apud Axenium. Hein- sius mavult tamen ardentem ut respondeat τῷ ara.

(10) *Hosti dolorem damno miscens sanguinis*] Lege *Hostis*. PRASCHIUS. Translatum a convivis, in quibus misceri potus dicitur qui apparatus aliis, sicut apud Ciceronem de Fin. *Miscere vulsum alteri* dicitur. Et sic ille

ipse Cicero in Catilin. 4. *Ego magnum in republ. versari furorem, & nova quadam misceri & convitari mala jam pridem videbam.* SCHEFFERUS. Lege: *Hosti dolorem damnum sanguinis ciens.* Ita fabula 35. *Dolose tota se condida cavo.* Vellej. Paterc. 1. 2. *vixam ciens*, ut recte Burrelius. In titulo Codice erat, *vixam neis*. HEINSIUS. Adscriperat etiam Codici suo Heinsius legi posse: *Hosti dolorem damno ulciscens sanguinis.* Et Ovidii locum adscriperat: *Que proprii damno sanguinis ultra virum est.* Sed postea eam conjecturam induxit. Ita & Valerius Max. lib. 2. c. 10. 2. *dixit dolorem ulcisci.*

(11) *Sanguinis*] Prolis, pul- lorum. Notum est. SCHEFFER. Sic sæpe Valerius Maximus. Im- primis lib. 5. c. 9. & 10. HEIN- SII Vide allegata ab Axenio.

(29) F A B. XXIX.

Asinus irridens Aprum.

PLerunque stulti risum dum captant 1 levem,
 Gravi 2 destringunt alios contumelia,

(1) *Levem*] Exiguum, par- vum. SCHEFFERUS.

(2) *Destringunt*] Verbum bal-

neorum quo utuntur, ad signifi- cationem deterfionis, quæ sit lit- gili, & describitur a *Mercurial.*

(29)
 Et f
 A
 Sal
 5 O
 Gym.
 transf
 verbor
 Not
 Ubi ta
 nissima
 munet
 habet
 inf. lib
 (3)
 damno
 e. 45.
 curatiff
 (4)
 tati, I
 Ut c
 FABER
 (5)
 quando
 la cour
 lib. epif
 me Reg
 officio,
 ma cour
 scripta c
 probanc
 scioliaff
 tura off
 Neque
 docto s
 sciofi ali
 opus inc
 autem,
 Gym

Et sibi 3 nocivum concitant periculum.

Asellus apro cum fuisset obvius:

Salve, inquit, 4 frater. Ille indignans, repudiat 5

3 Officium, & quærit cur sic 6 mentiri velit?

Gym. cap. 8. Hinc ad frictiones transfertur, quæ fiunt acrimonia verborum. *Ovid. 2. Tr.*

Non ego mordaci destrinxi carmine quæquam.

Ubi tamen pro *destrinxi*, politissima *N. Heinsii* editio, quam munere ipsius possideo, *destrinxi* habet, ut in nostro legitur. Adde *inf. lib. 4. c. 6.* SCHEFFERUS.

(3) *Nocivum*] Nocens, noxium damnosum. Sic *Ovid. in Remed. v. 45.* ubi vide notas *Heinsii* accuratissimas. SCHEFFERUS.

(4) *Frater*] Notum illud Horatii, *Epist. lib. 1.*

--- Frater, Pater, adde

Ut cuique est ætas, ita, &c. FABER.

(5) *Officium*] *Officium* aliquando est quod Gallice dicimus *la cour*, ut *faire sa cour*. *Plin. lib. epist. v. Paucos post dies ipse me Regulus convenit in Prætoris officio*, Gallicè, *estant allé faire ma cour*, &c. ad quem locum adscripta est interpretatio, sed improbanda, (an potius, inquit scholiastes, quod tunc ego in prætura officium prætoris agerem) Neque vero hæc a *Catanzio Viro docto* scripta arbitror, sed esse à *scioli alicujus manu*, qui alienum opus inquinavit. Apud *Juvenalem* autem,

--- Et præcedentia longi

Arminis officia,

Pro iis sumitur qui officium faciunt potentioribus, eos salutant, deducunt, &c. apud *Phædrum* autem in *Prol. lib. III.*

Momentum ut hora pereat officii tui,

Debet explicari de officiosa divitum, magistratum, & principum salutatione, licet ab elegantissimo Interprete aliter intellectum; sed *ἔδειξ' ὀβριός*. Ita apud *Horatium* in *Epist.* ubi de *Arillippo*:

Officium facio ---

Gallicè, *je fais ma cour aux Grans.*

At vero in hac fabula officium nil aliud est, quam quod dicimus, *civilité de paroles*, vel *compliment*. FABER.

(6) *Mentiri velit*] *Tà velit* eleganter superest. Nisi destinatum animi consilium argui dixeris. *Nepos 17, 4. 1. Cujus exemplum utinam Imperatores nostri sequi voluissent.* PRASC. Nec abundat, nec destinatum consilium denotat, quod vult *Prætoribus*, sed eleganter arguit impudentiam. Plane sicut *Germani* dicunt: *Wie magst du doch dieses thun?* SCHEFFER. Increpationem innuit. ut de simili hujus verbi usu docuit *Schefferus* de re vehiculari. *lib. 1. c. 17.*

Asinus 7 demisso pene: si similem negas
 Tibi me esse, certe simile est 8 hoc rostro tuo.
 Aper cum vellet facere 9 generosum impetum,
 Repressit iram: 10 Et, facilis vindicta est mihi: 10
 Sed inquirari nolo 11 ignavo sanguine.

FAB.

(7) *Demisso pene*] Optime. Priores habebant, *demissis pedibus*, quod est nihili; *demittere* hic est promittere, exertum scilicet. SCHEFFERUS. Reliquit hæc pudentior Anon. lib. 11. PRAS. Ita Veget. artis Veterin. 2. c. 53. de jument. *Corpus ejus calebit, venæ etiam extabunt, natura submissa erit.*

(8) *Hoc rostro tuo*] Hoc, id est, penis, rostro autem, propter eminentiam glandis. Hactenus enim inter se conveniunt optime. Sed hæc fœda. Illud hoc cum sono est pronuntiandum, nam habet vim demonstrantis, & velut digitum intendentis. SCHEFFERUS.

(9) *Generosum*] Dignum genere ac ortu suo. Cicero in Bruto: *voce, motu, forma quoque magnifica & generosa.* Sic generosi discipuli apud Cornel. Nep. vita Att. c. 1. SCHEFFERUS.

(10) *Et facilis*] Elegantissimus Cuperus lib. 2. observ. c. 20. Scribendum putat, *En facilis,*

me invito quidem. Nullam enim illud en hic habet elegantiam, quam ipse putat, imo plane otiosum est. Ut enim habeat elegantiam, necesse est, ut aliquid demonstret. At hic nil demonstrat. Voluit enim tantum facere impetum aper, non fecit. Quod si fecisset, in medio tamen illo impetu, & cum jam discerpere potuisset asinum, cohibuisset sese, tum fuisset locus illi en, quasi diceret: vides, te esse in potestate mea. Nunc cum nihil tale de apro dicatur, nil mutandum censeo in recepta lectione. SCHEFF. En tamen & Heinsius libro suo adscripsit. Cum Scheffero quoque idem sentit Vir Clarissimus Perizon. ad Sanct. Minerv. lib. 4. de ellipsi, qui plurimis familiarem hanc τὲ dixit ellipsin ostendit.

(11) *Ignavo*] Ignavi animantis sanguine. Ignavus autem hic imbellis, invalidus: Ita supra c. 21. SCHEFFERUS.

(1)

(30) F A B. XXX.

Ranae metuentes taurorum praelia.

1 **H**UMILES laborant, ubi potentes dissident.
 Rana in palude 2 pugnam Taurorum intuens,
 Heu, quanta nobis instat perniciēs! ait.
 Interrogata ab alia, cur hoc diceret,
 De 3 principatu cum decertarent gregis,
 Longeque ab illis degerent vitam boves:
 4 Est statio separata, ac diversum genus,

Sed

(1) *Humiles laborant*] Id est, affliguntur & periculis obnoxii sunt, Petron. Fragm. Tragur. *Populus minutus laborat, nam iste majores maxilla semper Saturnalia agunt.* AXENIUS.

(2) *Pugnam taurorum*] Hæc pugna maxime sub coitus tempore fieri solebat, cum tauri, qui antea soli ac separati a vaccarum commercio pasci solebant, quod ἀτιμαρμελειῶν Græci dicunt, furore perciti, de vaccis certabant. Vide Erasmi in adagio: *Abit & bos in sylvam, ubi erudita multa de tauris congerit.*

(3) *Principatu gregis*] Principatus gregis, est principatus seu regnum in gregem, vide sup. ad 16. *Grex* hic de armento, sive bobus. Et sic Cicero, alique. Pro, *cum illi decertarent*, scribit Heinſius, *cum decertarent*, id quod amplector. Sic lib. 5. c. 2. *qui depugnauerat.* SCHEFFERUS.

(4) *Natio, ait, separata*] Putabam primum metri causa legi posse: *Est ratio separ, ait, ac*

div. g. Sed nunc in visa conjectura tua acquiesco. SCHORP. Vivendi. Id est, lex vivendi. Nam a *ratio*. PRASCHIUS. Sc. alter, respondens. Subaudiendum autem hic *quidem*, cui respondet mox, *sed pulsus*. Natio quoque eleganter de bobus, Festus sive Paulus: *in pecoribus quoque bonus proventus factura, bona natio dicitur.* Scaliger hoc loco: *Præterea vult, neque nationem tantum de hominibus, sed & de pecoribus dici. Quod non sine Græcorum imitatione dictum est, ut Homerus Od.* Priores editiones habuerunt *ratio, sine ratione*. Clarissimus Axenius neutrum ait probare *Gudium*, sed legere:

Est statio separata ac diversum genus. SCHEFF.

Cato apud Festum: *Qua arte natio sua separata scorsim.* Si autem Gudiana emendatio arideat, melius legas: *Stationi separata diversum genus Cogitaveram & legi posse: ratio est parata, en diversum genus.* HEINSIUS.

F 3

(5) Re-

(29)

10.
m,
hi: 10

FAB.

nam enim
egantiam,
platea o-
abeat ele-
ut aliquid
il demon-
um facere
cit. Quod
tamen illo
discerpere
cohibuisset
us illi en,
te esse in
cum nihil
nil mutan-
lectione.
& Heinſius
um Scheff-
tit Vir Cla-
Sanct. Mi-
qui pluri-
re dixit de

avi anitua-
autem hia
Ita supra

(1) Re-

Sed pulsus 5 regno 6 nemoris qui profugerit,
 Paludis in 7 secreta veniet latibula,
 Et proculcatas obteret duro pede:
 Caput 8 ita ad nostrum furor illorum 9 pertinet.

(5) *Regno nemoris*] Non dubium quin ex Virgilio de tauro victo III. Georgic.

Et stabula aspectans regnis excessit arvis.

Et in XII. *Æneid.*

- - - *Mussantque iuvenca
 Quis pecori imperitet, quem tota
 armenta sequantur.* FABER.

(6) *Nemoris*] Proprie de sylva pecoraliendo. Vide *Varronem de LL.* SCHEFFERUS.

(7) *Secreta veniet latibula*] Plene, ut supra liquidam sorbitionem usurpavit; vulgo secreta ponunt absolute. Sunt autem loca remota a quotidiana conversatione. Sic *Horat. loca secreta, &*

Columella, pabulationes secreta dixere. SCHEFFERUS.

(8) *Ita*] Hoc modo, hac ratione. Respicit priorem interrogationem, quare scilicet ac quomodo ipsis tantum malum possit imminere. SCHEFFERUS.

(9) *Pertinet*] Eleganter, eo usque velut se porrigit. Nempe quia sermo est de capite: ac antecessit, *longeque ab illis degenerent.* SCHEFFERUS. Supra fabula 14. *Hoc pertinere vere ad illos dixim.* Et fab. 42. *Hoc pertinere ad domini caput.* AXENIUS. Liv. 1. c. 10. *Ad quos ejus injuria pertinebat.* Pertinere significat *pertingere.* Vide Gronov. ad *Plaut. Milit. Glor. 2. 5. 58.*

(31) F A B. XXXI.

Milvius & Columba.

QUI se committit homini tutandum improbo,
 Auxilia dum requirit, exitium invenit.
 Columbæ sæpe cum fugissent 1 Milvium,

(1) *Milvium*] Scribe fidenter *milvium*, non *milvium*. Ita enim plene veteres. Inde *ἀνδρογυνῶς milvina* apud *Plautum*, ὄρεξις acrior. Alioqui dicendum *milviana*, ut a *lanius latiana*, &c.

Tollendum itaque ex omnibus libris hoc mendum, uti & *mophæum*, pro *tropæum*. Ad *Tambmanni* collect. ad *Plauti Aulul. p. cxcv.* Crequium quoque legito ad *Horatium*, pag. cccxcv. edit.

(31)
 Et c
 4 C
 Et
 Qua
 Qua
 Qui
 Illæ
 Qui
 Et c
 7 D

edit. I
 in Inc
 De Ac
 PRASC
 (2)
 plurali
 solent
 Levis
 poetæ
 scrium
 cum,
 pogram
 (3)
 HEINS
 (4)
 facult
 Cicero
 Erat ei
 consilio
 que m
 Prin

In q
 n
 (5)
 enim l
 laciam
 dit, d
 Donec
 filium

Et celeritate 2 pennæ 3 vitassent necem,

4 Consilium raptor 5 vertit ad fallaciam,

5

Et genus inerme tali decepit dolo:

Quare sollicitum potius ævum ducitis,

Quam regem me creatis ic̄to fœdere,

Qui vos ab omni tutas præstem injuria?

Illæ credentes, tradunt sese Milvio:

10

Qui regnum adeptus, cepit vesci 6 singulas,

Et exercere imperium sævis unguibus,

7 De reliquis tunc una, 8 merito plectimur.

9 *Explicit.*

Inci-

edit. Plantiniana, & Gifanium in Indice Lucretiano. FABER. De Accipitre narrat Anon. fab. 22. PRASCHIUS.

(2) *Pennæ*] Singularis plurali: alas intelligit. Atque ita solent poetæ. Seneca in Oedipo: *Lævis penna secat alta cæli.* Nec poetæ solam, sed & alii, præsertim Hyginus. Vide indicem in eum, notasque nostras, quæ typographum expectant. SCHEFF.

(3) *Vitassent*] *Lege evitassent.* HEINSIUS.

(4) *Consilium*] Vim ingenii, facultatem consultricem inuuit. Cicero eodem modo in *Catilin.* 3. *Erat ei consilium ad facinus aptum, consilio autem neque lingua, neque manus deerat.* Lucret. lib. 3.

Primum animum dico, mentem quem sæpe vocamus,

In quo consilium, vitæ regimurque locatum est. SCHEFF.

(5) *Vertit*] Non est, mutat, sic enim scribendum fuisset, in fallaciam, sed eo convertit, intendit, dirigit. Tacitus 4. *Hist.* 23. *Donec desperata vi, vertissent consilium ad moras.* SCHEFFERUS.

(6) *Singulas*] Unam post alteram. *Singulas*, pro *singulis*. Et sic Tacitus, & alii loquuntur. Ipse Virgilius, quem vix dubito, quim, ut alias, sic hic respexerit. Ita enim legitur in libris antiquissimis, Pierio teste, lib. 3. *Æn.*

Quid puer Ascanius? superatne, & vescitur auras? SCHEFF.

(7) *Tunc de reliquis*] Legebatur ante, *Tunc de reliquis*, ex quo Neveletus, tunc de reliquis. Sed nostrum retineo. SCHEFFERUS.

(8) *Merito plectimur*] Vide Gronov ad Senec. 5. de benef. c. 20.

(9) *Explicit*] Solebant veteres in fine librorum scribere *EXPLICIT*, significare volentes, perventum esse ad finem voluminis, quod plane *explicatum* esset & evolutum. Hieronymus ad Marcellam: *Solemni completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere EXPLICIT, aut FELICITER, aut aliquid ejusmodi.* Quod & nos quoque, Lector, huic capiti apponemus, ut ad secundum transeamus. FABER.

Incipit

LIBER SECUNDUS.

AUCTOR.

EXemplis ¹ continetur Æsopi genus,
Nec aliud quicquam per fabulas quæritur,
Quam

(1) *Continetur Æsopi genus*]
Genus Æsopi significare arbitror
eam scribendi rationem (δι' ἀπο-
λόγου scil.) qua utebatur Æsopus.
Ita in prolog. lib. IV.

*Ufus vetusto genere, sed rebus
novis.*

Ubi τὸ genus nil esse aliud queat
quam *via*, scribendi ratio, μέ-
θοδος, quemadmodum apud Te-
rentium, quem aliquando, adsit
modo Iæσω, libello commenta-
rio ornabimus,

*Olim isti fuit generi quondam
quæstus apud seclum prius.*
Scimus quidem dici Græce ἱστοριο-
γράφου γένος, pro historicis
ipsis, apud Diodorum; & apud
excerptorem Athenæi, αἰοιδῶν
γένος pro αἰοιδῶν, quemadmo-
dum,

*Nunc fabularum cur sit inven-
tum genus.*

(ubi fabularum genus ipsæ fabulæ
sunt) ita ardelionum natio, pro
ardeliones: Sed si quis dici posse
existimet Homeri genus, pro Ho-
mero ipso, & Phædri genus, pro
Phædro, fallitur: id enim verum
esse non potest, nisi in nomini-

bus multitudinis aut quæ speciem
aliquam includant. Quamobrem
non possum facere, quin impre-
bem N. Rigaltii V. Cl. explica-
tionem, qui Æsopi genus, pro
Æsopo ipso dici vult. Ceterum
istud *continetur*, nihil aliud est
quam constat; Cicero, *Dii non
venis & nervis & ossibus continen-
tur, nec escis vescuntur.* FABER.
Meursius hæc putat mutila varie-
que trajecta. Ego habeo pro in-
tegris. *Meursium* decepsisse voca-
bulum genus videtur, quod ne-
sciebat, quomodo cohæreret cum
sequentibus. Ego censeo respicere
vocem *mortalium*, quæ et
versu tertio etiam hæc trahenda.
Ordo talis: *Genus mortalium con-
tinetur exemplis Æsopi.* Exempla
vocat quæ mox fabulas. Atque
ita l. I. cap. 4. *Continetur* autem
absolute, pro continetur in offi-
cio, coercetur, docetur. Ita Ci-
cero *Tusc. 4.* *regere ac continere
appetitiones* dixit. Rigaltius Æsopi
genus jungit, & pro Æsopo ipso
accipit, sicut *fabularum genus*
nostro usurpatur. Sed si sic acci-
pimus, quid quæso fiet illi *conti-*
netur?

Qua
2 Ac
Qui

tur?
tur ex
hic ar
preten
alio. I
puro e
confec
me af
re, c
tia me
tum lo
legatur
Æsopi
pretant
cipio p
Manili
genus.
v. 469
exhatef
cule Oe
ignitur
exempl
ne To
quique
thius a
Verbiem
Cicero l
tibi loc
rant,
qua qu
si & sa
fender
ego Ar
virum
tehe d
tem. I
xrit i
Nondie

Quam corrigatur error ut mortalium ,
 2 Acuatque sese diligens industria.
 Quicumque fuerit ergo 3 narranti jocus

5
 Dum

ner? Nec enim *Æsopus* continetur exemplis. Neque melius, si hic artem *Æsopi* fabularem interpretemur, sicut fit ab ipso, loco alio. Interpretatione nostra nihil puro esse evidentius. Isthæc sic conscripseram, cum deinde ad me afferuntur Gl. *Gronovii* litteræ, quæ me profus in sententia mea firmant. Exscribam totum locum, nam meretur, ut legatur publice. *Æsopi* genus alii *Æsopum*, alii *fabulas ejus* interpretantur. Ego vero *Tò* genus accipio positum pro hominibus. Ut *Mausio* lib. 1. v. 147. Semper erit genus in pugna; & *Senec. Hippol.* v. 469. *Qua* supplet ac restituit exhaustum genus. Tum in *Hercule Oetæo* v. 63. 761. 1884. Dicitur igitur homines contineri ac doceri exemplis seu fabulis *Æsopi*. Nam ne *Tò* contineri quidem juvatur quicquam illis, quæ concessit *Barthius* ad *Rutilium* lib. 8. v. 57. Verbum est proprium magistrorum. *Cicero* lib. 7. fam. 19. Ut vero ipsi tibi loci proposita questione occurrant, exercitatione consequere, in qua quidem nos te continebimus, si & salvi erimus, & salva ista offenderimus. *Gellius* 19. 1. quem ego *Athenis* cognovi, non parva virum auctoritate, satisque arte teste discipulos juvenes continentem. Hinc vides etiam, quo respectu *Patronius*, quem scribit: Nondum juvenes declamationibus

continebantur. In quo etiam hæseret. Hæc optimus *Gronovius* eruditissime, ut solet, nec relinquitur dubitationi locus. Etiam si *Faber* quoque posteriorem *Rizaltii* opinionem amplectatur, sic ut didici ex notis ejus. *Schefferus*. *Æsopi* genus pro fabulis, & genus scribendi quo *Æsopus* utitur. *Ovid.* in *Ibin*.

Utque ille, historiis involvam carmina cœcis

Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.

Ita infra dicit morem servabo senis. *Heins.* Vide *Barth.* advers. 19. 21. & ad *Claud.* de consul. *Prob.* & *Olyb.* v. 1. *Gronov.* ad *Liv.* 22. 33. Hoc sensu voce contineri usus & æqualis nostro *Valer. Max.* 2. 1. 2. Videlicet quia magis ad rem attinet, *Dearum* quam mulierum disciplina contineri. & 4. 3. 11. Atqui ista patientissime superior *Cato* toleravit, quia illum grata frugalitatis consuetudo in hoc genere vita, cum summa dulcedine continebat.

(2) *Acuat*] *Exerceat.* *Virg.* 1. *Geor.* curis acuens mortalia corda. *Servius* eo loco acuens, exercens. *Schefferus*.

(3) *Narrandi locus*] *Assentior Rittershusio*, scribenti jocus. Nam cum eo locus non convenit, quod sequitur, *re commendatur*, non auctoris nomine. Quid enim esset, auctor loci? Ergo hoc vult: *F 5* qua-

Dum 4 capiat aurem, & servet propositum suum,
 Re 5 commendatur, non auctoris nomine.
 Equidem omni cura 6 morem servabo senis:
 7 Sed si libuerit aliquid interponere;
 8 Dictorum sensus ut 9 delectet varietas,

qualiscunque fuerit jocus, qualiscunque fabula, a quocunque ficta, commendatur ea bonitate rei ac salubritate præceptorum, pertinentium ad vitam moresque, non celebritate auctoris. Sed & pro narrandi, non displicet narranti, quod *Freinshemius* malebat. *SCHEFFER*. Lege quodcumque fuerit ergo narrandi jocus. Sic sed jam quodcumque fuerit præfat. lib. 3. & *Virgil. Æneid.* 2. 77. *Cuncta equidem tibi, Rex, (fuerit quodcumque) fatebor.* Vel forte legendum, quicumque suberit narrantis jocus. *HEINSIUS*. Videtur scribendum, narrandus loquus. *GUJETUS*. Logi; Optime Viri docti correxerunt, quicumque fuerit narranti, vel narrantis jocus. Vide *Cl. Grav.* ad *Cicer.* ad famil. 16. 21.

(4) *Capiat aurem*] Delectet, teneat; eleganter, propter vim oblectandi; quæ est in fabulis. *Cic. in Or. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhibere videtur.* vide supra lib. 1. c. 24. *SCHEFF.* *Petron. Nisi quasdam insidias auribus fecerit.*

(5) *Commendatur*] Lege commendat. *HEINSIUS*.

(6) *Morem servabo senis*] Prudenter se purgat, quod fabulis quædam alterius generis admisceat. *Tetigi eam rem in Proleg.*

PRASCHIUS. *Æsopum* intelligit. Sic *inf. lib. 3. c. 2. navis emunita senex.* Fit hoc porro non modo ætatis, sed & honoris causa, & frequenter de magistris ac Philosophis usurpatur. *Corn. Nepos in Epam. c. 2. de Lysia Tarentino agens: tristem & severum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuit Tullius in de Amicitia: Ego autem a patre meo eram deductus ad Scævolum, sumpta virili toga, ut quoad possem, & liceret, a senis latere nunquam discederem: & in de N. Deor. Phædrum Epicureum innuens: Sed stomachabatur senex, si quid asperius dixeram. Sic Epicurum ipsum Statius alicubi Gargentium senem vocat. & *Martialis* de eodem lib. 10. *Cecropem superas qui bonitate senem.* *SCHEFFERUS*.*

(7) *Sed si libuerit*] Forte sed ubi. *HEINSIUS*.

(8) *Dictorum*] Specialius intelligit facetias, jocos, imo ipsas fabulas. Sensus est: velle se quidem eas persequi, quas habet *Æsopus*, aliquando tamen etiam inserere, quas ipse invenerit. Et talis a *Phædro* primum excogitata fabula est quinta hujus libri. *Heinsius*, quod gaudeo. Nam doctissimum interpretem *Gallum* abeuntem in diversa non curamus.

10
 Bonas

Bona
 11 It
 Cuj

mus.
 Satur.

Corn

fri cu

dita e

unter,

proprio

lucrum

Dionys

lis pra

Cateri

interpo

Cl. Per

cap. 2.

(9)

Max. 3

aliquid

emphis,

ritate i

Sic, an

ritate

tu.

(10)

Accipien

Terent.

aque e

(11)

aliis Pl

pendes

Latiou

interger

harret?

piam h

Mitum

Bonas in partes, Lector, ¹⁰ accipias velim.

¹¹ Ita sic rependet illi brevitatis gratiam
Cujus verbosa nescit commendatio.

FAB.

mus. SCHEFFERUS. Macrob. 2. Satur. 1. ex Ciceronis epistola ad Cornelium Nepotem, *Itaque nostri cum omnia que dixissemus, dicta essent, que facere, que breviter, & acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.* Valer. Max. 1. 1. ext. 3. *Dionysius tot sacrilegia jocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit.* Ceterum recte *Tō dīctorum* ab interponere separandum notavit Cl. Perizon. animadvers. Histor. cap. 2.

(9) *Delectet varietas*] Valer. Max. 3. 10. ext. 1. *Dandum est aliquid loci etiam alienigenis exemplis, ut domesticis aspersa varietate ipsa delectent.* Jult. præfat. *Sive amulatione glorie, sive vanitate & novitate operis delectatus.*

(10) *Accipias*] Ita inf. fab. 47. *Accipiens cuncta in contumeliam.* Terent. Eun. 1. 2. *Neve aliorum, atque ego feci, acceperit.*

(11) *Ita sic*] *Ecquid usitatus aliis Pleonasmus, ita sic?* Et *rependere gratiam*, pro *afferte*, num Latinum? sensus vero numquam integer, aut cum prioribus apte hæret? Mirum, ni a bardo quopiam hæc alluta sunt. PRASC. Mirum hic non animadversam

tam manifestam incoherentiam viris tam doctis. Quis negabit scribi deinceps quam maxime oportere?

Ita, si rependet illi brevitatis gratiam,

Cuius verbosa nescit commendatio.

Ita Barth. ablegm. critic. 2. 23. & qui omnia illi debet Swarth. analect. 1. c. 4. *accipias velim.* Lege,

Ita, si rependet illam brevitatis gratiam

Cujus verbosa ne sit commendatio.

Ovid. 1. Trist. 2. 98. *Imo ita, Dii scitis, si me malus abstulit error.* Virgil. 2. Æncid. 583. *Non ita.* Ultimus versus ad sequentia referri debet, *Ne sit commendatio verbosa attende* &c. HEINSIUS. Cl. Perizon. d. 1. legit

sic istam tibi rependet brevitatis gratiam,

Cujus verbosa ne sit commendatio. &c.

Nescio autem quid Præschio in mentem venerit, ut *rependere gratiam* parum latine dici putaret. Ita tamen Ovid. 2. Metam. 693. *Neu gratia facta Nulla rependatur, nitidam cape præmia vacuam.*

(1) Me.

(32) F A B. I.

Juvencus, Leo & Prædator.

Attende cur negare cupidis debeas:
 1 Modestis etiam offerre quod non petierint.
 Super Juvencum 2 stabat 3 dejectum Leo.
 4 Prædator intervenit, 5 partem postulans:

(1) *Modestis*] Hanc notam Deo tribuit facer codex Reg. 1, 3, 13. Sed & profanz fabula. Vid. Æop. fab. 44. Præclare Ambros. Offic. 1, 18. Magna igitur modestia: quæ quum sit etiam sui juris remissior, nihil sibi usurpans, nihil vindicans, & quodammodo intra vires suas contrahitur, dives est apud Deum, apud quem nemo dives. Dives est modestia, quia portio Dei est. Sotadis dictum est: *αὐτὸ θεῶν δώρον ὑπάρχει*. PRASC. Opponuntur hic cupidis petacibusque, ac intelliguntur tales, qui modicis sunt contenti. Donatus apud Terentium in *Hecyra A. 4. sc. 1. modeste interpretatur, adhibito modo. SCHEFF.*

(2) *Stabat*] Dixi supra lib. 1. c. 28. Nisi quod hic simul signum sit victoriæ, ideo & tali habitu victores vulgo depinguntur. Consule Barthium lib. 8. *Adver. c. 13. & lib. 18. c. 2. Statius Sylv. lib. 1. de equo Domitiani æneo:*

*Ænea captivi crimem terit un-
 gula Rheni.*

David quoque in Ps. 90. *Super
 aspidem & basiliscum ambulabis,*

& conculcabis leonem & draconem. Ovid. 11. *Metam. 5. 551. spoliisque animosa superstitans unta velut vitrix, sinuatas despicit mœdas.* Sic enim optime Nob. Heinsius ibi scribit. Adde *Fab. Dec. 4. p. 54. SCHEFF.*

(3) *Dejectum*] Proprie dejectis: Cornel. Nep. *Thras. c. 3. In secundo pralio cecidit Critias. Ex dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio.* Videtur & venatorum esse verbum, & solet fere talis ferarum captura venatio vocari. *Corn. 8. c. 1. Ille quatuor millibus ferarum dejectis in eodem saltu epulatus est.* Virgilius quoque quæm forte respexit. 3. *Geor. & sibilis colla tumentem Dejice.* De venatione anguis loquitur. SCHEFFER. *Martial. 1. 61. Non nisi dejectis pascitur ille fera.* Epigramma vetus:

*Iratu recolat, quod nobilitas
 Leonis*

*In sibi prostratas, se nega
 esse feram.*

(4) *Prædator*] Forte: *Prædator intervenit postulans partem lupi.* Ita supra *Latro* dictus *lupus.* HEINS. Non possum probare.

(32)

Dare

Et in

Viato

Fero

Cui p

11 Et

Prædat

Ovid.

dator a

venari.

stabit i

berta p

Heinliu

Et præ

ne capt

211. E

innoxiu

dias fer

(5)

inventi

mius, i

commo

vencus

nisi vel

dejecere

neccum

xisse an

hoc exe

ac nego

(6)

petierat

spernat

si. 3. i

nerat a

ego me

atque h

SCHEFF

51. Ev

jactura

4. 5. 5

instabit

Darem, inquit, nisi soleres per te sumere. 5
 Et improbum 6 rejecit. Forte 7 innoxius
 Viator est 8 deductus in eundem locum,
 Feroque viso 9 rettulit retro pedem.
 Cui placidus ille; 10 Non est quod timeas, ait,
 11 Et, quæ debetur pars tuæ modestiæ,

10
Au-

Prædator est hic Venator, ut apud Ovid. XII. Met. 306. Abas prædator aprorum. Ita prædari pro venari. Martialis 1. ep. 1. Præstabit illic ipsa figendus prope Vobis prædanti prædas, ut legit Heinſius ad Claud. Fescan. v. 11.

Et præda pro eo, quod venatione captum est. Virgil. 1. Æn. 211. Et huic venatori opponitur innoxius viator, qui nullas insidias feris struit. V. lib. 1. fab. 5.

(5) *Partem postulans] Quasi inventi titulo, inquit Freinshe- mius, ut infra 87. 3. Nescio an commode. Nam dejectus erat juven- cus, non inventus a leone, nisi velis inventum, antequam de- jiceretur. Sed tum prædator necdum aderat. Mallem respex- isse amicitia officium ac a leone hoc exegisse, velut iisdem studiis ac negotiis dedito. SCHEFF.*

(6) *Rejecit] Ei negavit, quod petierat, cum contemptu, & as- pernatione. Plantus Bacchid. 4. sc. 3. Militis parastus modo ve- nerat aurum petere: hinc enim ego meis dictis malis, his foribus atque hac repuli, rejeci hominem. SCHEFFERUS. Ovid. 9. Metam. 51. Ergo ego quæ fueram non re- jectura petentem. Terent. Phorm. 4. 5. 5. Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos rejiciet.*

(7) *Innoxius] Active pro eo, qui nemini nocet, ut opponatur improbo, id est violento. Vide supra l. 1. cap. 23. Sic innoxium serpentem dixit Virg. in Æn. 5. SCHEFFERUS.*

(8) *Deductus] De eo, qui forte fortuna incidit in tale quid- piam. Sic deductus in casum, apud Casarem 2. B. G. SCHEFF.*

(9) *Rettulit retro] Imitatio Virgiliiana est. Virgilius lib. 9.*

Haut aliter retro dubius vestigi- TURNUS.

Improperata refert - - - Usurpator eleganter de ambiguo, & incerto. SCHEFF. Poterat ora- tio carere ista vocula retro, sed ejusmodi pleonasmus veteris ele- gantia sunt; ita Terent. ante præ- scisse, ita subtristis aliquantulus, ita perparce nimium. Scio quidem Priscianum aliter citare, nempe pernimium, sed hoc loco audien- dus non est. FABER. Virgil. 2. Æneid. Ex illo fluere ac retro sub- lapsu referri. Ovidius: Turbatum viso rettulit angue pedem. HEINS.

(10) *Non est quod] Pro, non est quidquam in causa, propter quod. Ellipticum genus optimis scriptoribus familiare, de quo vid. Vojsii Constr. 19. SCHEFF.*

(11) *Et quæ] Mallet Hein- sius: Et, quæ debetur. Posset forsitan*

12 Audacter 13 tolle. tunc diviso 14 tergo, Silvas petivit, homini ut accessum daret. Exemplum egregium prorsus & laudabile. 15 Verum est aviditas dives, 16 & pauper pudor.

forſan non incommode ſcribi: *At qua debetur*; iſto ſenſu: Non eſt quidquam, quod timeas, potius hic ex præda pars eſt aliqua, quæ debetur modeſtiæ tuæ, eam tolle. Cum præſertim necdum juvenicum diviſiſſet. Sequitur enim *tum diviſo*. Sed tamen illud *en* & *Meurſio* & *Freinſhemio* probatur. SCHEFF. Scribendum videtur, *eſt, qua debetur*. GUJERUS.

(12) *Audacter*] Abſque timore aut perturbatione, libere. *Plautus in Mil. A. 3. ſc. 2. Age, loquere audacter mihi*: bono ſenſu. SCHEFFERUS.

(13) *Tolle*] Bene, velut liberalis. *Martial. 6. ep.*

Sex ſeſertia ſi ſtatim dediſſes. Cum dixi mihi, ſume, tolle, dono. SCHEFF.

(14) *Tergo*] *Scribo corpori*. GUJET. reprehensus ab Amplif. Cupero lib. 2. obſ. 20. *Virgil. 1. ÆD. 210.*

Illi ſe præda accingunt, dapibus que futuris Tergora deripiunt coſtis & ſceta nudant.

(15) *Verum eſt*] Hoc vitæ Licet ſit laudabile præſens exemplum, pauci tamen id ſequuntur, nempe quia paupertas cum pudore juncta eſt; at qui avidi ſunt divitias, & cum eis cætera conſequuntur. SCHEFF. Hic ſua tempora Phædrus, ut sæpe alibi, inuit.

(16) *Et pauper*] *Lege in* HEINSIUS.

(33) F A B. II.

Anus diligens virum ætatis mediæ, item Puella.

A Fœminis i utcunque ſpoliari viros,

Ament.

(1) *Utcunque*] *Mallet Rittershuſius, utrinque*. Fruſtra. Nam *utcunque*, hic eſt, quovis modo, prout poteſt fieri. *Terent. Andr. 4. ſc. 3. Tu ut ſubſervias orationi,*

utcunque opus ſit verbis, vide. C. 1. de off. Danda igitur opera eſt, ut etiamſi aberrare ad alia caperent, ad hæc revocetur oratio: Sed, utcunque aderunt res. Sic hic locus

2 Ament, amentur, 3 nempe exemplis discimus,
 4 Ætatis mediæ 5 quendam, mulier 6 non rudis
 Te-

distinguendus est. Etiam *Fabro* displicuisse *Rostershusii* conjecturam, nunc ex notis ejus disco. SCHEFFERUS.

(2) *Ament, amentur*] Omissa præpositione *siue*: eleganter ac absolute. SCHEFFERUS.

(3) *Nempe*] Etiam hæc particola, ut alix nonnullæ, desumpta ex Latinitate mediæ, eleganter locum istum occupat, & vim habet affirmationis amplioris. SCHEFFERUS.

(4) *Ætatis mediæ*] Lectionem veram invenisse videor, quæ talis est:

Ætatis mediæ quendam mulier non rudis Tenebat, annos celans elegantia.

Descripta est eadem fabula ab Æsopo fab. 165. & Gabr. fab. 24. PRASCH. Inter juvenilem & senilem. Vide *Plautum Aulul.* 2. 1. Μεταπρόσωπον talem vocat *Longus* in *Pastoralib.* p. 123. Ubi vide, quæ eruditissimus *Mollius*, in nitidissima editione nupera notavit. SCHEFF. Vide *Schopp. susp. lect.* 5. 20. FREINSHEMIUS.

(5) *Cuidam*] Veteres: *quendam*; Mutavit *Rigaltius*, propter sequens *tegebat*. Scilicet quæ tegebat, fuit anus ut palam est ex sequentibus. At illud *ætatis mediæ* refertur ad virum, ut proinde juncta videantur, *tegebat cuidam ætatis mediæ*. Atque sic *Freinshemius*: Satis indicatur, aliquem fuisse deditum amori *vetula*, sed

seite tegentis & occultantis ætatem. Verum parum convenit hæc explicatio sequentibus. Cui enim *ei*, hoc est, *cuidam*, ut in textu censent legendum: aut illi mediæ ætatis viro tegeret ætatem; ipsa vetula? Imo vero illa adeo non textit, ut nigros crines potius evelleret, ceu constat ex subjectis. Quare putet quis ex *Pittheano* libro illud *quadam* revocandum, ut sit *quadam mulier ætatis mediæ*, quemadmodum apud *Pacatum cap. 29. Matrona clavivatis* quæ pertinet ac spectat ad nonneminem ætatis mediæ. Verum ita sensus erit mutilus. Nam sequitur: *Animosque ejusdem pulcræ juvenis ceperat*. Non potest hic conjunctio stare idonee, sed nec illud *ejusdem* cum emphasi positum intelligi, nisi aliquid præcedat haud dissimile. Quare illud *quendam* *Praschio* excogitatum libentissime amplectimur, locumque totum ita legimus:

Ætatis mediæ quendam mulier non rudis Tegebat, annos celans elegantia.

Fuit nempe *quendam* in MS. superscripta lineola: Id accipiebant *quadam*, quoniam in libris scriptis simplici vocali pictæ diphthongi esse consueverunt, cum legendum esset, *quendam*. SCHEFF.

(6) *Non rudis*] Quæ meretricias artes longo usu probe callebat. Sic *Helena* apud *Ovid. 17. Heroid. 1+1.*

7 Tenebat, annos celans 8 elegantia:

*Sum rudis ad Veneris furtum,
nullaque fidelem,
(Di mihi sunt testes) lusinus
arte virum.*

(7) *Tegebat annos*] Præschius ingeniose ista omnia sic reformabat: *Ætatis mediæ quendam mulier non rudis tenebat, annos celans elegantia. Sed tenebat, pro tegebat, abit longius. Et tegere potest accipi pro occultare, sicut & Freinshemius putabat. Cornel. Nepos: vita Dionis c. 1. Crudelissimum nomen tyranni sua humanitate tegebat. Sic enim, non leniebat, legitur in codice MS. quondam meo, & postea Cl. Bæclero a me dono dato, quem in adnotationem tertiæ ac reliquarum optimæ editionis non sine fructu multiplici adhibuit, ac ille ipse est, cujus meminit in præfatione ad lectorem. Verum quia, si tegebat retinemus, sensus manet mutilus, ut dixi, pro tegebat, lego regebat. Non sunt literæ in MSS. sibi magis similes, quam r & t, ut hîc lapsus fuorit facillimus. Porro regere quendam mulier dicitur, quæ cum sibi habet obsequentem, & ad nutum suum facientem omnia. Quod genus pariter a Græcis γυναικων πορτῆς ἐπινοῖ vocatur. Suetonius in Galba cap. 14. Regebatur trium arbitrio. Ita regebat quendam ætatis mediæ, id ipsum erit, quod sequitur, animos ejusdem ceperat. Qui enim captum alicujus habet animum, is illi imperat, is eum regit nutu suo ac arbitrio. Sane, si tegebat*

legimus, est supervacuum illud celans, quod mox sequitur. SCHEFFERUS. In priori editione Schefferus pro annos coniecerat esse legendum canos, quæ vox cum ommissa priori litera c, a librariis deprehensa esset, illi inde effecerant annos; Miror autem hæc in ultima editione commissa fuisse. Conjecturam vero hanc ab Heinsio eum, ut plures alias, accepisse, testatur ejus emendatio margini Phædri ab eo adscripta. Vid. Cuper. observ. 20. Nos certissimam Præschii conjecturam, tot doctissimorum virorum suffragiis confirmatam, recepimus.

(8) *Elegantia*] Puto cultum & ornatum intelligere. Ut apud Plautum accipitur in *Prologo Menaechmorum*. *Nec potest profecto quidquam seu grandi malo, præterquam res patitur, studet elegantie.* Atque ita Faber in notis ad editionem nostram priorem. *Hoc loco, ait, elegantiam id esse arbitror, quod galanterie vocamus. Neque aliud intellectum volumus per apparatus varium, quem mox dicimus, ideo & elegantiam adjecimus. Illud quod res ipsa docet. Quis enim sit apparatus alius in obtegendis canis, de quibus loquebamur in editione illa? Itaque hoc quidem nomine an a Fabro debuerimus notari, aliorum judicium est. Illud nos potius Faber doceat, quomodo hic elegantiam explicare valeat galanterie, si retineat eandem, quod in suis facit editionibus.*

Etenim

Etenim
anni c
posteri
lantern
fortassis
oris ac
relecta
hodie
stu cor
se com
plicet
gantia
& ama
alibi oc
fere an
formæ
stulque
are in
quocun
quadrat
nim si
prædixi
extero
verit a
profecto
ætatis.
Vide de
qui doce
qui nim
victuqu
Rust. 7
Itaque
gresses f
tium ma
dapihus
pro cul
ponitur
(9)

9 Animosque ejusdem ¹⁰ pulchra juvenis ceperat. ⁵
 Ambæ videri dum volunt illi ¹¹ pares,
 Capillos ¹² homini ¹³ legere cœpere invicem.

Quum

Etenim si hac elegantia teguntur anni *cuidam*, necesse est ut in posterum & virorum capita *galanterie* illa credamus ornata. Sed fortassis per *galanterie* Faber oris ac sermonis amabilitatem intellectam voluit, cum *galante* hodie fit Gallis, quæ vultu, gestu corporis, sermonis suavitate se commendat viris. Neque displicet hæc expositio, licet *elegantia* sic absolute, pro *elegantia* & amabilitate morum posita vix alibi occurrat. Et solent profecto fere aniculæ, cum non possint formæ præstantia, sermonis gestulque suavitate conari se insinuare in amorem virorum. Sed quocumque modo explices, non quadrare tō *cuidam* poterit. Etenim sive suavitate illa, quam prædixi, sive cultu ornatuque cetero, præsertim capitis celerit annos ætatemque, non profecto eam tetigit illi mediæ ætatis, verum sibi. SCHEFFER. Vide de hoc verbo Gell. XI. c. 2. qui docet *elegantes* homines dici, qui nimis lecto amænoque cultu victuque essent. Columel. de Re Rust. 7. 2. *Tum etiam casei lactisque abundantia non solum a-grestes saturat, sed etiam elegantium mensas jucundis & numerosis dapibus exornat*; ita hic, *elegantia* pro cultu & ornatu exquisitiori ponitur.

(9) *Animos*] Ante versum

hunc excidisse aliquid putavit *Meursius*, idque ait esse tam certum, quam solem lucere. *Faber* quoque inclinare huc videtur. Sed hoc frustra fieri, constare potest ex superioribus. Pro *animos*, legendum *animum* existimare queat aliquis. Tamen *Cicero* quoque hoc modo, et si sensu alio, in *Or. pro L. Manil. Quæ civitas est in Asia, quæ unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit.* SCHEFF.

(10) *Juvenis*] *Juvenula* Puto autem hæc duo divisim esse accipienda, pro *pulchra* & *juvenis*. Nam *juvenis* in fœminino genere non invenitur. Vide *Voss. lib. lib. 1. de Anal. c. 15.* SCHEFF. Imo vero conjunctim accipienda esse *pulchra juvenis*, & *Vossium* lapsum esse, cum significatione, non structura commune esse docuit, ostendit *Muncker. ad Hygin. fab. 182.*

(11) *Pares*] Similes, refertur ad externam speciem. *Virg. Georg. paribus lita corpora guttis.* SCHEFFERUS.

(12) *Homini*] Habet elegantem sensum, & quasi cum commiseratione infortunū dicitur. Sicut *Germani: Sie haben dem guten mann das und das gethan.* Ita *infra lib 3. c. 4. Terent. Eum. Act. 2. sc. 2. Ibi homo caput me obs.* &c. SCHEFF.

(13) *Legere*] Proprie ac ele-

G

gam

Quum se putaret 14 fingi 15 cura mulierum,
Calvus repente factus est; nam funditus
16 Canos puella, nigros anus evellerat.

ganter hic, quia seligebant una
canos, altera nigros evellendos,
quomodo flares legi, Virgilio di-
cuntur. Ovidius arte v. 666. Al-
bentes jam legit illa comas. Vide
ibi N. Heinsium, poetæ ejus uni-
cum restauratorem. SCHEFFER.
Verbum etiam de frugibus & po-
mis passim usitatum. V. Heins.
ad Ovid. 3. Att. Amand. 703.

(14) *Pingi*] Malim *fingi*; quod
& Plautus de ornatu usurpat. Sed
profecto nihil interest. Pœnulo
loquitur meretrix:

*Ex industria amba nunquam
concessavimus,*

*Lavari, aut fricari, aut terge-
ri, aut ornari,*

Poliri, expoliri, pingi, fingi.

Sicho Sc. antep. Morem vobis ge-
ram. Bene cum lauta est, tersa, or-
nata, sicut, inficta est tamen. SCHOP.
Schoppius vult *fingi*, quod non
displicet. Licet Rittersbusius, &

post eum Faber alterum re-
neant, & exponant *ornari*. Seneca
in Hippolyto, Act. 2. v. 371. Ju-
bet & solvi comas rursusque *fingi*.
SCHEFFER. Lege *fingi*, non potant
enim *pingi*, nisi volumus, unam
mulierem illi canos pixisse pro
nigris capillis. Vide notas ad O-
vidium 1. Amor. 14. 2. nostras.
HEINSIUS.

(15) *Cura*] Proprie de cultura
capillorum. Docuit prolixè sum-
mus vir, J. Fred. Gronovius lib.
1. obs. cap. 23. quem consulte.
SCHEFFER.

(16) *Canos evellerat*] Veteres
canos solebant colorare. Vid.
Martial. Epigr. 1. 32. 6, 38. Je-
nium de Coma cap. VII. Casaub.
ad Theophrasti Character. cap.
περὶ κόλλανείας. Tibull. 1, 3.
BUCHNERUS. Quidam ad hoc
plumbeis utuntur pectinibus
FREINSHEMIUS.

(34) F A B. III.

Homo & Canis.

Laceratus quidam morfu 2 vehementis canis,

(1) *Laceratus*] Si placet, con-
fer fab. 25. Ælop. PRASCHIIUS.

(2) *Vehementis*] Scribit Rit-
tersbusius, *vehementi*, refert-
que ad morsum. Frustra. *vehe-
mens*, est concitatus ira. Horat.
l. 2. ep. 2.

--- Post hæc *vehemens* laquei
& sibi, & hosti

Iratu pariter, jejuniis dentibus
acer. SCHEFFER.

Heinsius tamen *vehementi* legē-
dum, notavit ad marginem, &
Gron. ad Senec. conf. ad Marc. c. 1.

(3) *Ita*

Tinctum cruore panem 3 misit 4 malefico;
 Audierat esse quod remedium vulneris.
 Tunc sic Æsopus: Noli coram pluribus
 Hoc facere canibus, ne nos vivos devorent,
 Quum scierint esse 5 tale culpæ præmium.
 6 Succesius improborum plures allicit.

(3) *Immisit*] Gronovius in litteris suis: Puto scripsisse auctorem misit, ut fab. 23. Nollurnus cum fur panem misisset cani; & lib. 3. cap. 3. quidam contra miserit, misere panem. SCHEF. Vide ad fabul. 23. libri I.

(4) *Malefico*] Proprie, qui malum fecerat, qui morfu læ-

serat. Ita Varro 3 R. R. 16. de api: Minime malefica, quod nullius opus vellicans facit deterius. SCHEF.

(5) *Tale*] Tam bonum magnumque. SCHEF.

(6) *Succesius improborum*] Liv. 22. 12. Quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit.

(35) F A B. IV.

Aquila, Felis, & Aper.

Aquila in 1 sublimi quercu nidum fecerat:
 Feles cavernam nacta in media pepererat:
 Sus 2 nemoricultrix fœtum ad imam posuerat.
 Tum 3 fortuitum feles contubernium

Frau-

(1) *Sublimi*] Pro in sublimitate ejus, in summo ejus. Quomodo poëta vetus apud Ciceron. Tus. 2. ex sublimi vertice saxi. Ideo & mox sequitur, in media quercu, quod similiter est, in medietate ejus. Adde 3. cap. 1. SCHEF.

(2) *Nemoris cultrix*] Nemoricultrix, ut etiam censet Bourdelotius in Petron. PRASC. Unâ voce nemoricultrix, ut silvicul-

trix; quod & aliis visum, ut Pietaticultrix P. Syro apud Petronium. FABER. Lege nemoricultrix; sic nemorivagus. Pietaticultrix, apud Petron. Vide Voss. Instit. Orat. lib. 4. cap. I. sect. 8. HEINSIUS.

(3) *Fortuitum*] Ad metrum quod attinet ad Horatii interpretes ad locum istum,
*Nec fortuitum spernere cespitem
 Leges sinebant.*

Fraude & scelestâ sic 4 evertit malitiâ.

Ad nidum 5 scandit volucris: perniciēs, ait,

6 Tibi paratur, forsan & 7 miseræ mihi,

Nam fodere terram quod vides 8 quotidie

Aprum

Sed mihi vehementer arridet conjectura, nescio an itidem tibi, lector; existimo enim scripsisse Phædrum, *fortunatum contubernium*; quam vere, equidem nescio, neque quidquam adfirmare ausim, sed ad rem, qua de agitur, aptissime. FABER.

(4) *Evertit*] Eo sensu, sicut Cicero, *evertere amicitiam* usurpat sapius; plus est, quam *dissolvit*. SCHEFFER.

(5) *Scandit*] Lege *escendit*. HEINSIUS.

(6) *Tibi paratur*] Donatus ad Terent. Andr. 4. 1. 32. & 4. 2. 7. notat *appari* & *parari* cum dativo perniciem & cladem significare, ut apud Virgil. 2. *Æneid*. *Mihi sacra parari*.

(7) *Miseræ*] Infaustæ, infelici, quomodo sæpe usurpatur ab optimis. Eleganter hoc addit per fictionem metus, & ad commovendam miserationem in aquila. SCHEF.

(8) *Quotidie*] Schoppius ecce iterum, namque est mihi sæpe vocandus *Ad partes*. Ut enim semper homo confidentissimus est, hoc quoque loco carpere voluit quod minus intelligebat. Sic enim scribit: *Malo, opinor, exemplo, alteram syllabam in Quotidie produxit Phædrus & hic & inferius.*] Sed ita me amet Deus

ut ὄλας κολοκύνθας ληµᾶ Schoppius, quem nonnulli in re grammatica ὄξυδερέστατον putarunt; Et tamen nescio an quisquam existimaturus sit, posse hujusmodi errores tolerari. Quid enim? nescisse hæc grammaticorum Agamemnona? In refellendo autem homine, exemplis parcam, tribus contentus, sed ita ἀναμυθίζοις, ut nullus effugii locus sit futurus, quoquo se vertat. Hoc primum fateor, secundam syllabam in hac voce brevem quandoque esse, quod & pueri sciunt; sed quin longa quoque sit, nemo, ut opinor, dubitabit, nisi vel imperitus, vel in legendo negligens; quam opinionem longe à se amotam cupit Schoppius. Sic igitur Terentius:

*Verum ubi videbit tantos sibi
sumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum.*

Quid autem P. Syrus?

*Quotidie damnatur qui semper
timer.*

Quid istud alterum ex eodem?

*Quotidie est deterior posterior
dies.*

Hæc observare decuerat Schoppium, non autem ea reprehendere quæ ignoraret. FABER. Sic noster lib. 4. in prol. 2. *Nam vita morti propior est quotidie.*

(9) In-

(35)
Apru
Ut p
Ter
12 D

(9)
infid
fit de
esse ex
epicæ
& huj
mafcu
ligatur
pum u
Enni
vius. I
no loq
in terr
marinu
Petroni
reposito
nper
autem
esse pos
(10
ratio,
tium.
id, quo
tere, i
jus neg
scipille
&c. Ter
tibi ne
bulo m

(11
hoc est
gis ad
hugi.
gæ cum
qu dru
habena
quid f
Effusus

Aprum ⁹ insidiosum, ¹⁰ quercum vult evertere,
 Ut nostram in plano facile progeniem opprimat, ¹⁰
 Terrore ¹¹ offuso & perturbatis sensibus,
¹² Derepit ad ¹³ cubile fetosæ suis;

(9) *Insidiosum*] Quomodo
insidiosum aprum, cum sermo
 sit de *sue* fœmina? Puto *aprum*
 esse ex eo genere, quod vocant
 epicœnum, sicut *mulus*, *corvus*
 & huiusmodi, atque ideo effert
 masculinè, licet fœmininè intel-
 ligatur. Ita *Virgilius* lib. 2. lup-
 um usurpavit fœminino genere,
Eunius exemplo, de quo ibi *Ser-
 vius*. Et *Plinius* de vitulo mari-
 no loquens lib. 9. c. 3. *hic pavit*
in terra. & lib. 10. cap. 51. *mus*
marinus pavit ova. Fragmentum
Petronii *Tragurianum*: *Secutum*
repositorium, in quo positus erat
aper & quidem pileatus: circa
 autem minores porcelli, *scropham*
 esse positam significabant. SCHEFF.

(10) *Quercum*] Elliptica ora-
 tio, ex consuetudine metuen-
 tium. Integra sic se haberet: *per*
id, quod vides fodere, vult ever-
 tere, i. e. hoc est propositum e-
 jus negotii, quod vides eam sus-
 cepisse. Per eam fossionem vult
 & c. *Tertent.* 4. *Eun.* 2. *Sane, quod*
*tibi nunc vir videatur esse hic, ne-
 bulo magnus est*. SCHEFF.

(11) *Effuso*] Pertractatum
 hoc est, solere multas à quadri-
 gis ad adfectus animi irrationes
 trahi. Dicuntur *effusa* quadri-
 ga cum feruntur prono impete
 quadrupes, nec audit currus
 habenas. Sic, *Effusa* lætitia, nisi
 quid fallor, apud *Apulejum*:
Effusus risus, & similia. Quare

Ma-
 emenda iouem tuam, *Rittershusii*,
 vereor ut cuiquam satis probare
 possim. *SCHOFF.* *Rittershusius*
 & *Meursius*, *offuso* legunt, quo-
 rum sententiam suo suffragio fir-
 mat optimus *Gronovius* lib. 4. *Ob-
 ser.* cap. 21. frustra repugnante
Schoppio. Verba enim hæc non fe-
 lem respiciunt, sed aquilam, ut
 sit sensus: postquam ita feles
 aquilæ offudisset terrorem, ejus-
 que perturbasset sensus. *Offun-
 dere terrorem* elegantissime dicun-
 tur, qui ex improvise terrorem
 ingentem afferunt. *Liv.* lib. 28.
Offusus terror oculis auribusque.
 Atque hæc est etiam *Freinsheimii*
 sententia. SCHEFF. Lege *offuso*,
Valer. Flac. 4. 482. Et *offusa*
media inter dicta tenebra. Tol-
 lendum præterea *to* &, & legen-
 dum *terrore offuso perturbatis sen-
 sibus*. HEINSIUS. Vid. *Ampl.*
Cuper. 2. obs. 6.

(12) *Derepit*] *Colerus* & *Rit-
 tershusius*, *derepit*. Sine causa.
Derepit, est inde repit ab aquila,
 sicuti *discedit*, *digreditur*. Sic *inf.*
L. 5. c. 6. *scurra digrunnit prior*,
 h. e. inde a sinu. *Apulejus* lib. 4.
Ibi cum singuli direpissent. Frustra
 hic *Præcens* corrigi, *direpissent*.
 SCHEFFER. Male tuetur *derepit*,
Meursius. *Derepit* cum *Colero*
 legendum. HEINS. *Plin.* 8. 36.
Ingradiuntur & bipedes, arborem
aversi derepunt.

(13) *Cubile*] Sic *Lucret.* *In-*

Magno, inquit, in ¹⁴ periculo sunt nati tui.
 Nam ¹⁵ simul exieris ¹⁶ pastum cum tenero grege,
 Aquila est parata rapere porcellos tibi. ¹⁵
 Hunc quoque timore postquam ¹⁷ complevit locum,
¹⁸ Dolosa tuto condidit sese ¹⁹ cavo:
 Inde evagata noctu ²⁰ suspensio pede,
 Ubi esca se replevit & prolem suam,
 Pavorem simulans ²¹ prospicit toto die. ²⁰
²² Ruinam metuens aquila ramis ²³ desidet:

strata cubilia fronde. Et idem hic infra de Panthera. SCHOPP. Proprie. Ita supra l. 1. c. 19. de cane, *flagitare validius cubile cæpit.* SCHEFFERUS.

(14) *Periculo*] Lege *periculo* cum Rittershusio. HEINS.

(15) *Simul*] Statim postquam exieris. Livius: qui, simul in potestate vestra erunt, exemplo omnia tradent. SCHEFF.

(16) *Pastum*] Respexit Plautum, qui sic in *Mostel.* 4. sc. 1. *Ire vis mula foras pastum.* SCHEFF.

(17) *Complevit locum*] Cubile suis intelligit. Ita Cicero in *Orat.* *plangore & lamentatione complere forum* dixit. SCHEFF.

(18) *Dolosa toto*] Sicut *sup. lib.* 1. c. 29. in prioribus legebatur *toto*, unde N. Heinsius putabat *noto*, quo modo c. 8. nota *pernicitas.* c. 12. *exitus noti.* c. 6. *lib.* 5. *notum canticum* &c. Ursinus porro verba hic transponit, legitque *toto sese condidit cavo.* SCHEFF. Rigaltius edidit *tuto.* Lege *dolose noto.* HEINS.

(19) *Cavo*] *Sup. cavernam* dixit: *Plaut. Men. Act.* 1. sc. 2.

concede audacter ab Leonino cavo. SCHEFF.

(20) *Suspensio pede*] *Locis* Rittershusio laudatis addo *Lucretianum de canibus*, earumque *catulis*:

At catulos blandè cum lingua lambere tentant,

Aut ubi eos lactant, pedibus, morsuque petentes,

Suspensis teneros imitantur dentibus haustis. SCHOP.

Leni, tacito; ut ambulans non posset exaudiri. Sic *Lucretius*, *Terentius*, *Virgilius* loquuntur. Sic & *suspensi poplites* apud *Statium*, & *suspensi gressus* apud *Annobium* leguntur. SCHEFF.

(21) *Prospicit*] *Velut & ipse* non auderet egredi, ac obleret molitiones *scrophæ.* *Abfoluit.* SCHEFFERUS.

(22) *Ruinam*] Forte *ruina*. Vide ad *fab.* 16. *lib.* 1. HEINS.

(23) *Desidet*] *Pro simplici* *sedet vel considet*; *elegantè*, & *subinnuendam ignaviam ex pavore.* *Ter. Hecyr.* 1. sc. 3. *frustra ubi torum desedi diem.* *SCHAZ.* Vide *Torrent.* ad *Suet. Cæsar.* 4.

(24) B.

Aper
 Qui
 Fel
 Qu
 Doc

(24)
 Helye
 lis: f
 Sic 86
 ep. 1, 3
 dicam

nunc a
 Sumit
 Tyriosq
 bilingu
 hinguan
 Dubita
 minus
 in Pzn
 HEINS

ESt

(1)
 qui se
 fecer,
 pro fest
 res, Na
 sint avi
 que, f
 mentque
 habeant
 nominat
 thori ha

Aper rapinam vitans non prodit foras.
 Quid multa? inedia sunt consumpti cum suis,
 Felisque catulis largam præbuerunt dapem.
 Quantum homo ²⁴ bilinguis sæpe ²⁵ concinnet mali,
 Documentum ²⁶ habere stulta credulitas potest.

(24) *Bilinguis*] Διγλωσσος. Helych. διγλωσσος. Doppio Italis: sed & Græci διπλούς ἀνὴρ. Sic διγλωσσος eleganter S. Jacobo ep. 1, 8. pro dubitatore; ut sic dicam, qui mentem nunc huc, nunc dævidit illuc. PRASCHIUS. Sumit ex Virgilio, qui lib. 1. Æn. Tyriosque bilingues, ubi Servius, bilingues, fallaces, nec enim ad linguam retulit, sed ad mentem. Dubitatore nonnemo exponit, minus apte. SCHEFFER. Plaut. in Pænul. 5. 2. Bisulci lingua. HEINSIUS.

(25) *Concinnet*] Faber: B. meliori Latio, Concinnare nil aliud hoc loco quam facere. Plaut.

- - - qui me insanum dicitis concinnat suis.

Et sic Nonius exponit alio loco Plauti. Puta tamen amplius quid hinc insinuare, nempe illam artem subdolam exornandi mendacia & fraudes specie egregiæ SCHEFF.

(26) *Habere stulta*] Lege documentum habere hoc (vel id) stulta credulitas potest. HEINS.

(36) F A B. V.

Cæsar ad Atriensem.

EST ¹ ardalionum quædam Romæ ² natio, Tre-

(1) *Ardalionum*] Hi sunt, qui se omnibus negotiis immiscerent, ab ardendo dicti, quod festinando usurparunt veteres, Nonio autore; itaque cum sint avidi negotiorum inquitique, semperque cursitent festinanteque, tanquam magni aliquid habeant ad agendum ardalionem nominantur. SCHEFF. V. C. Pithæci habet ardalionum. HEINS.

(2) *Natio*] Id est, genus: velur ille in Catalectis Virgilii: Scholasticorum natio madens pingui.

Plura in hanc rem, eaque oppido quam bona, videbis apud Robertum Titium libro locorum controvers. 8. cap. 18. qui laudat illud Ciceron. de nat. deor. Ita salem istum, quo caret vestra natio, in irvidendis nobis nolitor

3 Trepide 4 concursans, occupata in otio,
5 Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi molesta, & aliis odiosissima:

Hanc emendare, si tamen possum, volo

6 Vera fabella; pretium est operæ 7 attendere.

Cæsar Tiberius quum petens Neapolim,

8 In Misenensem villam venisset suam,

consumere. In quibus verbis tamen pruriebam olim nostrum officium facere, id est, quod isti nostri critici solent, quæ non intelligebam corrigere, & ratio rescribillare, quod scirem rationem à Cicerone & ejus familiari Lucretio dici sectam, philosophandi genus; ut lib. 1. *Offic. Cynicorum verò ratio tota est eicienda: est enim inimica verecundia, &c.* SCHIOPPIUS. Genus. Ita Cicero nationem candidatorum pro Mur. nationem optimatum pro Sext. usurpavit. Vide lib. 1. 31. SCHEF. V. Petrum Victor. var. lect. 9. 22. Et Bern. Martin. var. lect. 1. 13. qui plurimis exemplis docet, nationem apud bonos auctores plerumque in malam partem sumi, & pro pessimo hominum genere accipi.

(3) *Trepide*] Cum dubitatione ac incertitudine causæ ac propositi. Et sic interpretatur *Servius ad Virg. Æn. 3. § 12.* ubi ait: *trepidi nescientes quid agant.* SCHEFFERUS.

(4) *Concursans*] Huc illucque cursitans. Notat multitudinem negotiorum. *Cicero in Ver. 5.* *Ceteri prætore obire provinciam, & concursare consueverunt.* SCHEFFERUS.

(5) *Gratis anhelans*] *Anhelans* hic negotiosum occupatumque denotat, qui ob discursum crebras spiritum ægre ducit. *See Virg. lib. 12.*

-- *Certamine Martis anhelans.* *Gratis* autem frustra est, vel nullo cum fructu, nullo cum effectu, ut mox, *nihil agens.* SCHEF.

(6) *Vera fabella*] *Fabula* quando pro narratione qualicumque. Hinc *fabulari, confabulari.* Hinc proverb. *lupus in fabula.* Vid. *Bœcl. Chrestom. Ter. var. fabula.* Dicitur enim a *fando.* *Isidor. Orig. 1, 39.* PRASCHNIUS.

(7) *Attendere*] Absolute pro attendere animum ad eam. SCHEF.

(8) *Misenensem villam*] Expresse ad hanc rem Tacitus, *Ann. vi. c. 50.* *Mutatisque sepius locis [Tiberius] tandem apud promontorium Miseni confedit in villa cui L. Lucullus quondam dominus.* Est autem Cumis vicinior id promontorium, monte *Miseno* Italis. FABER. V. C. *Palæstræ* habet *Misenensi.* Forte legendum in *Misenensi ad villam Lucullianam suam.* *Plin. lib. 18. c. 6.* *Nepotianus in Misenenfem villam postea C. Marius Septimius consul.* *Vid. illa primo Caji Marii fuit, deinde emta a Cornelia, postea a Lucullio.*

Quæ 9 monte summo ¹⁰posita ¹¹Luculli manu,
¹²Prospectat Siculum & ¹³prospicit Tuscum mare,
 Ex

erat posita in monte. Vide Dion. lib. 58. Suet. Tiber. 72. & 74. Plutarch. in Mario. Senec. ep. 51. Videtur autem post Marii tempus novis ædificiis instructa fuisse. Vide Josephum apud Cluver. Ital. lib. 4. pag. 1117. & seqq. HEINSIUS.

(9) Monte summo] Miseno promontorio, quod a tubicine Æneæ nomen accepisse fertur. PRASC. Præpositione omiſſa. Virgil. 4. Æn.

Summoque ulularunt vertice
 Nympha. SCHEFF.

(10) Posita] Proprie de iis qui ædificant. Varro 1. R. R. 12. Danda opera, ut potissimum sub radicibus montis sylvestris villam ponas. Adde reliqua. Sic domos ponere dicit Virgil. 1. Geor. & 8. Æn. urbem ponere. Balnearia ponere, Cic. 2. ep. 1. SCHEFFER.

(11) Luculli] Symmachi locum, qui tibi in mentem fuerat, eecum tibi ex lib. 6. epist. 71. Si quidem sermo detulit, quadam vos Lucullanis operibus aquanda fecisse. Ubi tamen quasi prætercundo moneo cum MS. legendum: sermo distulit. Hæc enim vis est præpositionis in verbo differe, ut significet dissipare & in varias partes dispergere; quomodo etiam Rumorem didi, Virgilius dixit. Cæterum ut ad Luculli magnificentiam revertar, idem ille urbi præfectus de ea innuerat lib. 2. epist. 59. Sed locus hodie pessime adfectus est,

& Genevensis correctoris, si non ibi deliravit, at certe more suo dormivit acumen. Sic enim alios secutus edidit; Jacui apud Neapolim soli quod mihi ex tuo adjacent, ut ades novas molirer, operarum & tu mecum operam Lucullama partires. Ad quæ verba adscripsisti tu olim in Prodomo tuo, Rittershusi: Quid hoc est verbi, vel monstri potius? Forte leg. luculentam: vel, opera Lucullana, ut infra lib. 6. epist. 71. & lib. 7. epist. 36. Succcessisti in famam Luculli. Notum hujus viri ædificandi studium. Hæc tu olim; quæ ut mihi probentur, scire cupis? Bonus tu quidem vates esse poteras. nam & ita fere in veteribus libris scriptum invenit. In Giphiano quidem, operam Lucullana: in illo verò qui Fuldæ blattis opimum præbet pabulum: opera Lucullana, quæ sane sagacem conjecturam tuam sartam rectam præstant. Sed sic nihilominus tamen multis etiam mendis scæter locus ille, quas cum aliis millibus ex isto agro suo tempore exonerabo. SCHOPP. V. C. Pith. Luculi. HEINSIUS.

(12) Prospectat] Hoc est, ut ego interpretor, eminus, nec totum spectat. Quædam frequentativa rei difficultatem exprimit. PRASC. Eleganter de ædificiis, cum huc aut illuc frontem vertunt. Columella lib. 1. c. 6. Æstiva cubilia spectant meridiem

EX ¹⁴ alticinctis unus atriensibus,
Cui tunica ab humeris ¹⁵ linteo Pelusio
Erat ¹⁶ destrieta, ¹⁷ cirris dependentibus,

Per.

diem aquinollialem, sed conuersiones ejusdem temporis prospicient hybernium orientem. SCHEE. Virgil. 1. Æneid. 420. Collem, qui plurimus urbi imminet, aduersasque adspicit desuper arces Ubi Servius: Rei insensibili dat sensum. Unde illud in quarto de Atlante. Item Salust. Lycia Pisidique agros despectantem. Prospicere autem est de summo desuper inspicere. Petron. de bell. civ. Summo de vertice montis Hesperia campos late prospexit. Vide Heinfl. ad Claud. 2. de laud. Stilic. v. 255. & ad 6. conf. Honor. v. 178.

(13) Prospicit] An despicit, id est, subjectum subjacens spectat? an praespicit, pra se spicit, id est, propè se spectat, ut pra oculis; pra manibus habere, praesto esse. &c. τὸ praespicio quaerendum. GUYETUS. Gronovius in litteris suis: Lego respicit, vult frontem ejus in fretum, tergum in Etruscum mare versum fuisse. Idem placuit Nobiliss. Heinfl. SCHEFFERUS. Siculum a lava, Tuscum ad dextram. FABER. Clarissimus Grævius legit: Prospicit infernum, respicit Tuscum mare. Heinfl. legendum censet: Respicias Siculum, respicit Tuscum mare.

(14) Alticinctis] Ἀλτικίκτης. Notat ἐφθαλμοδελείαν. Consulendus Oct. Ferr. de Re. Vest. 3. 7. PRASC. Negotiosos intelligit. Tales namque cingere

vestes alte solent, ne impediantur inter discurrendum, vide Horat. 2. sat. 8. quanquam hic intelligantur potius, qui specie externa tales sunt, oculisque saltem seruiunt, quod hic bene Prascibus observat. SCHEFFERUS. Forte alticinctis. Gloss. Stephani ἀνεσταλαμένος alticinctus. HEINFL.

(15) Linteo Pelusio] Ægyptiaco, ex oppido Pelusio, ubi lintearum fiebant vestes, ante alias pretiosae. Silius lib. 3.

Et Pelusiaco prafulget flammæ vertex.

Plin. 19. c. 1. Ægyptio lino minimum firmitatis, plurimum luxu. Quatuor ibi genera, Tanaticum, ac Pelusiacum, Buticum, Tenyticum. Vides ostentationem hominis vanissimi, licet eam dissimulet. SCHEE. Minime ad ostentationem compositus hic ornatus, sed atriensium & militum ordinarius vestitus erat. Suet. Calig. 26. Cenanti modo ad pluteum, modo ad pedes flavi succinctos linteo passus est. Vid. Salmat. ad Capitol. Pertinac. & Ferrar. de re vestiari. lib. 3. c. 4.

(16) Destrieta] Demisterna ad Rosin. 1. p. 59. destrieta citat. Sed retineo destrieta, & expono, ad inferiora stricta, ut sit sensus: tunicam ab humeris demissile ad illa, ibique adstrinxisse linteo, ne madefieret inter aquarum spationem, pectus brachiaque habuisse nuda. Quomodo solent, qui strati-

Per.

diolus
Locus
terpre
sic no
cum

Freins

tem n

Freins

tellexi

dice:

Colun

est. J

bius L

cibus v

Sane si

manor

rotuna

vix pe

(17

hoc lo

colligi

224. a

lixam

disse;

in usu

Hos c

de pli

esse fi

stium

Salm

ce: Cr

per ex

dent,

d'o. C

videar

nica f

que v

cingu

milita

p. R

dicole

Perambulante ¹⁸ læta ¹⁹ domino ²⁰ viridia,

Al-

Per-

impediam.
am, vide
quam hic
qui specie
olisque fal-
hic bene
SCHEFFER.
I. Stephani
tus. HEIN.
] Ægy-
lusio, ubi
ante alias

et flamme

lino min-

num luci.

anaticum.

Tenty-

onem ho-

eam disti-

time ad o-

tus hic ot-

e ministr-

titus erat.

uti modo ad

s. stave suc-

Vid. Sal-

nac. & Fer-

c. 4.

misteris ad

a. citat. Sed

pono, ad

sit sensus:

emissile ad

le linteo,

æ spatio-

ne habuisse

t, qui sta-

diole

diole laborant, maxime in aquis. Locus obscurior, & intactus interpretibus, quod miror. Hæc sic notaveram in editione priori, cum interea in lucem veniunt *Freinshemianæ* curæ in scriptoribus nostrum, e quibus cerno & *Freinshemium* sic locum hunc intellexisse. Ita enim habet in Indice: *Destricta tunica, abzestreichft. Colm. Tum Olea desfringenda est. Juvat lectionem hanc & Fabius Deel. 12. ubi destricis armis cibus vocat folia decerpta ramis. Sane si, quod puto, tunica Romanorum non quadrata fuit, sed rotunda, locus iste accipi aliter vix potest. SCHEFFERUS.*

(17) *Cirris dependentibus*] Ex hoc loco, monumentisque aliis colligit Laur. Pignor. de serv. p. 214. atrianos neque comam proximam aluique, neque eam attondisse, sed longiusculam reliquisse in usum cirrorum. PRASCIUS. Hos cirros sunt, qui accipiunt de plicis tunicae. Alii, putant esse fimbrias, oris extremis vestium solitas assui. Quomodo *Salmafus* in Capitolini Pertinacæ: *Cirri fimbriis significant, quæ per extimam vestis oram dependent, unde tunica cirrata Phædro.* Quanquam magis illi cirri videantur in linteo, quam tunica fuisse, sic ut habent hodieque vestes sericiæ, quibus sese cingunt in medio, præsertim militares. Galli vocant *une echarpe*. Rectissime statuuntur nodi

hirti villosique, propter floccos & filamenta tenuia, molliaque ab ipsis dependentia. Quales nodos Germani *thrasen*, Succi *quast* appellare consueverunt. Gallis *houppes* sunt. Vide plane *Salmafium Exerc. Plin. p. 762.* SCHEFFER. Nobilissimus Neapolis ad Ovid. 4. Fast. v. 933. putat tunicæ huic fuisse subtemen relictum, quod e linteo pendeat. Et hæc *linteæ villosa* apud Mart. 14. 138. dici, cui opponuntur *linteæ tonsa* vel *tonsis villis*. Puto vero recte ex Pignorii sententia Præschium hunc locum de cirris, sive comis Atriensis capere. Sic Martial. 9. ep. 30. *Et matutini cirrata catteroa magistri.* Petron. fragm. Trag. *Pica cirrata.*

(18) *Læta*] Istuc *læta* extra metrum est, & expungendum; idque neminem monuisse miror. FABER.

(19) *Domino*] Annotat doctiss. Rittershusius Imperatores olim vulgo Dominos dictos fuisse; eorum autem uxores Dominas, quod ut verum esse nemo est qui neget, ita illud perquam falsum est, quod assertit ex Oppiano suo: *Τὸν μεγάλη μεγάλη δουτεύσατο δόμνα Σιδερα.* Falsum, inquam, est: nam *Δόμνα* eo loco nomen *κύριον* seu proprium est: dicebatur ea mulier Julia Domna. Neque vero negarim vocem hanc *Domna* reperiri pro *domina* (nam & apud Gregorium Turonensem legas, *domna*

domna Brunehildis; unde & Italicum donna:) sed satis constat ex nummis Græcis & Latinis, in loco Oppiani δούνα esse nomen proprium imperatricis. ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΣΕΒΗΡΩΤ. Et, JULIA DOMNA AUG. FABER.

(20) *Viridiaria*] Ita Faber, & Rigaltus. Sed *viridiarium* pro *viridario* non memini me legere. Festive quidem Faber ad hæc verba mea in editione nupera: *Ego non meminisse credam facile. Nempe senes obliviosi Fabro sumus, licet me annum nunc ingressum quadragesimum & quintum, ætate non parum ipse antecedit. Pergit, Sed an ideo non est? Quis vero hoc dixit? Non meminisse dixi. Ob quod verbum satis commote Faber, quot res hic dicenda sint, si eloqui incipiam. At nos optassemus potius præsidium memoriæ nostræ, ab illa Fabri, atque nomen auctoris idonei locique, ubi *viridiarium* ipsius possemus invenire. Scimus equidem, afferri vulgo quædam ex Pomponio, Ulpiano, aliisque jurisconsultis veteribus, sed in illis locis omnibus libros optimos *viridia*, vel *viridaria* habere, id quoque pulchre novimus. Nec permittere analogiæ ratio *viridaria* videtur. Quod tamen si admittatur Faber, ceu ex mentis quadam peregrinatione dictum, tamen desinet mirari, postquam ipse olim ad se redire incipiet. Nam non sic a *viridis*, *viridiarium*, ut a *vestis*, *vestiarius*, quod vult ipse, vel ab *ignis*, *ignia-**

rium. Cur enim non similiter *panis*, *paniarius*, a *piscis*, *pisciarius*, si ea Analogiæ ratione tantum isthæc ita formarentur? Sane contra quæ ejusmodi significationem habent, qualem *viridiarium*, vocalem *i* ante *arium* in postremis non agnoscunt, ut *paniarius*, *granarius*, *lanarius*, *armarius*, *boarius*, & id genus. Atque hæc est causa, quare dixerim, analogiæ rationem non videri *viridiarium* permittent. Scio, *Fabrum* hic dicturum, quæ postremo loco sunt allata, non oriri ab ejusmodi vocabelis, quorum primus casus desinat in *is*, ac proinde sine ratione hæc adduci. Quasi vero ista derivationem suam habeant a primo casu. Longe aliud nos docent voces plurimæ, ut *carnarium* quod *carvarium*, *pularium*, quod *pulvarium*, *nivarium*, quod *nicarium*, *calcarium*, quod *calarium* fieret a primo casu. Jam cum a secundo casu *calcis* (ut nunc cætera omitam) sit *calcarium* analogiæ bona ratione, quid est causæ, cur ab eodem casu in vocabulo *viridis*, malim *viridiarium* quam *viridarium*? maxime cum auctoritas illius nulla sit, vel exigua; hujus passim plurima. Non itaque hic opus erat Aristæ fabula parum civiliter adornatæ jocos, quod a *Fabro* factum. Nec adhuc probare possum, quod contendit ipse, ejici τὸ λὰτα oportere. Contra assentior N. Heinsio, qui *viridia* hoc loco scribit. Sic enim me idem docuit, & *Plinius* locutus est lib. 5. ep. 6. non
semel

21 Alveolo cœpit ligneo 22 conspergere 15
 23 Humum æstuantem, 24 come officium jactitans:
 Sed

semel. Varro lib. 6. c. 6. collocantur spectantes ad septentrionem, & maxime viridia prospicientes; & mox, uti viridia de lectis prospiciantur. Quibus addas & quos laudat Vossius in Etymologico hac voce. Ipse Cicero 2. ad Atticum 3. Cyrus dicebat, viridiorum *ἑαδὰς* latis luminibus non esse fructus. Ita enim legi, non radiorum, quod vulgari habent, in membranarum antiquissimis Nob. Heinsio jure credimus. Atque ita nuper etiam in Phædro legi placuit Ursino, quod editio ipsius docet, neque alia pridem fuit Buchneri, aut Freinsheimii sententia. Bene ait Freinsheimius, Buchnerus emendat, viridia. Quorum omnium consensus nobis Fabri, quantæcunque auctoritati, merito antefertur. SCHEFF. Quæ Schefferus ab Heinsio se habere profiteretur, in margine sui Phædri notaverat *ὁ πᾶν*, addidit; Vide & Macrobi. sat. 1. 14. p. 171. edit. Pontani, & ita sæpe apud JCtos in pandectis Florentinis. A JCtis, ad quos Henisius remittitur, hanc vocem usitatam declarant, l. 12. ff. de serv. præd. urb. l. 79. §. 2. ff. de verb. signif. Sed viridaria quoque ea dicta à JCtis negari non potest, cum ea voce JCtus in l. 13. §. 4. ff. de Usufr. utatur. Nos tamen ut versui consuleretur viridia recepimus: nam medicinam, quam Gudius adhibet pro *leta*, substituendo *alta*, minime amplecti possumus;

cum recte & eleganter *leta viridia*, ut apud Virgil. *leta segetes*, & *velus justo latior*, dicatur; *alta* autem viridia an recte dicatur, vehementer dubitamus; *altam* vero vineam fab. 2. lib. 4. pro *alta vite*, quæ sublimis & jugata erat, docti viri ad eum locum cum ratione dici ostenderunt.

(21) Alveolo] Ligneo vase, ex uno caudice excavato. *Lintrem* alias appellant. *Eius ibrog.* SCHEFFERUS.

(22) Conspergere] Quomodo Suetonius in Calig. c. 43. Adco delicate, ut a plebe verri sibi vias, & conspergi propter pulverem exigeret. Plautus: *conspergere ante aedes*, frigida scilicet aqua, ad mitigandum æstum. Vide Salmas. ad Solin. pag. 327. SCHEFFERUS.

(23) Humum æstuantem] Id est, ex nimio calore solis pulvere concitato ardentem, Sic Justin. lib. 2. c. 1. *Quippe quæ (Ægyptus) etiam nunc torrenti solis calore exæstuat.*

(24) Officium come] Ministerium, quod jucundum & gratum ei, cui fit. Olim *come* legebatur, ad quod Præsius: *simili elegantia legem dare capidibus dicitur: Officium autem legi sapere, respondet.* Et Ursinus in Indice: *Et abstractum pro concreto, ut sæpe apud Phædrum, come officiosa joco dicitur.* Omnia huc nihil faciunt, Sermo est de conspergione,

Sed deridetur. Inde notis ²⁵ flexibus
Præcurrit ²⁶ alium in ²⁷ xystum, sedans pulverem.
Agnoscit ²⁸ hominem Cæsar, remque intelligit.
²⁹ Id ut putavit esse ³⁰ nescio quid boni,
Heus, inquit ³¹ Dominus; ille enimvero adfilit
Donationis ³² alacer certæ gaudio.

non de coma. Manlius eodem modo lib. 5.

Come per officium vigilantia membra ferentes.

Et Martialis lib. 1. ep. 90.

Come sed officium circa te semper obibat.

Ita enim ibi legit Scaliger, probatque Scriocrius. SCHEFFERUS. Et ita legit Heins. Vel, *come officium jactans*; vel denique conjicit forte legi posse: *jactans comem officiam*. Ut apud Plaut. Mostel. 1. 3. 107.

(25) *Flexibus*] Compendiis viarum. Puto sic & Ciceronem usutrasse in illo ad Att. Pons Tiberius, in quo flexus est ad iter Arpinas. SCHEFF.

(26) *Illum*] *Alium* V. C. HEINSIUS.

(27) *Xystum*] Locum deambulationibus faciendis adornatum, consitis utrinque platanis. Vide Hier. Mercurialem lib. 1. Art. Gymn. c. 9. SCHEFF. Vid. Plin. lib. 5. ep. 6. Et Senec. ep. 86. HEINS.

(28) *Hominem*] Eleganter, inquit contemptum. Vide *inf.* 3. c. 4. Terent. Eun. A. 2. sc. 1.

Hic ego illum contempsi præ me. Quid, homo, inquam, ignavissime. SCHEFF.

(29) *Id ut putavit*] Rigaltii editio postrema & hunc, & ter-

tium, & quintum subsequentem versum omisit, exemplo parum laudabili, ut opinor. Illud *putavit* existimo de atriensi intelligendum, ut sit sensus: Dum ex vultu, aut quoquo denique modo animadvertit atriensis, Cæsarem intelligere institutum sum, putasse nescio quid boni ab expectandum sibi. Interea nomine advocatum esse a Cæsare. Ergo plenum gaudio, ob formatas illas prius animo spes amplissimas accurrisse, verum retulisse nihil, præter joca. SCHEFF. *Id* non habet V. C. Pith. Forte: *sibi ut imputari, & esse nescio quid boni vel doli.* HEINS.

(30) *Nescio quid*] Bene in editione media Rigaltii hic annotavit locum istum Petronii: *Deinde ut audiivi veterem controvam: Hic nescio quid boni debet esse. Cæterum pro esse nescio quid, scribendum, nescio esse quid, ut meri causa.* SCHEFF.

(31) *Dominus*] Tiberius. Sic vocabantur titulo solenni posteriores principes. Quamquam forte magis Nolter respexerit servum atriensem, atque illius inquit Tiberium hic nominavit dominum, nempe ejus atriensis. SCHEFF.

(32) *Alacer gaudio*] Gaudium donationis, est, gaudium dona-

TUM

(36)
Tu
36
Mu

tion
Sic
rum
locu
tur.

pus
dio a

Valer
dit S

te ar
gand
tandu

(3
Rigal

(3
HEIN

(3
voca

ture P
recept

aliqua
Vide
SCHE

(3
runt
Faber

non v
scriber

quam
est &

(3
dum u
veran

Lucret
phani

antiqu
(38
apud

Tum sic 33 jocata est 34 tanti majestas 35 Ducis:
 36 Non multum egisti, & opera 37 nequicquam periit;
 Multo 38 majoris 39 alapæ mecum 40 veneunt. 25
 FAB.

tionis causa, vel ob donationem. Sic *victorie gaudium* apud *Florum lib. 3. c. 2.* SCHEFF. Eadem locutione *Curtius lib. 10. 5.* utitur. Itaque ad *exspoliandum corpus, qui vulneraverat alacer gaudio accurrit.* Et æqualis *Nostro Valer. Max. 8. 14. 5.* Idem ut *audivit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat, alacer gaudio abiit.* Ita ut hic nihil mutandum sit.

(33) *Locuta*] *Jocata* Excerpta *Rigaltii.* HEINS.

(34) *Tanti*] *Tanta.* V.C. Pich. HEINSIUS.

(35) *Ducis*] *Supra Dominum* vocavit. Puto autem pro *imperatore* posuisse, quod tum usu fuit receptum in principibus, licet aliquandiū *Tiberius* reculaverit. Vide *veteres inscript. & numm.* SCHEFFERUS.

(36) *Non multum*] *Omissione* verum hunc *Rigaltius & Faber,* sed *permittere sequentia* non videntur. Pro *periit, perit* scribendum. Est autem *nequicquam periit, idem ac, impensa est & adhibita frustra.* SCHEFF.

(37) *Nequicquam*] *Scribendum una voce, nequicquam* quam veram esse orthographiam, in *Lucretiano Indice* indicavit *Giphanius.* Nec ego aliter in *libris antiquissimis* reperi. SCHOP.

(38) *Majoris mecum*] *Id est, apud me.* Infra bis *fab. 75. Mecum*

mea sunt cuncta. Terent. *Adelph. 3. 4. 49. Testis mecum est annulus.* Virgil. *Æn. 4. Mecum erit iste labor.* Sic in lingua vulgari, *esser col Re; restar con qualeb uno.* PRASC. *Majoris* *Archaifinum* putat *Rigaltius,* pro *maiores.* Sed fallitur. quoniam recte interpretetur *alapæ de servorum libertatibus per peritiam.* Sensus est: frustra speras libertatem pro tam levi opella. *Apud me* (*hey mir,* hoc enim est *mecum,* sicut *tecum habita*) *multo majoris,* non ita vili pretio, *veneunt,* venduntur, *alapæ;* nimis illæ liberatrices, de quibus vid. *Isidor. Orig. 9. 4.* FREINS. Ita *Praschius & Freinsheimius.* Sed vellem, ostendissent, sicut, *hoc est mecum,* ita &, *hoc venit mecum* apud Latinos usurpari. Quid? si pro *mecum,* *mea* scribamus? verum longe rectiorem judicio suspicionem *N. Heinsii,* *legentis mi cum.* Mi, pro *mibi* habet ipse *Noster lib. 3. c. 18. venire cum tertio casu usurpavit Cato de R. R. c. 144. aut cui olea venierit.* Non possum tamen, quin adscribam, quæ de loco hoc significavit *michi* nuper optimus *Gronovius. Alapæ mecum veneunt, mihi Cratonis sanius. Mecum explicandum est domi mea, ut apud Plautum: eamus ad me: apud quem multa in hanc rem, ut & apud Ciceronem ad Atticum. Unum accipe in-*

gnem locum lib. 5. ep. 8. ne illum malus emptor alienis mancipiis, quæ permulta secum habet, spoliaret. Hoc est, quæ Roma sunt, domi ejus absentis, cum ipse in exilio viveret Massilia. Quod non est affectus Bosius. Horatius: tecum habita. Hoc dicit ergo: Mea domus ea disciplina est, ut non tam facile, tamque parvo servi manumittantur. Et Tiberii hoc in genere avaritiam monstrat & Suetonius cap. 47. SCHEFF. Imo & Heinſius codici suo adſcripſit poſſe retineri mecum, ut apud Propert. I nunc tolle animos & tecum fuge triumphos. Ovid. 1. Amor. Ergo amor & modicum circa mea tempora vinum mecum est, & madidis lapſa corona comis. Terent. Eun. 1. 2. Mecum

tota ſis, id eſt, mea.

(39) Alapa] Servorum libertates per *παρομμετα* ſignificat Rigaltius. Recte. Apud veteres enim, quando manumittebant, alapa percuffos circumagebant, & liberos confirmabant. Iſidor. Orig. 9. 4. Sed in emancipationibus liberorum adhibebantur injuria & raptumata, donec ea fuſtulit. ſin. C. de emanc. liber. ubi Godofredus. FREINSHEMIUS.

(40) Veneunt] Scil. alapa, quarum interuentu ſignoque dati libertas ſolebat, ut Sigonio & aliis notatum. Jocus igitur ut utroque, & alapa & venire, quod ambiguitate ſua ſalem habet. Ceterum pro *veniant*, *veniant* ſcribendum, ſi quis malit mi cum. SCHEFFERUS.

(37) F A B. VI.

Aquila, Cornix, & Testudo.

CONtra potentes nemo eſt munitus ſatis;
Si vero acceſſit ꝑ conſiliator maleficus,
ꝑ Vis & nequitia quicquid oppugnant, ruit.

Aquila

(1) Conſiliator] Ut a conſulere, conſultor; ita conſiliator a conſiliando: quo præter Cæſarem B. C. 1. 19. & 73. utitur Dictys Cret. Lib. 3. Priſcianus quoque Præexerc. Rhet. de fabula; cui tamen idem eſt, quod conſilium habere. Conſiliarem dici ex L. 5. D. de Off. adſeſſ. monſtrat Joſ. Mercer. ad Dictyn. Cret.

Conſilioſus dixit Cato ap Gell. 4. 9. PRASCHIUS. A conſiliando i. e. conſulendo, ſicut bene Præſchius. Plinius 4. ep. 17. illi in gerentis conſiliator & rector. Apulejus lib. 1. Aſin. Ac hic bonus conſiliator. SCHEFFERUS.

(2) Vis & nequitia] Hiæ hic locus, & eſt ut excidiſſe cenſent verſum unum poſt hunc. Næ

qui ſequi
& nequitia
tonæ Pa
ſit eleg
cæ yv
Adverſu
munitus
malus c
hominib
quemcu
mal imp
vertunt.
MEURSI
lis eſt.
& nequit
ſi acceſſ
liator m
tem, &
cum. H
tribuit:
pugnant
tumvis
Plana or
hic agno
riſque lo
id purab
& nequit
nibus, i
potentia
conſiliari
FREINSE
drum no
tio fuiſſe
loco pot
pangena
Vis &
gnant, r
tunt unu
gnat. N

Aquila in sublime 3 sustulit testudinem:
Quæ cum 4 abdidisset 5 cornea corpus domo,

5
Nec

qui sequitur; cuius initium: *Vis & nequitia*: ut sic dicam, *αὐτοκράτορ* est, & per se subsistit elegantissimè, estque perfecta γνώμη. Dixerat Phædrus: *Adversus potentes nemo satis munitus est*. Jam si accesserit malus consiliarius, omnino de hominibus actum est: quippe in quemcumque vis & nequitia simul impetum faciunt, eum evertunt. Vides itaque defectum. MEURSIUS. Frustra. Ordo talis est. Quicquid est, quod vis & nequitia oppugnant, id ruit, si accesserit ad potentem consiliator maleficus. Jungit potentem, & consiliatorem maleficum. Huic nequitiam, illi vim tribuit: conjuncta ista ait si oppugnent, quicquid sit, quantumvis tutum se putet, ruere. Plana omnia SCHEFF. Nullum hic agnosco hiatum, sed nec plerique locis aliis, ubi Meursius id putabat. Pulchre enim *Vis & nequitia* respondent superioribus, *Vis* primo versui, ubi de potentia: *nequitia* sequenti, quo consiliarius maleficus producit. FRINSHEMIUS. Video Phædrum non indiligenter in Lucretio fuisse: quare suspicari de hoc loco potui, legendum & interpretandum:

Vis & nequitia, quicquid oppugnant, ruit. Potentia & nequitia ruit unumquodque quod oppugnat. Nam & ita Lucretius (ut

admonuit Giphanius noster) ruere, *αὐτῷ* dixit, pro, adfligere, prouere. ut de vento: *Ingentesque ruit naves & nubila differt*. Et rursum de amnis violentia:

Dat sonitu magno stragem, voluitque sub undis

Grandia saxa, ruit qua quidquid fluitibus obstat.

Qui locus illi apud Phædrum perquam similis. Et Virgil. 1: Georg.

--- cumulusque ruit male pinguis arena. SCOPP.

Χαλεπώτατη γὰρ ἀδινία, ἐχχρα ὄπλα. Aristot. de Rep. 1, 2. PRASC.

(3) *Sustulit*] Sic proprie loquuntur de avibus. Vide sup. i. c. 28. SCHEFFERUS.

(4) *Abdidisset*] Ex Virgilio, qui in Culice, de capellis: *vallisibus abdunt corpora*. SCHEFF.

(5) *Cornea*] Eleganter, propter duritiem, quomodo de avibus *corneum* rostrum usurpavit Cicero de N. D. I. Mox est *aura*. Per domum, testam intelligit, ut norum. Hinc Pacuvii: *domiporta*. SCHEFFER. Id est, firma: ut *corneam* fibram dixit Persius *Duram corticem* mox vocalit. Ab hac domo (quæ proprie *rancha*: & sic dicitur Anonymo fab. 14.) lepide Poëta Græcus testudinem vocat *ὄσρακόνωπον*, testaceo dorso insignem: unde etiam *testudinem* dici putat Isidor. Or. 12, 6. PRASC.

H

(6) *Pro-*

Nec ullo pacto lædi posset condita;
 Venit per auras cornix; & 6 propter volans,
 7 Opimam sane prædam rapuisti unguibus,
 Sed nisi monstraro, quid sit 8 faciendum tibi,
 Gravi 9 nequicquam te lassabis pondere.
 Promissâ parte, suadet, ut 10 scopulum super
 11 Altis ab astris duram inlidat 12 corticem,
 Qua comminuta facile vescatur 13 cibo.
 14 Inducta verbis aquila, 15 monitis paruit,
 Simul & 16 magistræ 17 large divisit dapem.

(6) *Propter*] Scil. Aquilam, id est, juxta, in vicinia, in propinquo. Terentius, alii, SCHEFF.

(7) *Opimam*] Ita Cic. 3. Ver. Opima, est, pinguis. Festus: hostiæ opima, præcipua, pinguis. Ideo Columella lib. 7. c. 8. Si pingui & opimo liquore conficitur &c. SCHEFFERUS.

(8) *Faciendum*] Lege faciendum. HEINSIUS.

(9) *Nequicquam*] Frustra, absque fructu, Curtius 3. cap. 2. nisi nunc dixerò, alias nequicquam confitebor. Ita Terentius, Cicero, Livius, alii. SCHEFF.

(10) *Scopulum super*] Hæc res Æschylo mortem accivit Nota est historia. PRASCHIUS.

(11) *Altis ab astris*] Poëtice, pro, e sublimi, ex summa parte æeris. SCHEFFERUS.

(12) *Corticem*] Abusive pro testa. Plinius 9. cap. 12. Aquatilium tegumenta plura sunt, alia corio & pilo integuntur, ut vituli, alia cortice, ut testudines. Adde cap. 10. SCHEFF.

(13) *Cibo*] Pleonasmus. Ci-

vero 2. N. D. Dii nec escis vescuntur. &c. SCHEFF.

(14) *Inducta*] Plene est, inducta ad credendum, Cornel. Nep. in Conon. c. 3. Non facile ad credendum inducebatur. Sed illi modo etiam Cicero 2. de L. L. B. alii: usurpatur de eo, cui qui persuadetur ratione probabili ac verisimili. Pro verbis opime Gronov. veris. Diat. Stat. cap. 13. SCHEFF.

(15) *Monitis*] Forte moniti. HEINSIUS.

(16) *Magistra*] Id est, consiliatrici: sæpe magister pro iustore & autore consilii a scriptoribus sumitur. Terent. Andr. 1. 1. Tum si quis magistrum cepit a eam rem improbum. Et Seneca Thyest. Sæpe in magistrum statera redierunt sua.

(17) *Large divisit*] Verbum a convivia pertinens, cum cuius sua pars ex cibis porrigitur. Petronius: Accessere continuo illa servi, & symphonia strepente scitari paleam ceperunt, erantque subinde pavonia ova divisere convivi.

Sic tuta quæ¹⁸ naturæ fuerat munere,
Impar duabus occidit tristi nece.

vivis; & in Fragmento Tragicano: Thebaicasque & caryotas ad numerum divisere cœnantibus. SCHEFF. Forte largæ. HEINS. Lege Largam. fab. 4. hujus libri

Felisque catulis largam præbuerunt dapem.

(18) Natura] Forte nativos HEINSIUS.

(38) F A B. VII.

Muli & Latrones.

MULI gravati farcinis ibant duo;
Unus ferebat¹ fiscos cum pecunia,
Alter tumentes multo saccos hordeo.
Ille onere dives, celsa cervice eminens,
2 Clarumque collo jactans tintinabulum:
3 Comes 4 quieto sequitur & placido gradu.
Subito latrones ex infidiis 5 advolant,

Inter-

(1) *Fiscos*] Rittershusianis adde H. Grot. Flor. Spars. in D. de Jure fisci, & Guil. Bud. in π. de Officio Quæst. PRASCIUS. Notum illud Taciti primo An- nali: *Fisci de imperatore rapti inter signa & aquilas veherentur.* FABER. Corbes sparteos. Vide Rittersh. & quæ nos in curis secundis ad Pacatum. SCHEFF.

(2) *Clarumque collo jactans tintinabulum*] Nimis profecto negligenter fuerunt in describendo Phædro librarii: & ecce iterum hic defectus, quem facile animadvertet qui aliquid natis habet. MEURSIUS. Consuetudo suspendendi tintinabula ex collis-

mulorum, ut occursum eorum evitare possint equi, etiam hodie durat per Italiam & Galliam. Vide quæ de ipsis dixi pluribus in lib. 2. de re vehiculari c. 2. p. 28. nuper a me publicato. Quod autem Meursius hic censet aliquid deesse, id quale sit, ego equidem haud intelligo. SCHEFFER.

(3) *Comes*] Alter ille mulus, cum hordeo. SCHEFFERUS.

(4) *Quietò*] Sine agitatione multa pedum ac tumultu SCHEFF.

(5) *Advolant*] Verbum elegans quo ardor & cupido nimia pecuniæ eripiendæ significatur. SCHEFFERUS.

6 Interque cædem ferro mulum 7 trusitant.

(6) *Interque cædem*] Hic quoque male transpositi versus sunt, quos ego pristino ordini restituo:

Subito latrones ex insidiis ad-
volant,

Diripiunt summos, negligunt
vile hordeum.

Interque cadent ferro multum
trusitant.

Spoliatus igitur &c. MEURS.

Eorum puta, qui mulos possidebant, vel agebant. Neque enim sine pugna res agi solet. Quare non placet in Meursio nimis corrigendi amor. PRASC. Non concesserim, mutanda verba *Interque cædem*, reponendo, *Interque prædam*, quia scilicet tantum direptio hic fiat, nulla cædes. Quid igitur opus erat *ferro*? Et sane intelligitur fiscos cum pecunia non fuisse sine custodibus, quos à latronibus ferro ac cæde depulso fuisse nemo mirabitur. Sed neque mutilum hunc locum aut luxatum ajo: verum egregie sibi constantem: neque aliter judicandum cuiquam, etiam si nasum haberet Rhinocerotis. FREINSHÆMIUS. *Prædam* scribit Meursius, huncque versum subjicit sequenti. Frustra. Vult, primum factam cædem eorum, qui ducebant mulos, velut resistentium, postea demum prædam. Eadem in mentem venisse Præschio ex notis ejus nunc observo. SCHEFFER. Liv. 30.6. *Clamor inter cædem & vulnera sublatus.* HEINSIUS.

(7) *Trusitant*] Hic legendum: *multum trusitant*. Ut fit a *Trudendo*, non verò *Tondendo*. Sed non dissimulanda lectio veteris codicum, ubi pro *trusitant*, est, *trucidant*. Ergo scripserit Phædrus, *trusitant*. Nota hæc vox ex Festo est. At verò neque ista mihi latisciant, *Interque cædem*. Quid enim? Tantum direptio hic fit, nulla cædes. Corrigendum creasco: *Interque prædam*. MEURS. Non abfimilis est Plauti locus Epidico act. 2. sc. ultima:

Ne ulmos parafstos faciat, qua
usque attondeant.

Ubi virgæ dicuntur humeros repulantis attondere, nisi forte hinc Phædri loco macula inest gravior, quam nondum odoratus sum. Scio. Hanc emendationem Rigaltio debemus; antea enim contra legem carminis legebatur *trudant*. In quibusdam editionibus legebatur *trusitant*. Meursius autem legerat & *tutidant*, sed metri ratio repugnat, uti ex Lucilii exemplo superius allato ad lib. 1. constat, cui addas hoc Lucretianum licet:

Nec tutidantia rem cessant
&c. FABER.

Meursius: *multum trusitant*. Sed sequitur: *nec sum læsus vulnere* in respectu scilicet ad alterum mulum, ut omnino muli vobis hic retineri debeat. *Trusitant* quod habet, est ex veteri editione. Neque scio satis, an nec

(39)
Diripi
Spolia
Equid
Nam
Hoc
Magna

huic præ
sane verè
fuisse vul
hoc non o
vulnerare
Docuit ex
Possit leg
scripsisse
Ita Plaut
mortui in
41. Agm
incurfatur
quod mal
37. Nimm
a latere in
pob lib. 1
getus incie

CERVU
Ut 2

(1) Es
verbum. C
ne igitur
gas, et, am
nec agitata
nullo inseq

Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum.
 Spoliatus igitur calus quum fletet suos,
 Equidem, inquit alter, me contemptum gaudeo.
 Nam nihil amisi, nec sum læsus vulnere.

Hoc ⁸ argumento tuta est hominum tenuitas.
 Magnæ periclo sunt opes obnoxia.

huic præferri debeat. Ostendunt
 suae verba muli alterius, hunc
 fuisse vulneratum. At *tristant*
 hoc non dicit. Contra *tristare* est
 vulnerare, licet in extrema cute.
 Docuit ex *Plauto Schoppius*. *SCHÆP.*
 Posset legi *fanciant*, sed credo
 scripsisse *Phædrum incurstant*.
 Ita *Plautus*: *Ubi arvos homines*
mortui incurstant boves. Liv 24.
 41. *Agmen Romanum impune*
incurstantem ab equitibus hostium,
 quod male sollicitant. Idem 25.
 37. *Nunidae nunc a tergo, nunc*
a latere incurstantes. Sic sæpe *Ar-*
nob lib. 1. *Pestilentia & bellis ne-*
gotia incurstantur humana, HEIN.

(8) *Hoc argumento*] Scilicet,
 Menti firmiter insculpto. PRAS.
 Hac fabula; *Infra lib. 4. c. 7 hoc*
argumento se describi sentiat; &
cap. 15. Hoc argumentum monet
 &c. Adde *lib. 4. cap. 2.* Puto au-
 tem hic omitti præpositionem *in*,
 ut sit sensus, occurrere & extare
 in hac fabula tuta tenuitatem,
 atque adeo exempli loco esse pos-
 se, ob quod alii amplectantur.
Præschius illud *argumentum* sup-
 plet ita, additque, *menti firmi-*
ter insculpto. Sed illud est, dis-
 suadet. SCHEFFER. Sic *fabula-*
rum argumenta dixit *Valer. Max.*
 2. 4. 4.

(39) F A B. VIII.

Cervus & Boves.

Cervus nemorosus ¹ excitatus latibulis,
 Ut ² venatorum fugeret instantem necem,
 Cœco

(1) *Excitatus*] Venatorium
 verbum. *Cicero de offic. 3.* *Sant-*
ne igitur insidie, tendere pla-
gas, etiamsi excitaturus non sis,
aut agitaturus? ipsa enim fera
nullo inseguente sæpe incidunt.

Phædra apud Senec. in Hippolyto
Act. 1. v. 11.

Juvat excitatus consequi cursu
feras.

(2) *Venatorum necem*] Id est,
 aviatoribus instantem. Sic f. 39.

3 Cæco timore proximam villam petit,
 Et 4 opportuno se 5 bubili condidit.
 Heic bos latenti, 6 quidnam voluisti tibi
 Infelix, ultro qui ad 7 necem cucurreris,
 Hominumque tecto spiritum commiseris?
 At ille supplex: Vos modo, inquit, 8 parcite,
 9 Occasione rursus 10 erumpam data.

dura fati miseria. L. 3. D. §. 2. Ubi pupill. educ. vel. mor. deb. mercedes pupillorum, id est, quæ aliis præstantur pro pupillis. Et §. ult. J. de R. D. maris periculum. Plura ejusmodi vocabula, significationem ultro & citro communicantia, collegit Gell 9, 12. PRASCHIUS. Active, pro à venatoribus inferendam; Notavit Rittersbusius. Sic Apulejus 2. *As. Tantum à cautela Pambiles absui.* SCHEFFERUS. Sic Salustius dixit, *metum Pompeji.* Præceus ad Apulej. met. 2. p. 76. Sic Liv. 1. 13. *Sabina mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat; i. e. quam ipsæ passæ erant.* Et cap. 14. *ut expiarentur legatorum injuria, id est, legatis illatz.*

(3) *Cæco*] Sentent. quia cæcos facit, nec cernentes alia pericula, in quæ ultro incurrimus. De quo Curtius 4. c. 10. *Ubi intravit animos pavor, id solum metueat, quod primum formidare ceperunt.* Vide t. I. SCHÆF.

(4) *Opportuno*] Quod se commode offerebat. *Ov. 3. Met. f. 7. de sylvis.*

--- *Multis latebra opportuna fuisistis.* SCHÆF.

(5) *Bovili*] Recepitur Gædii correctionem, & *bubili* proposuimus. V. Voss. de analog. 21. Cato de R. R. c. 4.

(6) *Quidnam voluisti tibi*] Imitatio Virgiliana. Ipse *ita* eleg. 2.

Eheu quid volui misero mihi! Similiter Terent. *Eun. A. 3. f. 1. --- quid tibi vis? satine sciam?* Ubi Donatus notat illud, *quid tibi vis* referri ad antecedens, *quid mihi velim?* Quanquam in Terentio pro *velim*, *quæram* sit. Quæ tamen cognoscitur, *velle*, Donato esse *quære* in hac formula curamque denotare. SCHÆF.

(7) *Necem cucurreris*] Legit qui neci occurreris, vel, *quæ necem incurveris.* Cicero *lib. in morbos, in crimen, in suspicionem incurere.* Lib. 3. de *Deor. In apertam perniciem cucurrere.* HEINSIUS.

(8) *Parcite*] Vitam mihi libere vate, ne me prodite: absolute in illo Horatii 4. *Od. 1. Rumpere bella moves? parce precor.* SCHÆF.

(9) *Occasione*] Pro, in occasione, cum occasio fuerit data ut *infra lib. 4. cap. 25. tempus.* SCHÆFFERUS.

(10) *Erumpam*] Eleganter

(39)
 Spatiu
 11 Fro
 Eunt
 Nem
 Nec il
 Bobus
 Hofpi

procurfu
 abdito.
 ratiq ex
 erupit. C
 micium l
 fit, obse
 rat Neve
 hunc, &
 elle. SCHÆF.

(11)
 nim bove
 ep. 14. lib

Jampri
 a
 Devinc

Sic paullo
 rusticos q
 ves: C

SCHOPPI
 quod apu
 habebant

ton. 30. R
 SCHÆFFE

(12)
 ut solet.
 dederit in

non vidiss
 glia, ut
 Geor. 1.

 Lege Neq

Spatium diei noctis excipiunt vices. 10
11 Frondem bubulcus adfert, 12 nec ideo videt.
Eunt subinde & redeunt 13 omnes rustici,
Nemo 14 animadvertit: transit etiam 15 villicus,
Nec ille quicquam sentit. Tum gaudens ferus
Bobus 16 quietis agere cœpit gratias, 15
Hospitium aduerso quod 17 præstiterint tempore.

Re-

procurſu inopinato celerique ex
abdito. Ita Cicero pro Sest. Conju-
ratiq̄ ex latebris atque ex tenebris
erapit. Cæterum cum apud Ri-
micium legatur: *Hæc tunc dixiſ-
ſit, obſcuro ſe condidit loco, pu-
tat Neveclerus excidiſſe verſum
hunc, & ſtatim his ſubjiciendum
eſſe.* SCHEFFERUS.

(11) *Frondem*] Frondibus e-
nim boves ſaginabantur. Horat.
ep. 14. lib. 1.

--- & urges

*ſunpridem non tanta ligonibus
arva, bovemque*

*devinctum curas & ſtrictis
frondibus explēs.*

Sic paullo poſt herus objurgans
ruſticos quod parum curent bo-
ves: *Cur frondis parum eſt?*
SCHOPPIUS. Pabulum bobus,
quod apud veteres plerumque
habebant ex frondibus, vide Ca-
ton. 30. R. R. Horat. Ep. 1. v. 14.
SCHEFFERUS.

(12) *Nec ideo*] Latiniffime,
ut ſolet. Dicit, etiamſi attulerit,
dederit in ſtabulo bobibus, tamen
non vidiffie. Sumſit autem ex Vir-
gilio, ut cætera. *Virgilius ſic in
Geor. 1.*

--- *Nec cellis ideo contende
Falernis.* SCHEF.

Legē Neque adeo. Sic fab. 4. l. 1.

*Nec quem petebat adeo potuit at-
tingere.* HEINSIUS.

(13) *Omnes ruſtici*] Colonos
intelligit, & familiam ejus villæ.
SCHEFFERUS.

(14) *Animadvertit*] Cervum
ibi latitantem, ſeu ponius quic-
quam, quod ex ſequentibus etiam
huc trahendum.

(15) *Villicus*] Qui totius villæ
habet curam, caput ruſticæ fami-
liæ. Varro 1. de R. R. 2. vocat
principem, qui agricultura præpo-
nitur. SCHEF.

(16) *Quietis*] Id eſt, tacen-
tibus. Idem Græcis *ἤσυχος*.
PRASCHIUS. Hæc cohærent,
non *gratias quietis*. Adjectivum
eſt, non ſubſtantivum, nec am-
bigere debebat Rittershuſius, *quietis*,
pro quia *quieti erant*. *Quieti*
autem, taciti, non prodentes la-
titantem. *Rimicius* tamen *gan-
dens* legit, pro *quietis*. SCHEF.

(17) *Præſtiterint*] Proprie.
Non enim ſpatium modo datum
ſignificat, ſed & ſecuritatem ho-
ſpitii præſtitam, per ſilentium
ac quietem. Atque ita *Seneca 1.
Clem. 2. Hoc eſt non dare tantum
ſalutem, ſed & præſtare, ubi vi-
des, quomodo a dare diſtingua-
tur.* SCHEF.

H 4 (18) *Qui*

Respondit unus: saluum te cupimus quidem,
Sed ille, ¹⁸ qui oculos centum habet, si venerit,
Magno in periculo vita ¹⁹ vertetur tua.

Hæc inter ipse dominus a cœna redit:

Et quia ²⁰ corruptos viderat nuper boves,
Accedit ad præsep: cur frondis parum est?

²¹ Stramenta defunt. Tollere hæc ²² aranea

²³ Quantum est laboris? dum scrutatur singula,
Cervi quoque alta est conspicatus cornua.

Quem convocata jubet occidi familia,

Prædamque ²⁴ tollit. Hæc significat fabula,

²⁵ Dominum videre plurimum in rebus suis.

EPI.

(18) *Qui oculos centum*] Πα-
νόπτης. Anonymo Argus fab 58.
PRASC. Herum ipsum peri-
phrasia ea notat, quæ eleganter
curam ejus ac perspicaciam de-
pingit, allusione ad Argum.
SCHEFFER.

(19) *Vertetur*] Versabitur,
constituta erit. *Plaut. Mostel. A. 3.*
sc. 1.

--- *Jam homo in mercatura*
vortitur. SCHEFF.

(20) *Corruptos*] Macilentos,
macie perditos. Imitatio Græci
sermonis, nam ita utantur τῶ
διαφθειρόμενοι. FABER. *Rigal-*
tius accipit pro ruptis. Sed re-
fellunt eum subsequents. Rupti
namque non curantur pabulo.
Corrupti, sunt male habitii, ma-
cilentii, macie perditii. Ita *Cæsar*,
quamquam plenus, *corruptos ma-*
cie equos dixit 3. B. G. SCHEFF.

(21) *Stramenta defunt*] Mal-
lem hujus loci sententiam erigere

adjecta interrogatione. Nam et
irritior hic loquitur dominus, cui
generi convenit interrogatio, &
per interrogationem effertur
cætera. SCHEFF.

(22) *Aranea*] Telas intelli-
git. Nempe *araneus*, a, um, ad-
jectivum est. Ita usurpavit & *Pi-*
troni: *Araneis oleo madentibus*
dixit, hoc est, telis. *Plinius Va-*
lerianus l. c. 11. *Aranea telam*
posita ex oleo. Hinc araneum nec-
italiter & absolute, opus araneo-
rum, subauditò *textum vel*
rete. *Cornelius Fronto*: *Araneum*
quod textum est, aranea qua
xit. SCHEFFERUS.

(23) *Quantum*] Mallet &
Heinsius legere *quanti.* SCHEFF.

(24) *Tollit*] Tolli. HEINSTEUS.

(25) *Dominum videre*] Vult
scriptores de *Re Rustica* Colum-
1, 1. sub. fin. *Pallad.* 1, 6. *Xeno-*
phon. lib. V. memorabil. *Soci-*
BUCHNERUS.

(1) 19

EPILOGUS.

ÆSopo ¹ingentem statuam ²posuere Attici,
³Servumque collocarunt ⁴æterna in basi,
⁵Patere honoris scirent ut cunctis viam,
 Nec generi tribui, sed virtuti gloriam.

Quo-

(1) *Ingentem*] Nam & in eo pars fuit honoris, si fieret statua supra vulgarem magnitudinem. SCHEFFERUS. Crediderim Gaudium dexterrime coniecisse *Æsopi ingenio*: non enim videtur statua *Æsopo* posita, magnitudine alias viris claris & bene meritis erectas superasse. Neque novum librariis esse pro *ingenio*, *ingentem* nobis obtrudere, ostendit Acidalius ad Curt. 10. 5. n. 32.

(2) *Posuere*] Proprium verbum. Cicero Verr. 2. Heredem statuas esse jussum in foro ponere; nisi posuisset, Veneri Erycina esse multatum. Suet. Calig. 34. Vtuit post hæc viventium cuiquam usquam statuam poni. Ita infiniti alii. Notat autem donum honoris causa. SCHEFFER.

(3) *Servum*] Significanter, pro, licet foret servus, nempe quia his concessus honor iste non fuit. Observavit diligentissime, ut omnia, Nob. Dom. Grypenhielm. seu Figyelius in de Stat. c. 8. SCHEFFERUS.

(4) *Æterna in basi*] Basis & tabella, cui titulus inscribitur, *προσθήκη* sunt statuar; *Addimenta* Crispo, Orat. 2. de Rep. PRASC. Respectu voluntatis &

propositi Atheniensium. Erant enim bases illæ ex saxo, forma quadrata vel rotunda. Eundem consule. Apulejus lib. 2. *Afin. Amoris profundi pedicis æternis alligat.* Vide ibi *Pricarum. Statius lib. 1. de equo æneo Domitiani: teneat quamvis æterna crepido.* SCHÆF. Eleganter Phædrus respicit solennes inscriptiones statuarum, & monumentorum, quibus memoria clarorum virorum æternitati commendabatur. Sic apud Gruter. pag. 372. 6. Tertullus dicitur Conjugi lux *Æternitatis memoriam* posuisse. Et in marmoribus Felsincis a Malvasia editis sect. 7. c. 2. *Pompeje Maxime, memorie æternæ.* Reinell. infc. 6. 129. *Statuam ad vivacem recordationem, & sempiternam memoriam posuerunt.* Annian. Marcell. 24. 6. *Ex his, quidam æternitati se commendari posse per statuas existimantes, eas ardentè affectant,* hinc satis puto Gujeti corrigendi audaciam retundi.

(5) *Patere honoris &c.*] Mallem, *scires ut cunctis.* PRASC. V. C. Pich. habet *homini.* Forte *patere scirent nomini ut cuncti viam.* HEINS. Inscriptio apud

H 5 Gru-

6 Quoniam 7 occuparat alter, ne primus forem, 5
 Ne solus esset, studui, quod superfuit.
 Nec hæc invidia, verum est æmulatio.
 Quod si labori faverit Latium meo,
 8 Plures habebit quos 9 opponat Græciæ.
 10 Si livor obtrectare 11 curam voluerit,
 Non tamen 12 eripiet laudis conscientiam.

Gruter. pag. 705. 12. Nulli præclusa est virtus; omnibus patet, non querit censum, sed nudo homine contenta est.

(6) Quoniam occuparat] Optime Rittershusius hæc explicat; licet malit, quod jam occuparat scribere Rigaltius, Neveleto teste. Quod autem censet Rittershusius præcessisse versum, qui exciderit, id ego quidem hactenus non intelligo. Hæc enim est sententia: Quia Attici facti suo docuerunt, cunctis cujuscunque sortis, aditum patere ad honorem, ego quoque consequi cum studui, exemplo Æsopi. SCHEFFER. Hæc non de Æsopo sed Melisso, qui jocosum libellos, qui ex Apologis Æsopicis constabant, conscripserat, intelligenda censet Heins. ad Ovid. 4. ex Pont. el. ult. v. 30.

(7) Occuparat] Turpilium Trasileone similiter absolute usurpat, Nonio citante, istis verbis: Cesso occupare, & me in colloquium conferre horum. Plinius Paneg. 10. Occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant; sicut Noster. SCHEFFERUS.

(8) Plures] Qui similia facit, incitati successu meo. SCHEFFERUS.

(9) Opponat Græciæ] Tanquam tales, qui, quod ibi Græce alii, ipsi Latine composuerint, æquali ingenio præstantiaque. SCHEFF. Cum hac enim certamen omnis laudis erat Latio. Generis hujus sunt Vitæ Parallela Plutarchi. Macrobius de Homero & Virgilio. Sic oppositi Poëtæ, Oratores, alii. Græci enim sua tantum mirantes, ut ait Tac. 2, 88, 5. invidebant Romanis, ut exemplum est in Cicerone Plutarchi cap. V. favabantque contra eos vel Parthorum gloria, Liv. 9, 18, 5. Adde Dionys. Halic. 1, 4. FREINSHEMIUS.

(10) Si livor] Puto Sin scribendum ut mox; Sin autem ab illis &c. SCHEFF.

(11) Curam] Hoc opus. quod cum cura studioque elaboravi. Tacitus 4. An. 2. Quorum in manus cura nostra venerit. Ovidius 4. ex Ponto ep. ult.

- - - Quorum quod inedita cura est.

Sic enim habet optima Heinsiana. SCHEFFERUS.

(12) Eripiet] Mihi scilicet, quippe qui me ista sic scripsisse scio, ut promeritus sim laudem. Ut mox sequenti cap. v. lib. 3.

- - Mibi solennis debetur gloria. Num

Si no
 14 Et
 Omne
 17 Si

Num p
 de aliis
 obtrect
 meo no
 videre,
 illud p
 modum
 ante be
 usurpav
 est, vi
 etorum
 1. Sme
 di. Ne
 ut men

(13)
 quantu
 Fama

(14)
 fitas,
 Falt. L
 fugue c
 leum c

(15)
 spectu
 ipsos p
 lat. Qu
 dicinam
 cum pe
 quit, c
 fabulas
 gulari.
 ver ani
 SCHEFF

(16)
 qua tal
 & intel

Si nostrum studium ¹³ ad aures pervenit tuas,
¹⁴ Et arte fictas animus ¹⁵ sentit fabulas,
 Omnem querelam ¹⁶ submovet felicitas.
¹⁷ Sin autem ac illis doctus occurret labor,

15
Si-

Num potius intelligendum hoc de aliis, qui etiam si ob livorem obtrectabunt, non poterunt tamen non intrus & in conscientia videre, digna ista esse laude. Sed illud prætero. Nam ad eundem modum conscientiam officii, & vite bene actæ, Cicero quoque usurpavit. SCHEE. Laudis, id est, virtutis laude dignæ, seu factorum laudabilium. Virg. Æn. 1. Sunt hic etiam sua præmia laudi. Nepos 13, 2, 3. Cujus laudis ut memoria maneret. PRASC.

(13) Ad aures] De rumore loquantur. Virgilius 2. Æn.

Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures. SCHEE.

(14) Et arte] Lege, & apte fabulas, id est, non inepte. Ovid. Fast. Ligna senex minuit concisæque construit apte. Liv. 1. Piculum capiti apte reponit. HEINS.

(15) Sentit] Eleganter, respectu efficaciæ istius artis, quæ ipsos pæne sensus tangit ac titillat. Quemadmodum sentire medicinam dixit Celsus de ægroto, cum per eam convalescit. Si inquit, experiris, scriptas esse has fabulas non inepte, sed arte singulari. Ita mox lib. 3. c. 1. ut liber animus sentiat vim carminis. SCHEFFERUS.

(16) Submovet] Ista mea, qua talem inveni lectorem, qui & intelligit artem, & ex ea capit

delectationem. Faber sic hoc loco: Ita mihi beatus videor, nullum ut querendi locum reliquum esse putem. Submovet, est, tollit, aufert, removel. SCHEE.

(17) Sin autem ab illis] Sensus totius loci hic est, si sensum habeo: Si tibi Lector meæ fabulæ istæ complacuerint, & tu te ex iis contorxeris; sat ero felix. Sin autem doctus ille labor meus hominibus scævis & invidis occurrerit, id est, adversus fuerit, æquo animo fortis meæ iniquitatem patiar. Et ita tu quoque, nisi fallor, hæc accepisti, nec temere mones particulam, ab, sententiæ advorsari. Quam ego tamen (si quid nimis incerti ausim proponere) non ideo inducendam puto: malimque levi mutatione in ac mutare, & sic porro interpungere:

Sin autem; ac illis doctus occurrat labor.

Nostris satis, de quo ego alibi pluribus, elegantem & concisam illam loquendi rationem, q. d. Sin autem non admiseris hæc in aures animumque tuum, & si illis, qui irato genio nati sunt, hic labor meus occurrerit; patiar ac feram. Ceterum ut mecum scias, nec nimis, quod illi solent, æstuavi in conjectura hac, nec mihi valde de ea placeo, ne quis me censeat. Certe,

oe-

18 Sinistra quos in lucem natura 19 extulit,

Nec

occurrere, pro adversari, & Propertius meus dixit. SCHOPPIUS. Malim, in illos doctus incurrit. PRASCHIUS. Neque mihi displicet, quod habet Schoppius: *Sin autem*; ac illis doctus occurrit labor. Hoc sensu; si autem illa mea non est fortuna, ut tu legas æstimesque, & illi tantum hunc laborem meum fumant in manus, qui &c. Occurrit, Schoppius exponit, adversatur, inimicus est, odio est. Subtilitatem querit, ubi nulla est. Dixerat supra pervenit ad aures; id hic alio modo reddit per occurrit. Ergo occurrit illis, est ad aures, ad matius eorum pervenit. Cicero de orat. Nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet. SCHEFFER. Forte legi debet, *sin autem*: ac illis doctus acuerit labor. Acuerit ab aceto vel acesco. Ovid. rem. amo. 307. *Hæc tibi per totos inacescant omnia sensus*. Ubi vide notas nostras. Hoc vult, si non tantum tibi displicuero, sed etiam, quod plus est, hominibus malignis, qui omnia solent carpere. *Accescere* hic est displicere, ingratum esse: nam *acescere* dicuntur vina, cum corrumpuntur, & in acerum degenerant, ut etiam *Mucere*. Cato de R. R. 146. & Pomponius l. 9. ff. de peric. & comm. rei. vendit. Hinc emendandus quoque Petronius, *Dic Chrysis nunquid spiritus jejunia inacet, vel mucet*; vulgo ibi in epte marcet. Sic & Apulejus di-

xit *poracescere* non semel, hinc *acida calices* Plin. 10. 70. & *acutus cantus* apud Petron. pro insuavi & ingrato, quod semel apud illum est corruptum, ubi *cantus acutus* male nunc legitur. Ab *acesco* vel *aceto* est *acuerit*. Ulpian. l. 1. ff. de pericul. & comm. rei. vend. *Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitii sustulerit*. Horat. Epist. *Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit*. Hinc & *acor*, Columel. 3. c. 27. & l. 4. ff. d. t. Hinc quoque est locutio, *aceto aliquem perfundere*, Horat. 1. Serm. 7. & Plaut. Pacch. 3. 3. 1. *Sine acetum tibi cor acre in pectore*; ubi lege *cor acre*. Et in Pseud. 2. 4. 49. *Equid habet is homo acuti in pectore*. CH. atque *acidissimus*. Corrige etiam Cicero. 2. de finibus: *incurrere in urbanitatem sacrosam, & lege acetosam*. Heinius. Sub finem codicis sui Nobilissimus manu sua scripserat, quæ supra annotabam de *acescendi* verbo, nunc a me improbantur. Scribe: *Sin autem*: ubi illis doctus occurret labor. *Sin autem*, ut initio libri 3, *Quem se leges latere*; *sin autem minus*: *habebunt certo quo se oblectent posteri*. Ovid. *Sin minus*: est *animus nobis effundere vitam*. HEINS.

(18) Sinistra] Qui aliter Dis iratis nati & scævi dicuntur. Agell. l. 12. c. 13. *Scævus profecto & cæcus animi forem, Si cum haberem tui copiam, issem magis ad alium quam ad te*. Et Symmach. lib. 3. epist.

Nec qu
20 Fata
Doncc

Epist. 68
vix de
Infaulta
luc in p
rum. Sic
12. SCH
(19)
die. Sic C
Verrin. de
(20)
auctorem
pam nost
ceperam
monet p

PR

PHæc
Vacc
Ut libe
Verum

(1) A
ris publ
sterique
quiosa vit
vata, & o
litterisqu
bus in ce
Ciceron.

Nec quicquam possunt, nisi meliores carpere,
 20 Fatale exitium corde 21 durato feram,
 Donec fortunam 22 criminis pudeat sui.

Epist. 68. *Quæ a quibusdam se-
 uis designata dicuntur.* SCHOPP.
 Insulta, aduersa; inimica, ve-
 luti in pœnas & supplicia alio-
 rum. Sic usurpauit *Curtius* 7. c.
 12. SCHEFFERUS.

(19) *Extulit*] Protulit, edi-
 dit. Sic *Cicero* loquitur alicubi in
Verrin. de agro. SCHEFFERUS.

(20) *Fatale*] Malum, quod
 auctorem habet fatum, non culpam
 nostram. Ita verba hæc ac-
 ceperam, cum me *Cl. Gronovius*
 monet per litteras, videri vitium

pro exitium legendum: Et expo-
 nit tale, quod non magis effugere
 licet, quam fata, ut *Tacitus* vi-
 tium paruis magnisque civitati-
 bus commune, ignorantiam recti,
 & inuidiam. SCHEFFERUS.

(21) *Durato*] Obfirmato a
 me ac indurato aduersus talia.
 Sumsit ex *Plauto*. ut alia. Nam
 is ita *Pseud. A.* 2. sc. 3.

C. A. cruciar. PS. cor dura SCHAF.

(22) *Criminis*] Quippe quæ
 sic affligerit innocentem. Dixit
Rittershusius. SCHEFFERUS.

Explicit Liber II.

Incipit

LIBER TERTIUS.

PROLOGUS AD EUTYCHUM.

PHædri libellos legere si desideras,
 1 Vacas oportet, Eutyche, 1 a negotiis,
 Ut liber animus sentiat vim carminis.
 Verum, 2 inquis, tanti non est 3 ingenium tuum,
 Mo-

(1) *A negotiis*] Ita vocat cu-
 ras publici officii, quomodo
 plerique veteres, unde etiam *ne-
 gotiosa vita*, quæ opponitur pri-
 uatæ, & otiosæ & contemplationi
 litterisque deditæ. Dicam pluri-
 bus in commentariis ad officia
Ciceron. SCHEFFERUS.

(2) *Inquis*] V. C. inquit.
 HEINSIUS.

(3) *Ingenium tuum*] Id est,
 pœma tuum, opusculum. Prop-
 prie apud Latinos Poëtis inge-
 nium adscribitur. *Propert.* 1. 7.
*Tunc ego Romanis præferar inge-
 nis*, id est, Poëtis. Vide quæ ibi
 notat *Passeratius.* (4) of-

Momentum ut horæ pereat 4 officii mei.
 Non ergo causâ est manibus id tangi tuis,
 Quod 5 occupatis auribus non convenit.
 Fortasse dices: aliquæ venient feriæ,
 Quæ me 6 soluto pectore ad studium vocent.
 Legesne quæso potius 7 viles nœnias,

(4) *officii mei*] Ut *tempus officii* dicitur, sic & *hora officii*, ut *temporis momentum*, sic & *horæ momentum*, atque hinc *momentum horæ officii*, minimum temporis horæve punctum, quæ hora, vel quod tempus officio est destinatum. Pæne ad eundem modum, sic ut apud *Corn. Nep. vita Attici c. 3. domicilium orbis terrarum imperii legimus*. Mallet tamen *Heinsius officiiis meis*. Id quod nec *Gronovio* displicere, ex ipsius literis intelligo. *Faber ad lib. 1. c. 27.* disquirat, quid officium significet hoc loco, ac concludit: *Debet explicari de officiosa divinitum, magistratum & principum salutatione, licet a viris doctis aliter intellectum. Ego non existimo. Nec enim hic Eutyclus is fuisse videtur, cujus unicum officium, salutare. Arguit, quod sequitur, ut ad suam FORTIUS PRÆSTES vicem. Item, quod est sine lib. 4. ubi sine dubio ad hunc verba facit: parco, ne tibi videar molestior, destrinxit quem multarum rerum varietas. Itaque officium de munere publico accipio, quod sustinebat forsitan in aula principali; audiens sollicitantium preces; & ad principem deferens. Vix enim aliter occupata aures*

ejus, quas mox memorat, possunt intelligi. Saltem hoc apparet, id officium non in salutando, quod putabat *Faber*, verum audiendo fuisse occupatum. Atque nescio, annon *Fabrum* in diversum traxerit locus minus diligenter inspectus. Citar sane ibi, ubi dixi, non officii mei, quod habent omnes libri; etiam ipsius, verum tui. *Momentum ut hora pereat officii tui. SCHEFF. Lege officiiis meis. HEINSIUS.*

(5) *Occupatis auribus*] Eleg. in oppositione ad præcedens manibus, unde illud tuis huc trahendum est. Videtur autem hic *Eutyclus* fuisse quispiam ex iis, quorum opera res suas proponere principi solerent, id est, qui audire negotia consueverat, ut dicit *SCHEFFERUS*. Sic *vacua & feriatæ aures*. V. *Munk. ad Fulg. princ. HEINSIUS.*

(6) *Soluto pectore*] Bono sensu pro libero a curis. Quomodo *Cicero animo soluto ac libero dixit in Verrina 1. SCHEFFERUS.*

(7) *Viles nœnias*] Sic per modestiam, aut usurpans cogitata *Eutychi*, fabulas hæc suas *Phædrus* appellat: aut quia sic habebantur ab iis, qui rem amant, de quibus statim sequitur. *Nœnia*, carmen, quo mulcentur aures

10
Im-

Impend
 Reddas
 Animu
 Ut adfi
 Mut
 Intrare
 Ego, c
 In quo

aures pue

Roscia

P

Nania,

t

Lege: Le

mas. Sic

Apolog.

ut. Fel.

fabella H

Quintil. 1

Capell. f

fabulam i

nœnias v.

Mythol. p

(8) R

stra dicere

pe quibus

durus, c

SCHEFFER

(9) U

viri docti

Pœnonium

apud Mar

tali; apu

ram facere

opinor.

Noster ita

catus? E

erat feris

hoc loco

cum uxore

aures

Impendas curam quam ⁸ rei domesticæ,
 Reddas amicis tempora, ⁹ uxori vaces,
 Animum relaxes, ¹⁰ otium des corpori,
 Ut adfuetam fortius ¹¹ præstes vicem?
¹² Mutandum tibi propositum est & vitæ genus, ¹⁵
 Intrare si Musarum limen cogitas.
 Ego, quem ¹³ Pierio mater enixa est jugo,
 In quo tonanti sancta Mnemosyne Jovi

Fœ-

ures puerorum. Horat. 1. ep. 1.

Rosca dic sodes, melior lex, an
 puerorum,

Nenia, qui recte regnum facien-
 tibus offert. SCHEFF.

Lege: Legasne potius aniles nœ-
 mas. Sic aniles fabula Apulejus

Apolog. Et anilis superstitio Mi-
 nuat. Fel. ubi v. Herald. Aniles

fabula Horat. 2. sat. 6. 77. &
 Quintil. 1. c. 8. & sic apud Marr.

Capell. sub finem pro senilem
 fabulam legendum anilem. De

azniis v. Muncker. ad Fulgent.
 Mythol. princip. HEINS.

(8) *Rei domesticæ*] Vult, fru-
 stra dicere ferias *Eutychem*, quip-
 pe quibus quidvis potius sit ac-
 turus, quam lecturus fabulas.

SCHEFFERUS.

(9) *Uxori vaces*] Hoc ajunt
 viri docti significare, quod apud

Peronium, nuptiale officium;
 apud *Martianum*, vacatio mari-
 talis; apud *Fabium declam.* 291.

rem facere boni mariti. Ego non
 opinor. An enim honeste satis

Noster ita ad *Eutychem* foret lo-
 cutus? Et quid? num huc opus

erat feriis? Itaque uxori vacare
 hoc loco accipio, pro fabulari

cum uxore, feria & jocos mi-

ficere, agere, quæ quoquo mo-
 do ei esse possunt grata & ju-
 cunda. Quod nempe non pote-
 rat diebus aliis *Eutychem*, occu-
 patus negotiis suis. Gallis est

entretenu, nostris, aufsewarten,
 SCHEFFERUS.

(10) *Otium des corpori*] Cu-
 res illud. *Plinius*, corpori vacare

dixit in epistolis hoc sensu, quod
Rigaltius jam observavit. Cæte-
 rum ut hic dare otium corpori,

sic infra c. 15. dare lusum animo.
 SCHEFFERUS.

(11) *Præstes*] Vicem posuit
 pro munere. Ita *Tacitus* explere

vicem de iis, qui peragunt ea,
 quæ sunt sui muneris 4. An. 8.

Vestram meamque vicem explete.
 Præstare, est peragere. Sic *Cicero*,

munus suum præstare in de Orat.
 SCHEFFER. Lege præstes. Et sic

V. C. Pithœi. Vel lege, perstet.
 HEINSIUS.

(12) *Mutandum*] Forte le-
 gendum, mutandum tibi propo-
 sita id est vitæ genus: pro S,

V. C. Pithœi habebat ut, unde
 id fecimus. HEINS.

(13) *Pierio*] Dixi de hoc an-
 te, in vita *Phadri*. *Ursinus* har-
 bet pro locutione proverbiali,
 sine

fine

fine

fine

fine

fine

fine

fine

fine

fine

Fastidiose tamen in ²¹ cœtum recipior. ²² Quid credis illi accidere, qui magnas opes Exaggerare ²³ quærit omni ²⁴ vigilia, ²⁵ Docto labori dulce præponens lucrum? Sed jam ²⁶ quodcunque fuerit (ut dixit Sinon, Ad Regem quum Dardaniæ perductus foret) Librum exarabo tertium Æsopi ²⁷ stylo,

Ho-

Gronovii conjecturam verba inscriptionis Gruterianæ, ad epilog. libri præced. laudata confirmant, *nudo homine contenta est.*

(20) *Fastidiose*] Ægre, difficile, & quasi cum fastidio ac dedignatione ejus, qui tantopere ambit. Sic Cicero in *Ep. Att. lenre* & *fastidiose probare.* SCHEFFER. Petron. c. 13. *Tanquam mendici spolum etiam fastidiose venditabat.* Horat. 3. Od. 1. *Dominusque terra fastidiosus.*

(21) *Cœtum*] Musatum. Sensus: etiam si omnia posthabeam literis ac doctrinæ, ut opes & gloriam, tamen ad eam veram solidamque non, nisi difficulter ac sero pervenio. Verissime, sed paucis persuadetur. SCHEFF.

(22) *Accidere*] Quomodo putas illum posse evadere doctum, qui &c. SCHEFFER.

(23) *Quærit*] Pulchre de eo, qui cum summa diligentia & desiderio agit. *Virg. 7. Æn.*

--- *Candantem, & quærentem dicere plura.*

Livius l. c. 14. Cum parte majori, atque omni equitatu profectus, id quod quærebat, tumultuoso & minaci genere pugne ad equitando ipse prope portis, hostem exivit. SCHEFFER.

(24) *Vigilia*] H. e. vigilantia. Habes idem præc. Inlt. §. 1. PRASCHIUS. Non tam *vigilantiam* significat, ut existimant, quam *curam & sollicitudinem.* Cicero *præf. Parad. Illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.* SCHEFF.

(25) *Dulce*] Opponitur elegantè præcedenti *docto*, quasi diceret: ibi labor est, hic lucrum: ibi doctum quidem aliquid, at hic dulce, quod est longe melius. *Dulce*, est jucundum, propter varias utilitates ex pecunia. SCHEFF.

(26) *Quodcunque fuerit*] Non videtur sane pretium, ob duo isthæc verba Sinonem laudare Virgilianum: nisi quid Satyrici subest, aut res in proverbium (ut multa sæpe) tunc abiit. PRAS. Sive perveniri hac ratione possit ad eruditionem, qua tu putas, sive non possit, ut ego censeo. Porro in proverbium veluti hoc abivisse apud veteres haud agere assentior *Lud. Præschio*, ita suspicanti hoc loco. SCHEFFERUS.

(27) *Stylo*] Non ad *Æsopi*, sed præcedens *exarabo* pertinet. *Exarare stylo*, est scribere. Vide

Honori & meritis dedicans illum tuis.
 Quem si leges, lætabor; ²⁸ sin autem minus,
 Habebunt certe, quo se oblectent posteri.
 Nunc ²⁹ fabularum cur sit inventum genus
³⁰ Brevi docebo. ³¹ Servitus ³² obnoxia
 Quia quæ volebat, non audebat ³³ dicere,
³⁴ Affectus proprios in fabellas transtulit,

30

35

Ca.

me in Opusculo peculiari de stylo.

SCHÆFFERUS.

(28) *Sin autem minus*] Vir doctus tentat: *Sin*, tamen haud *minus*. Sed propter sequens certe nihil mutem. Nam & pulchrum hoc & usitatum; *sin autem minus*. FREINSHEMIUS.

(29) *Fabularum genus*] I. e. fabulæ. Sic *jocorum genus* infra lib. 4. c. 16. *Senec. Hyppol. v. 338.*

Ignes sentit genus aligerum. SCHÆFFERUS.

(30) *Brevi*] Forte *breviter*. HEINSIUS.

(31) *Servitus*] Grandius & significantius sic appellat *Æsopum*. Adde autem *Suidam* voce *Ἄσσοπος*, quem hic commode *Neveletus* citat. SCHEFF.

(32) *Obnoxia*] Arbitrio ac potestati alienæ subjecta. Absolute. Ita *animum obnoxium* dixit *Plinius* præf. operis, & apud *Sueton. Tib. cap. 12. obnoxium* egit. *Plaut. in Trin. 4. sc. 3. Si bonus est, obnoxius sum.* vide t. I. SCHEFF. Sic loquendi libertatem (quod amicus meus & cognatus dilectissimus J. J. K. Diss. de Libertate Senatoria demonstratum ivit, attingitque ampliff. *Bosius de Character. beatæ Reip. §. 17.*) gravif-

simi sæpe viri ænigmatis, satyris, dramatis, historiæ veteris imagine, & similibus rebus explicatur: quibus exemplum præfens non immerito adscribit. PRASCHIUS.

(33) *Dicere*] *Lege hiscere*. *Plaut. Ne hiscere quidem audebat.* *Cicer. Philip. 2. Respondetisne ad hoc? an omnino hiscere non audebis? Hiscere cum quanto casu Propert. 3. 3. Tantum operis nervis hiscere posse meis.* Hinc alibi dixit: *palam mutire Plebeij piaculum est.* Et lib. 1. fab. 1. *Vocem præcludit metus.* Vide *Euripidis* locum a *Rittershusio* laudatum. Forte etiam legendum, quia, quæ lubebat, non audebat hiscere. *Catull. ep. 15. Quem tu, quæ lubet, ut habet movet.* HEINSIUS.

(34) *Affectus*] Non intelligit perturbationes, sed res quæ accidebant ipsi, quæ eum afficiebant. Hoc vult, omnes casus qui venerant, omnem injuriam, qua afficiebatur, ultum esse fabula. Ita *Celsus*, corporis affectum usurpavit pro eo, quo corpus aliter atque aliter afficitur. SCHÆFFERUS.

(35) Ca.

35 Cal
Ego p
Et 37
In cala

(35)
Calumni
Forte leg
his illud
dit illud
de hoc ve
lustr. Sic
Interp
nt. HEIN

(36) S
Nam sem
Quare m
sem. Feci
quasi dix
tam eam
Nec disti
& semitan
areviam.
locus:

Avia P
n
Trita so

Non possu
crutimen
versus ali
nobis blat
Pato Nost
Faci nam
fuis, latio
horum se
que Plauto
nec se ait
Sed rectifi
cum Nost
mutam, q
bulabat, i

35 Calumniamque fictis elusit jocis.
Ego porro illius 36 semita feci viam,
Et 37 cogitavi plura quam reliquerat,
In calamitatem 38 deligens quædam meam. 40

Quod

(35) *Calumniam*] V. C. Pith. *Calumniamque fiet scelus & losis.* Forte legendum, *calumniamque fictis illuſit jocis.* Sic fab. 88. *Planctus illudens equis.* Alibi plura de hoc verbo. Vel legendum *adluſit.* Sic infra hoc verbo fab. ult. *Intempeſtive qui occupato adluſerit.* HEINS.

(36) *Semita*] Laborat verſus. Nam *ſemita* primam producit. Quare malim : *Ego porro illius ſem.* Feci viam, puto idem eſſe, quaſi dixiſſet, *ivi*, proſectus ſum eam viam, quam ille *ivit*. Nec diſtinguo heic inter viam & ſemitam. Cicero dicit, *Conſideraviam.* Huc facit Lucretianus locus:

*Avia Pieridum peragro loca,
nullius ante*

Trita ſolo. - - SCHOP.

Non poſſum impetrare a me quin exiſtimem hic lacunam eſſe, & verſus aliquot excidiſſe, quos nobis blattæ inviderint. FABER. Puto Noſtrum ſcripiſſe, *ſemitam*, feci viam. Notaverat *Rittershuſius*, latioreſſe viam, anguſtiorē ſemitam ex *Cicerone* atque *Plauto*. Id *Schoppius* repudiatur, nec ſe ait inter hæc diſtinguere. Sed rectiſſime *Rittershuſius*. Hoc cum Noſter vult, ſe *Æſopi ſemitam*, qua unus ſoluſque ambulabat, repetendo, & frequen-

tius, quam ipſe fecerat, calcando effeciſſe, ut fieret via. *Semita* fit via, cum a pluribus incipit ambulari, & ſic magis vulgatur, atque dilatatur. Id quod *Phædrus* a ſe ait factum, ideoque ſubjicit, *& cogitavi PLUR A*, quam reliquerat. Quod autem *Faber* putat, ante verſum hunc nonnullos excidiſſe, quos nobis blattæ inviderint, in eo mihi ſuam ſententiam non probat. SCHEFFER. Lege : *Exili porro e ſemita feci viam.* HEINS.

(37) *Cogitavi*] I. e. excogitavi. LIV. 2. 55. *Aliud agendum ac cogitandum.* PRASCHIUS. Pro composito, excogitavi. Sic *Livius lib. 11. cap. 55. aliud agendum ac cogitandum*; quem locum opportune *Praschius* hic notavit. *Corn. Nepos vita Datami c. 6. quod ad ſuam perniciem fuerat cogitatum.* Quanquam, ne quid diſſimulem, Noſter pro, *& cogitavi*, una voce excogitavi, omiſſa conjunctione, ſicut ſolet, ſcripiſſe videatur. SCHEFFERUS. Lege : *excogitando plura quæ relicta erant.* HEINS. *Cogitare*, pro excogitare utitur & *Terent.* *Heaut. prol. v. 13. Sed hic auctor tantum poterit a ſarandia, quantum ille poterit cogitare commode.*

(38) *Deligens*] Forte *dirigens, ſeligens, vel inde eligens.* HEINS.

Quod si accusator 39 alius Sejano foret,
 Si testis alius; 40 iudex alius denique,
 41 Dignum faterer esse me tantis malis,
 Nec his dolorem 42 delenirem remediis.
 43 Suspicionem si quis 44 errabit sua,

45
Et

(39) *Alius Sejano*] Pro alius, quam Sejanus; vel, a Sejano diversus. Horat.

Neve putes alium sapiente bonoque beatum.

Idem: *Ne quis sese alius Lysippo duceret arc.*

Sallust. *Aliud bello mallet.* Plaut. *Qui querit alia his, malum videtur querere.* Ita ibi recte decus nostrum Janus Gulielmus. SCHOPPIUS. Pro à Sejano, præpositione omiſſa, h. e. quam Sejanus, quod jam Neveletus observavit. Adde Heinsium ad Ovid. *Amor. I. el. 4. v. 1.* SCHEFF.

(40) *Judex*] Non vereor describere: *Index.* Qui Latinis scriptoribus idem valet quod Delator. Cicero pro Muræna: *Vallatam indicibus atque ficiariis.* Et Paradoxo ultimo: *Videt domi tua pariter accusatorum & indicum confociatos greges.* Et tuus Aufonius:

Indice me nemo, sed neque teste, perit. SCHOP.

Scribit Schoppius, *index*, & exponit *delatorem.* At præcesserat de *accusatore*, qui a delatore nihil, hoc in loco quidem, differt. Dein repugnat ordo verborum. Præcedit *accusator*, sequitur *testis*, non potest post hunc *index* poni. Et ubi remanebit *iudex*. Igitur nihil muto. Vox *judicis* vim *Sejani* innuit, ob quam satis ad

damnationem in iudicio fuit, a *Sejano* accensari. SCHEFFERUS. Male Schoppius *Index.* Sejanus partes accusatoris, testis & iudicis sustinuit, & in Aufonii loco, quem citat, legitur. *Judice me nemo, sed neque teste perit.* H. 181.

(41) *Dignum*] Quia patet propter ejusmodi aliquem, cuius vita fortunæque merentur, ut ipsius gratia quid feramus. Nunc, quis est *Sejanus*, uno paulo ante tractus? Hoc opinor velle. SCHEFFERUS.

(42) *Delenirem*] Legendum. *Delenirem.* Horat. 3. Od. 1. *Quod si dolentem nec Phrygius lapis, nec purpurarum fidere clarior delenit usus.*

(43) *Suspicionem*] Secundum in *suspicionem* per dialtolen producit. Est autem locus hic eximius ad declarandam suspicionis indolem. Cui quo penitus intelligeretur, hæc addenda censui. Suspicionis tria reperio genera: primum ingenuum, utile & laudandum, cui prudentia mater est & moderatrix: quod nec facile concipitur, nec fovetur facile melius fere sentire & omnia excusare sibi mavult, quousque non finit. Sed nec facile ultionem parat, utpote cui satis est potius videri. Ejus generis est suspicio Pamphili (nam Comiciis exem-

Et 45
47 Stu
Huic
Neque
Verum

plis uti
optimos
poetas et
Alterum
præprop
lum: qu
tione fac
pit in ira
gia, atq
quodam
genus in
4. 1. Sin
chete Hec
miphone
denique c
probam,
profectur
mer, nihil
pit, afflu
tura, quæ
Davus Ar
mala cor
emplo Sy
merito ti
malefacta
Quam ob
d. 7. 2. 2.
i. 2. 2. 2.
Jacobus I
reditarius
suspicio,
fructus. A
pellimo,
quod graf
metur. P

Et 45 rapiet ad se, quod 46 erit commune omnium,
47 Stulte nudabit animi conscientiam;

Huic excusatum me velim nihilominus.

Neque enim notare singulos mens est mihi,

Verum ipsam vitam & mores hominum ostendere: 50

Rem

plis uti libet, quo appareat, optimos affectuum pictores hos poetas esse) in Hecyra 3, 1, 19. Alterum morosum, credulum, preproperum, amicitii adversum: quod incerta postulat ratione facere certa; quod erumpit in iras, æmulationes, jurgia, atque adeo ex incogitantia quadam provenit. Videre est id genus in Charino Terentii Andr. 4, 1. Simone ibid. 5, 4, 6. Lachete Hec. 2, 1. & 4, 4, 53. Demiphone Phorm. 5, 7, 41. Est denique otiosum quoddam, improbum, ab animo callidissimo profectum: quod omnia tuta timet, nihilque non in pejus rapit; assuetudine magis vel natura, quam occasione: ut facit Davus Andr. 1, 2, 4. Sæpe ex mala conscientia nascitur, exemplo Syri Heaut. 5, 2, 49. cui merito timendum, ne propter malefacta scapulas perderet. Quam ob rem Agapetus cap. 47.

ὁ γὰρ τινὲς μὴ ἀδίκῳ, οὐκ ἠσπασταί τινος. Et Seren. R. Jacobus Lib. II. Δόρυ βασι. Hereditarius tyrannorum morbus est suspicio, exulcerate conscientie fructus. Ab hoc genere omnium pessimo, illa tempestate maxime quod grassabatur, Phædrus h. l. metuit. PRASCHIUS.

(44) *Errabit*] Forte *aberrabit*. HEINSIUS.

(45) *Rapiet*] Eleganter, velut de re, ad se nihil pertinente. Dicit, se tactum, & exagratum tacite hac illave fabula. SCHEFFERUS.

(46) *Erit*] Peculiari notione ponitur, pro *esse* debet. Ita *inf. cap. 11*. SCHEFFER.

(47) *Stulte nudabit*] Intelligendum forte *licet*, cui respondeat *nihilominus*. Sententia tali: etiamsi per hoc, quod talia ad se rapit, stulte ac inepte nudabit suam conscientiam, eamque conspiciendam omnibus præbebit, unde innocentia mea præfiet, tamen etiamsi sic innocentia constabit mea, ego me apud ipsum nunc excusabo. Quamquam & intelligatur locus absque illo *licet*, isto modo: Nudabit ille conscientiam quidem, nihilominus tamen ego velim me excusatum ei, quia non propterea scripsi ut sic hic & ille se nudaret. Nisi quis existimet, fuisse apud nostrum, *stulte* & *nudabit*. Cæterum *nudare* hic est, omnibus conspiciendam præbere. Quomodo *Liv. 3. cap. 48. Atoli defectionem nudabunt*. SCHEFFERUS.

Rem me professum dicet 48 fors aliquis gravem.
 Si Phryx Æsopus potuit, 49 Anacharsis Scythæ
 Æternam famam 50 condere ingenio suo:
 Ego literatæ qui sum propior Græciæ,
 Cur somno inertis 51 deseram patriæ decus?
 Threissæ cum gens numeret 52 auctores suos,

(48) *Forſan*] Metrum ſuadet ut legamus: *forſ* aliq. gr. SCHOP. Vel pueri videant errorem eſſe in verſu, legendum autem *forſ* adverbialiter, quod apud Plautum & alios bonos ſcriptores paſſim reperias, ſed noſtra ante nos dixit Schoppius: at quod jam monēbo, nec ille, neque adeo quicquam alius vidit, emendandum eſſe Ovidium Eleg. VIII. lib. II. Amorum:

At quanto, ſi forte refert, præſentior ipſe, &c.

Legendum: *At quanto, ſi forſ refert, &c.* Nam iſtud, *refert*, cum pro *Interēſi* ſumitur, priorē habet longam: itaque de aliquis Schoppius Ovidium quoque reprehendat, admittatur emendatio. FABER. Schoppius & Faber ſcribunt, *forſ*. Verum melius, ſi hoc retento, cum N. Heinſio legamus *quis*, pro *aliquis*. Et ſic etiam *Freuſhemio* placebat. SCHEFF.

(49) *Anacharſi Scythæ*] Puto *Anacharſis Scythæ*. Si Æſopus Phryx, Anacharſis Scythæ potuit ingenio ſuo condere æternam famam. SCHIOPPIUS. Omiſſa conjunctione. Vide ſup. l. 1. cap. 9. SCHEFF.

(50) *Condere*] Extruere. Sic

Plinius dixit. *condere laudes aliqujus*. SCHEFF.

(51) *Deſeram*] Eſt hoc inter notas *boni* (ut loquuntur) *patriotæ*: quod argumentum juſta diſſertatione illuſtrandum nobis ſepoſuimus. PRÆSENTIUS. Omnitam ornare ac promovere, cum poſſim. Cicero in *Ep. Att.* *Non deſeram preces fratris, non carorum promiſſa, nec ſpem uxoris, nec obſecrationem filii, nec fideles literas vitas*. SCHEFF. *Legi deſeram*. Horat. 1. 6. *Laudis egregii Caſaris & tuas culpa deſerere ingeni*. HEINS. Ita & Nepos Timol. 1. *Nomulli enim iſam ab eo pietatem putabunt, & invidia laudem virtutis obtineant*. Silius Ital. 7. 246. *Quantum diciturum eſt fame*.

(52) *Auctores ſuos*] *Ritubusius* ſcribit auctores Deos. Sed hoc primum falſum de Apolline & Muſa, deinde nec hinc ſequitur, ſi auctores eſſent, ergo *Phædrum* decus patriæ non debere deſerere. Locum ergo oblectiſſimum ſic expono, *Linus & Orpheus primi litteris excolerunt Græciam*. Itaque auctores eos vocat & auctores Græciæ, quatenus eſt *litterata*. Eo enim *to auctores* referendum videtur. Porro

53 Linus
 Qui fa
 Hebric
 Ergo
 57 Qu
 59 Indu
 Cando

hos auct
 ces nume
 non eſſe
 gentis ho
 rei ſuos
 aliquem
 monare,
 pro Mur
 fuerint il
 zere liter
 non ſtu
 mez pat
 pollo &
 Thracia
 eos auct
 genuerit
 Deos. M
 HEINSI

(53)

Hic

Orphe

(54)

lud rem
& invi
 blandam
 dixere.

(55)

53 Linoque Apollo fit parens, Musa Orpheo,
 Qui saxa cantu movit, & domuit feras,
 Hebrique tenuit impetus 54 dulci 55 mora.
 Ergo hinc abesto, livor, ne frustra 56 gemas, 60
 57 Quoniam mihi 58 solemnus debetur gloria.
 59 Induxi te ad legendum; sincerum mihi
 Candore noto reddas iudicium peto.

FAB.

hos auctores dicit Noster *Thracis numerare suos*, hoc est, dicere non esse *Græcos*, verum *Thracica gentis* homines. Numerare auctores suos sic est dictum, sicut aliquem accusatorem suum numerare, apud *Ciceronem in Orat. pro Muraena*. Jam cum *Thracees* fuerint illi, qui *Græciam* instruxerunt literis, vult dicere, cur ego non studeo servare hoc decus meæ patriæ, cum præsertim *Apollo & Musa*, *Dii artium*, in *Thracia* mea habitarent, ibique eos auctores literarum *Græciæ* progenuerint. SCHEFF. Ritterhusius *Deos*. Male. Auctores sunt *Poeta*. HEINSIUS.

(53) Lino] Virg. Ecl. 4.

Huic mater quam vis, atque huic pater adsit

Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. PRASC.

(54) Dulci] Ne quis putet illud teneri fuisse cum molestia, & invidiorum. Ita *Statius* vim blandam, alii alia hujus generis dixerunt. SCHEFF.

(55) Mora] Senec. Herc. fur.

573. *Arts, que præbuerat fluminibus moras.*

(56) Gemas] Proprium livoris, gemere ob felicitatem alienam. Ergo cum vult abesse, ne gemitu habeat opus, si videat fortunam *Phædri*. SCHEFF.

(57) Quoniam] Credo *Phædrum* sic scripsisse: *Quod jam solemnus detur mihi gloria*. Non enim gemit livor deberi cui *gloriam*; sed reddi. FREINSHEMIUS. Quid si: *Quoniam mihi solemnus dabitur gloria*. SCHEFFER.

(58) Solemnis] Solita. Respicit exempla *Lini & Orphei*, qui tametsi *Thracees* fuerint, tamen tantam obtinuerunt gloriam. SCHEFFERUS.

(59) Induxi] Non optantis, aut interrogantis, sed affirmantis & firmiter credentis verba sunt, hoc sensu: Scio, me his compulsisse te, ut legas. Pro hæc mea opera, si ex ea jucundum aliquid tibi accideret, hoc unum peto, ut reddas iudicium. SCHEFF. *Legere condixi te*. HEINS. *Gujetus* more suo hos duos versus suspectos habet.

(40) F A B. I.

Anus ad Amphoram.

ANus jacere vidit ¹epotam amphoram,
 Adhuc ²Falerna fece, & testa ³nobili
 Odorem quæ jucundum late spargeret,
 Hunc postquam totis ⁴avida traxit naribus:
 O suavis ⁵anima, ⁶quale in te dicam bonum

Ante

(1) *Epotam amphoram*] Suet. Tiber. 42. Ignotissimam quaesturae candidatum nobilissimis auteposuit, ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram.

(2) *Falerna fece*] Falerni vini nota excellens æstimatione. Virg. Georg.

--- & quo te carmine dicam
 Rhetica? nec cellis idea contende
 Falernis.

Vide Flor. I. 16. Plin. lib. XIV. FREINSHEMIUS. Falerni vini fece. Abl. causæ. Sic *Plantus* in *Rudente*: se scelere fieri nolunt nobiles. *Livius* lib. 31. Bello nobile nomen. SCHEFF. Lege *Falerna fecis*, testa e nobili, odorem &c. HEINS.

(3) *Nobili*] Quia inscriptum habebat titulum tam celebrati vini. Solebant enim inscribere istis amphoris nomen vini, ubi & quando esset natum, in quibus condebatur: unde *Juvenalis* sat. v. de tali vino:

--- Cujus patriam titulumque
 senectus

Delevit multa veteris fuliginis
 testa. SCHEFF.

(4) *Avida traxit*] Est simplex, pro attraxit. *Columella* 12. c. 15. Ne humorem, quem feri noctibus remittit humus, trahere possint SCHEFFERUS. V. C. Pith. avida traxit. Lege *avide attraxit*. HEINSIUS.

(5) *Anima*] Odorem intellegit, de quo ante *Virgil.* 2. *Georg.* de *Lauro*.

--- animas & olementia Medi
 Ora fovent illo.

Freinshemius in *Judice* vertit: *Athem*, id est, spiritum vitalem, quod huc nescio, qui possit quadrare. Sed nec ad exemplum *Plauti*, qui animam putat pro aqua posuisse dicitur, ipse vini liquor potest explicari, ut *Rigaltius* suspicabatur. Anima est idem cum spiritu, at odor sese spargit per spirituum diffusionem. Unde illud apud *Catullum* in *Argon*: *suaves expirans odores*. SCHEFF.

(6) *Qualem te dicam bonam*] *Rittershusii* non adhæreo sententia:

Ante: Debi
 bonam;
 sed videtur
 nus esse,
 chrisa &
 in vino m
 servasse e
 tum est a
 Ut mittat
 fuisse ten
 Thædrus i
 ram quam
 bonam; q
 fimo Gro
 quantum t
 Ecd. cap.
 Miror non
 locum à
 qui anteha
 lego,
 --- Q
 Solenne e
 bus in hu
 à bone, o
 tio, Perfi
 à hære, a
 videat mo
 in his voc
 te dicam
 chisimum
 legisse, q
 emendatio
 probabit,
 ur. F A B E
 debuisse G
 sed sic ma
 cus remule
 tam ista R
 eo minus v
 chisiam fu

Antehac fuisse; tales cum sint reliquæ?

Hoc

Ante
fuligine
Est sim-
mella 12.
quom fieri
, trahere
C. Pith.
atiraxit.
em intel-
2. Geor.
antia Anti
ertit: A-
ritalem,
offit qua-
emplum
pro aqua
ni liquor
altius su-
dem cum
argit pet
Ude il-
gon: ju-
IFF.
bonam]
eo senten-
uz:

tix: Debitis dicere, inquit, quam bonam; (pro, qualem bonam) sed videtur de industria sic locutus esse, ut τὸ πρῶτον in anu- chrisia & remulenta, cui lingua in vino mutaret atque lapsaret, ob- servasse videretur. Hæc talia cer- tum est a veteribus non captari. Ut mittam, quod anum tunc fuisse remulentam, nulla nota Phædrus indicet. Quare conje-eram quam tete (a tete) dicam bonam; quum video ab eruditis- simo Gronovio repositum esse, quantum bonam. Observ. in script. Eccl. cap. XV. p. 158. PRASC. Miror non fuisse purgatum hunc locum à tot doctissimis viris, qui antehac Phædrum ediderunt; lego,

--- Qualem te dicam, bona?
Solenne enim Latinis scriptori- bus in hujusmodi προσφωνήσας, à bone, à bona, Plauto, Horatio, Persio. Ita Græc. ὦ γυνή, ὦ δούλη, ὦ ἀπίστ. Dein quis non videat meram inesse barbariem in his vocibus, Qualem bonam te dicam fuisse? Scio virum do- ctissimum, & mihi amicissimum legisse, quantum, sed, uti spero, emendationem nostram non im- probabit, nec si qui alii Latine sci- unt. FABER. Notat Rittershusius, debuisse scribere quam bonam, sed sic maluisse, ut servaret decus remulentæ muliereulæ. Ve- rum ista Rittershusii interpretatio eo minus valet, quia anum istam etiam fuisse non apparet, cum

fit sermo de amphora opota. Ergo Faber scribit:

--- Qualem te dicam, bona?
Illudque bona dictum censet ve- luti per exclamationem, qualis Plautus frequens à bone, à bona! Verum posset dicere nonnemo, otiosam potius esse istam excla- mationem, quandoquidem præ- cessit à suavis anima! Igitur & Praschius conjecerat, quam tete dicam bonam. Quamquam fors hoc nimis abeat a veteri scriptu- ra, nec illud tete cur hic poni de- beat, sit manifestum. Quid? Si dicamus male conjungi, quæ sunt distinguenda, neque coherere qualem bonam, verum bonam poni simpliciter, & respicere præ- cedens te, isto sensu, qualem te, quæ tam bona es, dicam fuisse ante hac. Sane sic consuevit quo- que aliis in locis, ut initio lib. 1. Æsopus auctor reperit materiam, & infr. c. 11. causa libertus mali; ut Æsopus auctor, & causa liber- tus, ita plane te bonam positum videri potest. Atque hanc nunc video demum etiam Ursini fuisse sententiam. Nam verba hæc sic ait construenda, qualem te bo- nam, dicam antehac fuisse, ac Germanice vertenda: O du gute fläsche, wie gut bist du wohl ge- wesen. Quamquam erret in eo, quod sermonem esse putet, ad amphoram. Non enim illud bo- nam ad amphoram, sed animam est referendum. Plane si quid est mutandum, placet vehementer, quod

Hoc quo pertineat, dicet, 7 qui me noverit.

quod censere doctissimum *Gudium* scribit *Ampl. Bigotius*, videlicet: *quale in te dicam bonum antehac fuisse. In te intelligendum fuerit non de amphora, sed anima, bonum, non de rei cuiuscunque, verum bono suavitatis, ut sit sensus: ô suavis anima, quale bonum suavitatis, qualem quantamque suavitatem dicam fuisse in te; continuisse, comprehendisse te antehac &c. Adde tamen summi Gronovii c. 15. Obser. in sc. Eccles. ubi legit, quantum te dicam bonam. SCHEFFER. Scribo, quam te dico? quam bonam? Tô qualem est glossa ma tē quam; Tô quam omisum fuit a librario, quod frustra repetitum*

videretur. *GUJETUS. Lege quale te dicam bonum. HEINSIUS. Gudii conjectura præ aliis merito placet, sed non videtur Schefferus ejus rationem percepisse, nam revera amphoram alloquitur, quam animam suam vocat, & quale, inquit, bonum, quam præstans vinum olim continuisti, cuius fex ipsa tam suavem adhuc odorem spargit.*

(7) *Qui me noverit*] Vult ex hoc ultimæ senectutis, que est quasi vitæ fex, opusculo fabularum posse colligi, qualis fuerit integra adhuc ætate. *SCHEFFER. Fabula referri debet ad servitutem Phædri, & libertatis recordationem. HEINSIUS.*

(41) F A B. II.

Panthera & Pastores.

SOlet a despectis par referri gratia.
Panthera 1 imprudens olim in foveam decidit;
Videre agrestes, alii fustes 2 congerunt,
Alii 3 onerant faxis, quidam 4 contra miseriti,

Peri-

(1) *Imprudens*] Improvida, non providens, & circumspècta. *SCHEFFERUS.*

(2) *Congerunt*] Scil. in eam, verberantes. Ita *Seneca in Oedip. 4. sc. 3.*

Congerite cives saxa in infestum caput. SCHEFFER.

(3) *Onerant*] Petunt, militant. *Plaut. Amphit. A. 1. sc. 1. onerandus est pugnis probe.* *POTIO* locum hunc sic oportere accipi docet sequens, *nemo Ladern. SCHEFFERUS.*

(4) *Contra*] Ex hoc loco probare vult vir doctus, nescio qua per-

Peritu

Misere

Nox i

6 Qu

At illa

8 Vele

Et in

Paucis

Pecus

Et cu

Tum

Damn

permot

mam et

(5)

tam: r

re scilicet

luis fies

nhantia

(6)

And. 1,

ab illo,

curum.

nis prop

(7)

quiere.

Nep. in

(8)

epit. X

HEINSI

(9)

ganter

erat cap

filii. Sc

(10)

jus 9. A

SCHEFF

(11)

Perituræ quippe, quamvis nemo læderet, 5
 Misere panem, ut sustineret spiritum.
 Nox infecuta est, abeunt securi domum,
 6 Quasi inventuri mortuam postridie.
 At illa vires ut refecit languidas,
 8 Veloci saltu 9 fovea sese liberat,
 Et in cubile 10 concito properat gradu.
 Paucis diebus interpositis, 11 provolat,
 Pecus trucidat, ipsos pastores necat,
 Et cuncta vastans, sævit 12 irato impetu.
 Tum 13 sibi timentes, qui feræ pepercerant, 15
 Damnum 14 haud recusant, tantum 15 pro vita rogant.

At

permotus causa, in contra ultimam etiam corripit. PRAS.

(5) *Sustineret*] Servaret vitam: nam *sustinere* est tenere, ne scilicet discedat. *Livius*: *Milites stuviatili pisce & herbis sustinentantur*. SCHEFF.

(6) *Quasi inventuri*] Ter. *And. 1, 1, 121*. Ita tunc discedo ab illo, ut qui se filiam neget dacerem. Notanda Latialis sermōnis proprietates. PRASC.

(7) *Refecit*] Pane scilicet & quiete. Sic *reficere jumenta* dixit *Nep. in Eum. 9*. SCHEFF.

(8) *Veloci saltu*] Sic *Horat. epist. XVII. Toxicum velocius*. HEINSIUS.

(9) *Fovea*] *Pro a fovea*; Eleganter autem *liberat*, quia ibi erat capta; *salva liberat*, i. e. exsultat. SCHEFFERUS.

(10) *Concito gradu*] *Apulejus 9. Afin. Concito gradu festinat*. SCHEFFERUS.

(11) *Provolat*] *Cubili se. no-*

tat hic impetum ob iræ furorem. SCHEFFERUS.

(12) *Irato*] *Lege, iterato*. Sic *fab. 88. Iteratur illud*. HEINS.

(13) *Sibi timentes*] *Apulejus lib. 7. Afin. sibi quisque metuentes delitescabant, & lib. 1. eximie motuens mihi*. SCHEFF.

(14) *Haud recusant*] *Haud recusare*, non est, velle, sed æquo animo subire, majoris boni gratia. *Cornel. Nep. in Epam. c. 8. Neque recusavit, quo minus legis pœnam subiret*. SCHEFFERUS. Ita legit *Barth. adv. 30. 20. Male Rigaltius edidit hoc*. HEINS.

(15) *Pro vita*] *Exagitant hunc locum Schoppius, in Insam. velut minus esset Latinus. Verum frustra. Cicero de reditu suo ad Quir. c. 7. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit: quem locum liberaliter suggestit Nob. Heinsius. Qui & Ovi-*

rit.

Lege quale
 sius. Gu-
 is merito
 ur Scheff-
 pisse, nam
 loquitur,
 vocat, &
 m, quam
 ontinuisti,
 vem adhuc

rit] Vult
 utis, que
 osculo fa-
 gi, qualis
 ate. SCHEFF.
 l servitutum
 recordatio-

cidit;

riti,
 Peri-

tunt, mal-
 A. 1. sc. 1.
 probe Poro
 tere accipi-
 mo laderi.

oc loco pro-
 , nescio qua
 per-

16 At illa; 17 Memini, qui me saxo petierint,
Qui panem dederint: vos timere 18 abfistite,
Illis revertor hostis, qui me læferant.

Ovidium sic loqui 4. Met. v. 301. ostendit. Petronius: occurrit nobis idem seruus, pro quo rogaverimus. Et Fragmentum Tragar. p. 21. editionis nostræ, nemo nostram pro illo rogabit. Fab. Decl. 3. Scimus, et non rogare pro vita. SCHEFFERUS. Justin. 18. 6. Patrem Deorum sanguine eorum ex-

poscentes, pro quorum vita Deo rogari maxime solent.

(16) Et illa] Mallet, At illa, cum N. Heinsio. SCHEFF.

(17) Memini] Scilicet eorum. Sic infr. 4. c. 25. SCHEFF.

(18) Abfistite] Pro desistite. Sic Virgilius, Livius, alii, Rattershuisio notati. SCHEFFERUS.

(42) F A B. III.

Æsopus & Rusticus.

USU peritus hariolo 1 velocior
Vulgo esse fertur: 2 causa sed non dicitur:

No.

(1) *Velocior*] Ad conjectandum scilicet, ad animum iudiciumque hic transfertur, & simpliciter ponitur. Quali sensu animi velocitatem legi apud Platonem lib. 3. de leg. Freinshemio notatur. Clariss. Gronovius de hoc loco ita in suis literis: *Rigaltius* nescio qua auctoritate dedit, *velocior*; Me invito. Intelligi enim, *promptior*, *ingeniosior*, *velocior* ingenio. Cic. 1. Tusc. 19. Nihil est animo velocius. 4. Tusc. 13. *velocitas* autem corporis, *celeritas* appellatur, quæ eadem etiam ingenii laus habetur, propter animi multarum rerum brevi tempore percursum. Ovid. 8. Met. 153.

Vigor ingenii quondam *velocis*. *Juvenal. sat. 11. v. 73. Ingenium velox, astutia perdit.* Gaudeo, in expositione hujus loci contententem mihi habere virum maximum. SCHEFFERUS. *Rigaltius veracior*, quod improbat Gronovius Epistola Valerio Maximo Vorstii præfixa. Sic *Annius Gell. XV. 5. Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cogniturum esse hodie dixisti, diligentia & velocitate tua profugata sunt.* Columell. 1. 3. *Plerumque velocior est animus improborum.* Possset tamen legi *sagacior*, sive *vel doctior*. HEINS.

(2) *Causis*] Non; quare sit veloci-

(42)
Note
Habe
Agnos
Ad 5
Hic 7
Et aver
Ille aut
Et 10

locior,
non agit
hoc vulgi
V. C. P
tur, sed
vulgo esse
dicitur. Se
fertur, e
pro adju
Sic saepe
Moreti:
servatam
dicere,
correcta
bellam
art. Gran
ad Folge
(3) N
fuerit ha
verbum
quoque
SCHEFF
(4)
fabula r
aliquo
servo.
dissentio
atque
dam om
rum se
philosop
Phys. 1.

3 Notescet quæ nunc primum fabella mea.
 4 Habenti cuidam pecora pepererunt oves
 Agnos humano capite. Monstro exterritus,
 Ad 5 consulendos 6 currit moerens hariolos.
 Hic 7 pertinere ad domini respondet 8 caput,
 Et avertendum 9 victima periculum.
 Ille autem affirmat conjugem esse adulteram,
 Et 10 insitivos significari liberos:

IO

Sed

locior, id enim in sequentibus non agitur, sed unde natum sit hoc vulgi dictum. SCHEFFERUS. V. C. Pithæi, vulgo *caussa fertur, sed non dicitur*. Posset legi, vulgo esse fertur, *caussa sed non dicitur*. Sed potius lege: *vulgo esse fertur, causa sed non adicitur, pro adjicitur*, secunda correpta. Sic sæpe Martialis & alii. Auctor Moreti: *Spargit humi atque adicit servatam gramine bulbam*. Sic *abacere, obicere & subicere* prima correpta. Sic & infr. lib. 4. *Fabellam adiciam*. Vide Voss. de art. Gram. lib. II. 19. & Munck. ad Fulgent. fab. 6. HEINSIUS.

(3) *Notescet*] Nota fiet, cum fuerit hæctenus occulta. Bonum verbum, quod apud *Catullum* quoque & *Propertium* legitur. SCHEFFERUS.

(4) *Habenti*] Hariolos hæc fabula ridet: quod & *Virgilium* aliquot locis oblique agere observo. De prodigiis magna est dissensio. Quidam nulla credunt *æropyæ*, ducti se pestitione; quidam omnia, ut pestifera atheorum scæta. Egregie saniosem philosophiam præcipit *Melanch. Phys. i. p. 44.* & uberius lib. 2.

ubi disputat de causa finali in natura. PRASC.

(5) *Consulendos*] *Curt. 7. c. 7.* Hariolos & vates consulere deserat. Proprie ac solemniter, ut docet *Briffon. in Form. SCHEFF.*

(6) *Currit*] Sollicitudinem denotat. SCHEFFER.

(7) *Pertinere*] Est & hoc inter solennia & proptia de iis, quæ significant. *Val. 1. c. 6.* *Aruspices ad salutem imperatoris pertinere dixerunt.* *Sueton. Vesp. c. 23.* *Cum inter prodigia cetera Mausoleum Cesarum derepente patuisset, & stella in celo crinita apparuisset: alterum ad Juniam Calvinam e gente Augusti pertinere dicebat, alterum ad Parthorum Regem, qui capillatus esset.* SCHEFFERUS. *Liv. 26.* *Ad plures exemplum quam calamitas pertinebat.*

(8) *Caput*] Vitam, salutem. Nempe quia præciserat *humano capite*, ideo sic loquitur. SCHEFF.

(9) *Victima*] Intelligit taurum. Hoc enim proprie *victima* veteribus, ut docet *Scalig. ad Catul. Virgil. Meursum* hic non moramur. SCHEFF.

(10) *Insitivos*] Alienæ familiaris per dolum insitos, id est,

no-

Sed ¹¹ expiari posse ¹² majori hostia.
 Quid multa? variis diffident sententiis;
 Hominisque curam ¹³ cura majore aggravant.

Æfo.

nothos, Ita Cicero in Or. pro Sextio, insitivum Gracchum vocat Quintium, qui se Gracchi filium mentitus erat. SCHEFF. Ovid. 15. Metam. Quid sanguine cretus Sisyphio, furtisque & fraude similimus illi, inferis Æacidis aliena nomina gentis.

(11) Expiari] Victima piaculari averti ac declinari. Mox hoc ipsum vocat procurari. Ideo & junxit Cicero de Div. II. Quem admodum signa, quæ a Diis hominibus portenduntur, procurantur atque expiuntur. SCHEFF.

(12) Majori hostia] Quæ est hæc major hostia? Video tacere Interpretes, qui tamen videntur studuisse, ne quid tacerent dicendum per occasionem. Majorem Phædrus pro maxima dixit, id quod Poëtis non insolens. Jam maxima hostia apud veteres de ovibus dicebantur. Festus: Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidioris. MEURSIUS. Major hostia proprie dicitur victima. Adi Scaligerum ad illud Catalectorum:

*Corniger hos aries, humilis, &
 maxima taurus*

*Victima, sacratos tinget hu-
 nora focos. FABER.*

Nescio, an Faber inspexerit Scaligerum, ut oportebat. Nil enim

tale Scaliger, hoc tantum aie, victimam de magnis usurpavit. Non loquitur de majori hostia, imo subdit, agni sunt minima hostia, & quæ vere victima dici non possunt. Aliæ ergo victima Scaligero, aliæ hostia, illæ ex magnis, hæc ex minimis. Sed si hostiæ ex minimis, quænam majores hostia? Non quæ formæ corporisque respectu, quod putabat Faber, sed ætatis; opponuntur enim lactentibus. Cicero de L. L. 2. Quibus hostiis immolandum cuique Deo, cui majoribus, cui lactentibus, cui majoribus, cui feminis. Ut mares de formæ, sic lactentes & majores hostiæ oppositæ. Turnebus eo loco: Major hostia lactenti opponitur quæ adolevit, ut homines majores & minores ab ætate dici solent. Ita Livius 22. c. 1. Dicitur, ut ea prodigia partim majoribus hostiis, partim lactentibus procurantur. Cæterum major hostia non ex solis ovibus, quod quibusdam placet, verum omni genere, porcis puta, capris & similibus. SCHEFF.

(13) Cura majore] Propter dissentium, & incertitudinem interpretationis, ac propterea remedii quoque. SCHEFFER. Simile est illud apud Terent. Phor. 2. 4. Fecistis probe, Incertior sum multo quam dudum.

(14) Stant

Æfopu
 Natura
 Si proc
 17 Ux

(14) tershusio

(15) tianum e
 sunt sube
 cultam in
 SCHEFFER(16) potuit e
 Plantus
 data esse
 Et sic fac

PEL

(1) P
 venalibus
 Cum obli
 rare non
 Pradiato
 edito Pr
 saub. Sc(2) A
 laium,
 ita ad pr
 eundem
 firate ad
 hoc MoTanto
 gen
 Leg. Ad

(42) (43) Æsopus ibi ¹⁴ stans, ¹⁵ naris emunctæ senex,
 Natura nunquam ¹⁶ verba cui potuit dare: 10
 Si procurare vis ostentum, Rustice,
¹⁷ Uxores inquit, da tuis pastoribus.

(14) *Stans*] Lege cum Rittershusio *astans*. HEINS.

(15) *Naris emuncta*] Horatianum est, de iis qui rem possunt subodorari, hoc est, occultam indagare, ac intelligere. SCHEFFERUS.

(16) *Verba dare*] Quem non potuit externa specie decipere. *Plautus Epid. A. 3. sc. 4. Sic mihi data esse verba presenti palam. Et sic sæpe. Vult, intime, sci-*

vise rationem rerum naturalium. SCHEFFERUS.

(17) *Uxores*] Non proprie *uxores* dicebantur, sed *conjuncta*, ut ait Varro; uxor enim nisi liberi captis esse non potest, quod tamen meminisse non observare quosdam scriptores. *Contubernales* quoque dicebantur, uti ex Tacito videor observasse. FABER.

(43) F A B. IV.

Simii Caput.

1 PEndere 2 ad lanium 3 quidam vidit 4 simium
 Inter

(1) *Pendere*] Proprie de rebus venalibus. *Suet. de Claudio c. 9. Cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege Prædatoria venalis pependit sub edicto Præfectorum. Adde ibi Casaub. SCHEFFERUS.*

(2) *Ad lanium*] Id est, apud lanium, Plautus locis sexcentis: ita ad prætorem solvere. Ita apud eundem scriptorem metri necessitate admonente reponendum in hoc Mostellariz versu:

Tanto apud judicem, hunc argento condemnabis facilius.
 Leg. Ad judicem. Item in Tri-

nummo, ubi libri vulgati habent: *Apud portitorem eas resignatas sibi.*

Reponendum ad portitorem, sunt enim senarii. FABER.

(3) *Quidam vidit*] Lege *quidam ut vidit*. HEINS.

(4) *Simium*] Ego & hi comedebantur olim, quamvis de iis nihil memoret P. Castell. de usu carniæ. BUCHNERUS. In edicto Antiochi Magni apud Joseph. Antiq. Jud. 12, 3. intellectæ videri possunt hæc carnes; expressæ non sunt: quum aliæ haud minus abhorrentes moribus nostris

Inter 5 reliquas merces atque obsonia:

Quæsitivus 6 quidnam saperet? tum Ianius jocans:

Quale, inquit, 7 caput est, talis 8 præstatur sapor.

Ri.

recenseantur. Vetat enim Hierosolymas inferri equinas carnes, aut mulinas, aut asinorum aggressium mansuetorumve, pardalium etiam & vulpium, & leporum; deinde subjicit: & in universum omnium animalium, quorum esu Judeis interdictum est. FREINS. Non velut obsonium quoddam, aut venalem cibum, quod post alios etiam Buchnerus & Freinsbemiis sunt suspicati, Gallumque interpretem adduxit, ut adderet *sumium mortuum*, de quo tamen nihil Phædrus: sed alias, tanquam alia merx, vivum. Itaque hæc omnia, quæ sequuntur de sapore, joco dici putanda. SCHEFFER.

(5) Reliquas] Hoc loco reliquas quatuor syllabarum est, meliusque scribas *relicuas*, ut apud Lucretium:

Nunquam relicuo reparari tempore posse.

Et alibi quoque, si vacaret excipere. Ita apud Plautum *deliquum* totidem syllabarum modum habet in MSS. Codd Camerarii & Langii. FABER. Lege *relictas*. Sic supra fab. 31. *Tunc de relictis una.* HEINSIUS.

(6) Quidnam saperet] Recte, nec in *quinam* immutandum, uti suspicatur Rittershusius. *Juvenal. sat. 11. v. 81. calide sapiat quid vulva popine.* SCHEFFERUS. Forte legendum *quinam*. Sic inf.

fab. 59. *quianam scisset*, ut emendavit Rittershusius; possit tamen retineri vulgaris lectio. Cato de Re Rustica, de vino. *Vinum posito sub dio, postquam mane gustato, si id sapiet, quod in dolio est, non durabit.* HANSEN.

(7) Caput] Ita fere Xanthus discipulus quidam de *Ætopo*. *οἷα γὰρ ἢ μορφῆ, τοῖα δὲ καὶ ἢ ψυχῆ.* PRASCHIUS. Ingenium, intellectus, ejus nempe, qui emit. Alii enim delectantur aliis. Sunt quibus ea tantum placeant, quæ ante nemini usurpata in cibum. Quomodo *Metemus* pullos asinorum epulari instituit, ut ait Plin. 8. c. 43. Possit ergo sic interpretari, si tali emptor ingenio, ut capiatur cibus novipræstabo gustum simii suavissimum. Atque ita quidem possit locus hic intelligi. Sed quomodo hæc interpretatio conveniens sequentibus esset, haud satis video. Dicuntur ibi formosi sapor inveniri pessimi, quod si oppositum præcedentibus, necesse est, ut intelligamus non semper, quale caput, talem præstari saporem. Quorum verborum hic erit sensus, non semper, qualis exterior rei forma, talis quoque sapor ejus, relato vocabulo caput non ad emptorem, sed rem vendendam, ipsumque obsonium. Atque ita caput, speciem exteriori formam, & plane id, quod

Ridic

Quan

Et tu

Ri.

quod fa

notabit

periatu

pat, e

et est l

clarius e

(8)

vous ré

esse, te

eamdem

præstare

alter i

Lipsum

boni ve

rem esse

turam a

dicat. v

Ferm. lib

pod Sen

concedas

Succ

Ælo

(1)

lapt. Q

78 multo

(2) D

hic sensu

descensus

Ridicule magis hoc dictum, quam vere aestimo. 5
 Quando & formosos saepe inveni pessimos.
 Et turpi facie multos cognovi optimos.

quod faciem alias appellant, denotabit. Quod nescio an alibi reperiat. Faber ita: *je vous répons, que telle qu'est la teste, tel est le goût du reste.* Vellem clarius exposuisset. SCHEFFER.

(8) *Præstatur*] Expone: *je vous répons que telle qu'est la teste, tel est le goût du reste.* Et eandem vim esse judico in verbo *præstare*, hoc Senecæ loco lib. II. de Ira: *Sed ne ad illam quidem arduissimam innocentiae formulam præstare nos possumus*; etsi scio aliter intellexisse doctissimum Lipsium. FABER. Solenne verbum venditoris, quo promittit rem esse talem, atque sic venturam ad emptorem, qualem dicit. Vide Bar. Brissonium in *Form. lib. 6. p. m. 550.* Hinc apud Senec. de *vita Beæ. c. 14. ut comedas omnia eos fide bona di-*

cere, ut ad præstationem scribant, tamen cujus ista errores minuent? SCHEFFERUS.

(9) *Aestimo*] Existimo, puto, absolute. Verum nescio, an sic alij usurpent, dubitoque num non *extimo* scribendum sit, pro *existimo*, sicut dixi apud Terent. pro *dixisti*. Sane in hac voce suum descriptores secutos esse animum, etiam alibi deprehendo. Nam apud Pacatum nostrum c. 27. ubi MSS. habent *extimare*, fecerunt *aestimare*, sic c. 49. pro *aestimandum* in MSS. *extimandum* legitur: qua de re in curis secundis ad eum Pantegyricum. Sed tamen & altero modo habes apud Macrobius 2. *Satur. c. 8.* Multi, ut *aestimo*, in hoc a Varrone dissentiant: Adde, quæ afferimus in indice ad Hyginum, qui sæpissime sic loquitur. SCHEFFERUS.

(44) F A B. V.

Æsopus & petulans.

Successus ad perniciem 1 multos 2 devocat.
 Æsopo quidem 3 petulans lapidem impegerat.

Tan-

(1) *Multos*] V. C. Pithoxi *lape.* Quæ vox varia lectio est *78 multos.* HEINSIUS.

(2) *Devocat*] Pellicit ac trahit sensim, quoniam a bonis est descensus veluti ad mala. Cicero

in *Orat. ad Dejos.* simpliciter sic usurpat *vocat.* *Mentes judicum ad utilitatem nostram vocandis.* SCHEFFERUS.

(3) *Petulans*] Proprie hoc loco de eo, qui gaudet lædere alios

K

4 Tanto inquit, melior. Assē deinde illi dedit,
 Sic 5 profecutus: Plus non habeo mehercule,
 Sed unde accipere possis, monstrabo tibi.
 Venit ecce dives & 6 potens: huic similiter
 Impinge lapidem, & dignum accipies præmium.
 Persuasus ille, fecit, quod monitus fuit.
 Sed spes fefellit 7 impudentem audaciam,
 8 Comprehensus namque poenas perfolvit cruce. 10

FAB.

alios. Festus: Petulantes, & petulci etiam, appellantur, qui protervo impetu, & crebro petunt, ladendi alterius gratia. SCHEFF.

(4) Tanto melior] Laudandi atque approbandi apud veteres formula: contra autem, tanto nequior. Plautus in Persa:

Nunc jam omnes sycophantias
 instruxi & comparavi,
 Quo pacto ab Lenone auferam
 hoc argentum.

S. A. Tanto melior.

In Truculento autem:

STR. En tibi talentum argenti,
 Philippicum est, tene tibi.

PH. Tanto melior; noster esto.

At contra in Menæchmis:

MESS. Quid ergo opus est? ME.
 Scio, ut mendices. M. tanto
 nequior.

Terent. in Adelphis:

- - - Nihilne in mentem?

CT. Nunquam quidquam.

SY. Tanto nequior. FABER.

Verba sunt Æsopi, velut laudantis alterum ob hanc nequitiam.

Est enim hæc formula laudandi atque approbandi quidpiam elliptica, quæ integra foret: tanto negotio commissio melior es factus. Plautus in Trucul. STR. En tibi talentum argenti. Philippicum est, tene tibi. PH. tanto melior; noster esto. Similia habet in Persa, ut & a Fabro annotatum est, atque ipsum, a Cl. Gronovio lib. 2. obs. c. 21. Adde Terent. Adel. 4. sc. 1. & ibi Donatum. SCHEFF. Vide Vavass. de vi & usu quorundam verborum. p. 60.

(5) Profecutus] Ellipt. pro, sic eum profecutus verbis, quomodo Cicero loquitur in Tusculan. SCHEFFERUS.

(6) Potens] qui potest melius, atque ego dare. Vid. sup. 24. SCHEFFERUS.

(7) Impudentem audaciam] An scribendum, imprudentem? Sed & sic Terentius in Heaut. 2. sc. 3. ô hominis impudentem audaciam. SCHEFFER.

(8) Comprehensus] Mallet comprehensus. SCHEFF. Et ita Heut.

M

Vide.

Respo

Sed it

Jugur

7 Et

(1)

tus fu

creber

Vesp. 2

in opere

(2)

Plaut. T

rumper

Suspica

Domin

commo

stare le

spicit r

tem aff

quam p

figand

si pon

mus læ

de, qu

Rei vel

SCHEFF

(3)

fultum

tur. Na

aut cus

dita, u

Et soler

(45) F A B. VI.

Musca & Mula.

Musca in temone fedit, & ¹ mulam increpans:
 Quam tarda es? inquit, ² non vis citius progredi?
 Vide, ne ³ dolone collum compungam tibi.
 Respondit illa: verbis non moveor tuis;
 Sed istum timeo, ⁴ sella qui prima sedens,
 Jugum flagello ⁵ temperat ⁶ lento meum,
⁷ Et lora frenis continet ⁸ spumantibus.

Qua-

(1) *Mulam*] Mularum enim visus fuit quondam in vehiculis creberrimus. Conf. *Suet. Ner. 20. Vesp. 23.* Et ostenditur amplius in opere *de re vehiculari*. SCHEFF.

(2) *Non vis*] *Lege non quis*. Plaut. *Trucul. 2. 4. non quis parumper durare, operigiev?* HEINS. Sulpicatur nobil. amplissimusque Dominus N. Heinsius, *non quis*, commode. Credo tamen posse stare lectionem receptam. Et respicit *to vis*, eleganter tarditatem affectatam per ignaviam, quam potissimum hic putat castigandam, contra, quam fit, si ponamus *quis*, cum non queamus saepe per infirmitatem. Adde, quae de hac re tradidi *lib. 1. Rei vehicular. cap. 17. pag. 223.* SCHEFFERUS.

(3) *Dolone*] Eleganter & per saltum de aculeo suo sic loquitur. Nam *dolon* proprie gladius, aut cuspis ferrea in baculo recondita, ut ex *Servio* cognoscimus. Et solet musca suum aculeum sic

abdere. SCHEFFER. *Dolose V.C. Pithœi.* HEINSIUS.

(4) *Sella prima*] Anon. fab. 37. reddidit, *quem sustinet axis*. Neque hic pars pro parte ponitur: sed *axis* primo dicitur pro tota rheda; hæc pro parte illa, quæ Vitruvio est *capsus rheda*. PRASCHIUS. Intelligit aurigam. *Prima sella* est scamnum equis proximum, in quo propria sedes aurigarum. Dixi pluribus in *de re vehiculari*. SCHEFF.

(5) *Temperat*] Regit, moderatur, ne tardius aut celerius incedam, quam oportet. Sic *temperare ora frenis* dixit *Horat.* SCHEFFERUS.

(6) *Lento*] Facto quippe ex loris SCHEFF.

(7) *Et lora*] Rescribo *ora freni*. PRASCH. *Continere lora*, est *tenerè ea manu*, quomodo apud *Cornel. c. 2. Milt. communiuvi*, pro *manuvi*, & apud *Curr. 5. c. 8. condonare*, pro *donare*. Mallet tamen *Praschius*, *ora*, pro *lora*.

K 2

id

Quapropter 9 aufer 10 frivolam insolentiam;
11 Namque ubi 12 strigandum est, & ubi currendum,
scio. Hac

id quod vehementer placet. Sic enim Ovidius, *coercere ora frenis* usurpavit. Doctissimus & amicissimus *Job. Georg. Grævius* id ipsum firmat in *Lectioibus Hesiodis* c. 19. denique locum totum ita putat legendum:

Jugum flagello temperat lentum meo,

Et ora frenis continet spumantibus. SCHEFF.

(8) *Spumantibus*] Ita tener, ut spument. Vult reddere rationem, quare non possit celerius incedere. Non tantum, ait, tenet, sed tenet tam valide, meque cohibet, ut & frena spument, h. e. spuma ex labore oppleantur. Imitatione Virgiliana, qui sic 4. *En.*

Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.

Et lib. 5.

--- spumantiaque addit
frena feris --- SCHEFF.

(9) *Aufer*] Id est, omittet eam. Sic *Terent. Phor. 5. scen. 6.* *Quin tu hinc pollicitationes aufer.* *Plant. Pers. 5. sc. 2.* *Jurgium auferas hinc.* SCHEFF.

(10) *Frivolam*] Vanam, cui nullæ subsunt vires. *Festus.* *Frivola sunt proprie vasa fictilia quassa, unde dicta verba frivola, quæ minus sunt fide subnixæ.* SCHEFFER.

(11) *Nam ubi*] *Lego, namque ubi, & mox, pro currendum est, currendum erit. Alias*

enim versus non constat, quamquam *M* ut alibi, possit non elidi. BUCHNERUS.

(12) *Strigandum*] *Tricari* ponere videtur pro morari: opponit enim curlui. *Gloss. Isid. anari, tricari; in parvo morari.* *Non. Marcell. 1, 26.* *Trica sunt impedimenta & implicationes (& intricare, impedire, morari) dicta quasi terica, quod pullos galinaceos involvant & impediunt capilli pedibus implicati.* PRASCH.

Quid *striga*, quid *strigare*, quia vulgo notum non est, *Scaligeri V. III.* verbis dicam: *Strigare* dicuntur equi, quoties interquiescunt, dictum à *striga*, quod erat *μετάξιμον* & spatium turmarum, in quo equi stringebantur, à quo nomen habet, ut docet *Charisius*. Hinc factum, ut, quoties interquiescunt equi & jumenta, dicantur *strigare*. Contrarium, restringere. *Seneca: surge & restringa, dicitur istum, si potes, exaspera.* *Ep. xxxi.* *Striga* (male enim *triga*) id *Glossis* explicatur, (intellige *Glossarium* ab *H. Stephano* editum, & postea à *Vulcanio* illustratum) *τόπος ὅτε ἔσται γυμνάζοντα.* Hæc ille in *Castigationibus Propertianis* & in *Catalect.* *Virg.* iis usus est *Rigaltius*, sed dissimulato auctore. *Addam* ego, in *glossario* *legi trigarium*, non *triga*. Deinde hoc quoque, si vera sit *Charisii* etymologia, errate *Græculum* ma-

H
Qui

magi
788
dicere
Recte
tiones
varias
SCHEFF.

QU

Fort
Ut re
Aut a

(1)
Salmaf.
pingui
(2)
vires pl
Cuero in
inopia
SCHEFF

(3)
se salu
in Hean
lutare.
dem salu
vicer.

(4)
Qui c
ba
Et Horz

Hac derideri fabula merito potest, 10
Qui sine virtute, vanas exercet minas.

magistrum, qui dixit esse locum
ἄρα ἴπποι γυμνάζονται; nam
dicere debuit ψύχονται. FABER.
Recte, strigandum. Veteres edi-
tiones habuere tricandum, quod
varias interpretationes peperit.
SCHEFF.

Vide Salmas. exerc. Plin. p. 40.
Rugger. var. 1. 11. Hinc deriva-
tur strigarium, de quo vide Schef.
De re vehic. 1. 17.

(13) Virtute] Viribus. Vide
supra lib. 1. c. 2. SCHEFFERUS.

(46) F A B. VII.

Canis & Lupus.

Quam dulcis sit libertas, breviter proloquar.
Canis 1 perpasto, macie 2 confectus lupus
Forte occurrit. 3 Salutantes dein invicem
Ut restiterunt, unde sic quaeso 4 nites?
Aut quo cibo 5 fecisti tantum corporis?

5
Ego,

(1) Perpasto] Præpasto citat
Salmas. Exerc. Plin. p. 26. & præ-
pingui explicat. SCHEFF.

(2) Confectus] De eo, cujus
vires plane deminutæ sunt. Ita
Cicero in Catil. 1. fame, frigore,
inopia rerum confectum dixit.
SCHEFFERUS.

(3) Salutantes] Absolute, pro
se salutantes. Ut in illo Terent.
in Heaut. 2. sc. 3. sine saltem sa-
lutare. SCHEFF. Lege, occurrit
dein salutando, vel salutant in-
vicem. HEINSIUS.

(4) Nites] Terent. in Eunuch.
Qui color, nitor, vestitus, que
habitus est corporis?
Et Horat. Non deterius nituistis,
o pueri. FABER.

Eos proprie significat quorum
pellis ex lagina distenta splendet.
Hauit ex Virgilio, qui sic 3. Æn.

--- superoque nitentem
Cælicolum regi mactabam in
litore taurum. SCHEFF.

C. Nepos Eum. 5. iumenta nitida.
Ubi vide Gebhardum.

(5) Fecisti tantum corporis]
Notandum, facere corpus, pro,
corpulentiozem, & habitiozem
fieri: quod etiamsi sine exemplo
putat Rittershusius, tamen non-
nulla possum proferre ita similia,
ut germana esse dicas. Jam pri-
mum cum Cicero in Verrem di-
xit, Maximam uno anno pecu-
niam facere posset, quid quaeso
ibi facere significat, quam agge-
rare,

Ego, qui sum longe fortior, perco fame.
 Canis 6 simpliciter: eadem 7 est conditio tibi,
 Præstare domino si par officium 8 potes.

Quod?

rate, undique colligere? Dein, cum Quintilianus longe florentissimus auctor scripsit lib. 10. cap. 111. *Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum*, quid aliud significat, nisi, vires nobis patemur, colligamus, &c? Præterea ita locutos esse Græcos mihi plane constat, apud quos: τὸ σωμα-τοποιεῖν præter cætera id quoque significat, quod hoc loco corpus facere dixit Phædrus. Ceterum; exemplorum, quæ quasi similia assertit Rittershufius, nulum est quod ad rem faciat; sed in refellendo tempus male positum putem. FABER. Græca imitatione, pro, *Obesum reddidisti. Corpus* habitudinem bonam & sagineam significat. Ut apud Ciceronem 7. ep. fam. 27. & in illo Martialis lib. 1. ep. 7.

Inque omni nusquam corpore corpus erat.

Facere autem corpus, ut facere vires. Fabius lib. 10. c. 3. Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum, & usum non exhauriantur. SCHEFFERUS. Huc trahit locutionem similem, *ficere sanguinem* apud Ovid. 14. Heroid. v. 82. Nobilissimus Heinsius. Propius accedit Senecæ locus lib. 5. de benefic. 13. quem à legendum puto: *Vobis voluptas est, meriti otio facere corpora-*

sculum. Vulgo legebatur: inerti otio assuefacere corpusculum, idem dixit Seneca ac Noster statim: & otiosum largo satiari cibo.

(6) *Simpliciter*] *Aperite, absque dissimulatione. Auctor de Caus. Cor. 21. Fatebor vobis simpliciter, me in quibusdam antiquorum vix risum tenere. Curtius 4. c. 11. Legati respondent, quum bellum in animo sit, facere eum simpliciter, quod spe pacis non frustraretur; simpliciter, est candidè, absque dolo. Cicero 4. Acad. Cum simplici homine simpliciter agerem. SCHEFF.*

(7) *Est conditio*] *Lego, et conditio. Malo tamen, eadem conditio & tibi est. HEINS.*

(8) *Potes*] *Non simpliciter, sed in respectu ad animum & voluntatem, ex Virgilio, qui Ecloga 7. Et si quid cessare poteris, requiesce sub umbra. Bene ibi Servius: Si tibi potes vel brevis otium persuadere. Nam loquitur ad hominem amantem laboris. Ut Virgilius ad amantem laboris, sic hic ad amantem otii. Plant. in Panulo 1. sc. 2. Potesne mihi ascultare? Mi. possim. Horat. 1. ep. 5. Si potes Archæicis convicia recumbere lectis. Juven. Sat. 5. potes illa pati. Similiter Ovid. 3. Met. v. 436. Virgil. 12. Æn. v. 177. & locis aliis. SCHEFFERUS. Vid. sup. ad lib. 1. fab. 15.*

(9) *Idem*

Quod? 9 inquit ille. Custos ut sis liminis,
A furibus tuearis 10 & noctu domum. 10
Ego 11 vero sum paratus; nunc patior nives

Im-

(9) Inquit ille] Mallem ego
hæc divisim legere, & ille referre
ad canem. SCHEFFERUS.

(10) Et noctu] Quam hoc
sane ineptum, domum tueri a
nocte innoxia Corrigendum ajo :
& veſti domum. Tuearis, in-
quit, domum a furibus, & veſ-
ticulariis. In schedis Festi: *Veſ-
ticularia vita dicitur eorum, qui
viciis parietes alienos profodiunt
furandi gratiâ. Nemo ergo du-
bitabit hanc esse genuinam hujus
loci lectionem. MEURSIUS.*
Imo fortassis nihil mutandum.
τὸ &, non copulat *furibus* &
noctu, sed transpositum est, &
conjungit illa *custos sis* & *tuearis*.
Innui itaque Canem & custo-
dire debere & tueri noctu do-
mum. Ita mox: *ut vigilem nox
quam venerit. BUCHNERUS.* Lo-
cus, ut videtur Meursio V. Cl.
corruptus, sed errare Meursium
jam jam ostendam. Verba Viri
Clarissimi sunt: Quam hoc sane
ineptum, inquit, domum tueri
a nocte innoxia? corrigendum
ajo, & *veſti domum*; tuearis,
inquit, domum a furibus & veſ-
ticulariis. Mox addit Meursius:
Nemo ergo dubitabit hanc esse
germanam hujus loci lectionem.
Hæc ille: quæ tamen mihi nauci
non sunt. Primo, quia domum
tueri a furibus & veſticulariis
idem sit ac si dicerem, tueri a
furibus & furibus (nam veſticu-

larii furum species sunt) deinde
quia nihil quidquam mutare ne-
cesse fuit; sed attendere tantum
τὸ & &: est autem tale, ut sis
custos liminis & domum noctu
(id est, per noctem) a furibus
tuearis. Videlicet verum illud est
quod dicitur, *Neminem omnibus
horis sapere.* Cujus rei memorem
esse lectorum nostrorum benigni-
tatem volumus, si quid tale no-
bis evenerit. FABER. *Meursius,
& veſti legit. Nam, ait, quam
ineptum, domum tueri a nocte
innoxia?* Atque si hoc verba ista
innuere deberent, non *noctu*, sed
nocte foret scribendum. Nemo
enim dicit, *tueri a noctu*, nisi
profus antique velit loqui. *Meur-
sium* decepit solus ordo verborum
paulo hic turbatior. Sic autem
sefe habet: officium (ait canis ad
lupum) illud est, ut sis custos
liminis & tuearis domum noctu
a furibus. *Noctu*, est de nocte,
tempore nocturno, ut apud alios.
Consentanea nostris observasse
video & *Praschium* & *Buchnerum*,
& doctissimum *Fabrum*. SCHEFF.
Constructio: *Custos ut sis liminis,
& a furibus tuearis noctu domum*;
etsi non inerudita Meursii con-
jectatio. PRASCHIUS. *Lege, ut
noctu.* HEINSIUS.

(11) Vero] Particula elegan-
tissima quæ hic promptitudinem
indicat. Sic *Artabaxus* apud *Curt.*
5. c. 9. *Nos vero pretiosissimam*

Imbresque in sylvis asperam vitam ¹² trahens.
 Quanto est ¹³ facilius mihi, sub tecto vivere,
 Et ¹⁴ otiosum largo fatiari cibo?

¹⁵ Veni ergo mecum. Dum procedunt, aspicit ¹⁵
 Lupus a catena collum detritum ¹⁶ canis.
 Unde hoc, amice? ¹⁷ Nihil est. ¹⁸ Dic quæso ¹⁹ ta-
 men.

Quia ²⁰ videor ²¹ acer, alligant me interdium,

Luce

*vestem induti, Regem in aciem
 sequamur.* Verba ipsa lupi sunt
 ad canem responsoria. SCHEFF.

(12) *Trahens*] Virgiliana phra-
 sis ex *Æncide* tertia:

*Quum vitam in silvis inter de-
 ferta ferarum*

Lustra domosque traho. PRAS.

(13) *Facilius*] Quid sit *facile*
vivere V. Cl. GRÆV. ad Cicero. 3.
 familiar. 12.

(14) *Otiosum*] *Lege, otiose.*
 HEINSIUS.

(15) *Veni*] Verba canis sunt
 ad lupum. SCHEFFER.

(16) *Canis*] *Lege, cani.* HEIN.

(17) *Nihil est*] Sic lo-
 quebantur veteres, cum plane
 & *διαρρηδην* respondere nolebant,
 sed perplexabiliter, ut ait
 Plautus. Aliquando etiam dicebant,
Reite, ut in *Hecyra* &
 in *Adelphis*: Aliquando etiam
Benigne, ut apud Horatium.
 FABER. Mallem ego dicere,
 formulam esse illorum, qui
 præcidunt sermonem de re
 sibi parum grata. Tota enim
 ita sonat: *Id nihil ad hanc rem
 est.* Terent. *Phor. Act. 5. sc. 6.* O-
 mmitto proloqui: nam nihil ad hanc
 rem est *Antipho*. Vel eorum qui

disimulant aliquid, & extenuant.
 Quomodo apud Ciceronem tota
 legitur hoc modo. De familia
literata nihil est, quod te moveat.
 SCHEFFERUS. Tergiversandi for-
 mula: ut apud Ter. *Ph. 5, 8, 6.*
 PRASCHIUS.

(18) *Dic quæso*] Lupi verba,
 cui mox respondet canis: *Quia
 videor, &c.* SCHEFFER.

(19) *Tamen*] Elegantissime ac
 Latinissime. Terentius pro eo usur-
 pavit *quin* in simili loco, qui est
Andr. Act. 2. sc. 6. Habet vim
 validius orandi. Ut in illo Ger-
 manorum: *Sage mir es doch:
 Thue es doch.* Idem Terentius in
Andr. 5. sc. 3. P. Pater licetne
 pauca? S. Quid dices mihi? CH.
Tamen Simo audi. Et in *Heaut.*
A. 1. sc. 1. At istos vestros interca
 tamen deponere. SCHEFFER. Pe-
 tron. *Fragm. Trag. Tamen, in-
 quit Trimalchio, quid habuisti in
 cena?*

(20) *Videor*] Eleganter sese
 habet tota oratio, & commoda
 canis attollit, incommoda exte-
 nuat mitibus vocabulis. Huc per-
 tinet *acer*, quod mox sequitur,
 & *quiescam*, & *quia visum est*,
 &c. SCHEFFERUS.

(21) *Acer*

Luce u
 Crepus
 Adfert
 Dat o
 Et, qu
 Sic sim
 26 Age
 Non p

(21) -
 usquam
 lmet. Sc
 R. R. 12
 esse oport
 vigilanti
 Catenis p
 nobibus f
 (22) E
 scam, in
 cum nox
 (23) F
 que, sim
 Sat. 3. c. 2
 nemo cibo
 Schol. Ver
 um. Nec
 debet. Na
 sine causa
 frustra, in
 si frustra,
 SCHEFFER
 (24) T
 quod pol
 in 6. An.
 Sic autem
 pul. A fin.
 bus nostris
 (25) I
 quid ad p
 tatem 4. d

Luce ut quiescam, ²² & vigilem, nox quum venerit,
 Crepusculo solutus, qua visum est, vagor. ²⁰
 Adfertur ultro panis; de mensa sua
 Dat ossa dominus; ²³ frustra ²⁴ jactat familia.
 Et, quod fastidit quisque, ²⁵ pulmentarium.
 Sic sine labore venter impletur meus.
²⁶ Age, si quo abire est animus, est licentia? ²⁵
 Non plane est, inquit. ²⁷ Fruere, quæ laudas, canis.

Re-

(21) *Acer*] Seneca de const. 14. tanquam canem acrem obiecto cibo leniet. SCHEFFERUS. Sic Cato de R. R. 124. Canes interdum clausos esse oportet, ut noctu acriores & vigilantiores sint. Columell. 8. 12. Catenis per diem continendi, & noctibus solvendi sunt. HEINS.

(22) *Et vigilem*] Lege quiescam, invigilem, vel evigilem, cum nox venerit. HEINS.
 (23) *Frustra*] Edulii cujuscunque, simplic. ut in isto Juvenal. Sat. 3. v. 210. & frustra rogantem nimis cibo juvabit. Ubi recte Schol. Vet. explicat panem potentem. Neque poni asteriscus ibi debet. Nam quod præcedit, aut sine causa, indicat solum, pro frustra, in nonnullis libris inveniri frustra, idque hoc significare. SCHEFFERUS.

(24) *Jactat*] Jacit, objicit, quod posterius usurpat Virgil. in 6. Æn. Supra, mittit, posuit. Sic autem solent de canibus. Apul. A sin. Intestina quidem canibus nostris jacta. SCHEFF.

(25) *Pulmentarium*] Quidquid ad panem datur. Vide Varro lib. 4. de LL. & Guyetum ad

Torent. Adel. A. 3. sc. 3. SCHEFF. Lege pulmentarii. HEINS.

(26) *Age, si quo est abire*] An scribendum: age si quo erit abire. GUYETUS. Pro num est, vel estne. Licitumne tibi est. Notat alias hic Faber errorem in metro sic restituendum: age si quo abire est animus &c. Cum quo facit & Buchnerus, cujus emendationem certam appellavit Freinshemius, & in ipsam recepit textum. Mallet N. Heinsius: si quo fert ire animus, quod melius, ne bis idem verbum repetatur. Porro hæc sunt verba lupi ad canem, quibus canis respondet mox: non plane est. Perperam Ursinus hæc invertit. SCHEFF. Lege: age ire, quo fert animus, est licentia? Horat. 1. epist. 14. Tamen istæc mens animusque fert, & amat spaciis obstantia rumpere claustra. Ovid. initio Remed. Amor. Fert animus propius consistere. HEINSIUS.

(27) *Fruere quæ*] Pro fruere iis, quæ. Sunt autem hæc lupi verba, permittentis id, quod ipse non desiderabat. Ita solent Latini. Seneca de Ira 3. c. 2. Paranti de-

Regnare nolo, 2^o liber ut non sim mihi.

num excusationem obstitit, & frueretur, inquit, mi Pollio, frueretur. SCHEFFERUS.

(28) *Ut non sim*] Hac lege, ac conditione, ut non sim. Illud mihi eleganter abundat, modo

apud optimos Latinitatis auctores consuetum. Cicero 7. Verr. Sztat egomet mihi tum modum orationum meo. v. inf. 5. c. 5. SCHEFFERUS. Diffundit hæc, coarctatis reliquis, Anon. f. 54. PRASCHIUS.

(47) F A B. VIII.

Frater & Soror.

1 PRæcepto monitus, 2 sæpe te 3 considera. Habebat quidam filiam 4 turpissimam, Itidemque insigni & pulchra facie filium. Hi speculum, in 5 cathedra matris 6 ut positum fuit, Puer-

(1) *Præcepto*] Mallet; *Præcepto hoc*. Scripserat Phædrus, opinor, *præcepto*. ut apud Terent. Adel. Act. 1. sc. 3. Nimum isthoc ubisti. SCHEFFERUS.

(2) *Sæpe te*] Respicit quod sequitur, *cotidie speculo vos uti volo*. SCHEFFERUS. Lege ipse te. HEINSIUS.

(3) *Considera*] Proprie usurpat, de contemplatione, quæ sit oculis, intueretur te, inspice te. Besche dich. Sic usurpavit B. Ambrosius lib. Off. 1. c. 4. Ergo qui plantavit aurem, non audit? qui finxit oculum non videt, non considerat. Frustra Barthius in Adv. sollicitat hunc locum. Nam & Festus Pauli ob hanc causam: *Considerare a contemplatione fiderum videtur appellari*. SCHEFF.

(4) *Turpissimam*] Lege *turpissima*. Sic supr. fab. 43. & *turpissime* multos cognovi optimos. *Turpissimam* in fab. 63. aliter accipi debet. HEINS.

(5) *In cathedra*] De his seminarum cathedris, & inde dictis pueris cathedralicis, lego Pignor. de Serv. p. 210. PRASCH. Sellam gestatoriam intelligit, quæ vebantur mulieres in publico. Dixi in opere *de re vehiculari*. Interim qui volet, consulat Pignorum de Servis, & Chimenium de Sellis veterum cap. 24. SCHEFFERUS.

(6) *Suppositum*] Prior verus gemino mendo inquinatus est, unde adeo factum, ut tota oratio suspensa sit & hiulca. Nam quid, quæso, est, *pueris suppositum*.

Puerilit

nam erat
ros inflex
pedibus su
tem mira
sibi velit
erat in ca
fuisse sub
ari narra
thedra era
mitatis r
dicere pol
ca; pro
non mora
Corrigo
Hi spec
Puerilit

Hoc sent
culum in
rum esse
illud for
tem erro
fuerit,
tendere;
gendum
codices a
cium qu
geminat
CULUM
cognans
SPECULUM
secundi
ex matr
vetam e
orum e
tum. F
opinion
eruditi
ut pass

Pueriliter ludentes, forte 7 inspexerant.

5
Nec

ratis aucto-
Verr. Statu-
lum oratione
SCHEFFERUS
rctatis reli-
RASCHIUS,

era.
m,

atum fuit,
Puer-

] Lege m-
p. 43. Imp-
ostimos. Tu-
aliter accip

] De his se-
& inde si-
cicis, lego
O. PRASCI-
intelligit, qu-
s in publica
belicari. In-
nsulat Pigo-
& Chimeno-
um cap. 14

Prior verus
quinatus est,
ut tota or-
tiulca. Nam
pueris sup-
positum

erat *speculum*? nisi, pue-
ros incedisse speculo, aut eorum
pedibus subjectum fuisse? Papæ!
rem mirificam. Deinde, quid
ibi velit, *speculum suppositum*
erat in cathedra? nisi positum
fuisse sub cathedra; quod contra
rei narrationem est, nam in ca-
thedra erat. Deinde, contra La-
minatis rationem; neque enim
dicere possis, *suppositum* in ar-
ca; pro, *positum* in arca. Sed
non morabor amplius lectorem;
Corripo, & lego:

*Hi speculum, in cathedra ma-
tris ut positum fuit,
Pueriliter ludentes forte inspe-
xerant.*

Hoc sensu, Ibi pueri, cum spe-
culum in cathedra matris posi-
tum esset, pueriliter ludentes,
illud forte inspexerant. Qui au-
tem erroris fons, quæ origo
fuerit, operæ pretium erit at-
tendere; & facile est ad intelli-
gendum, ei præsertim qui MSS.
codices aliquando tractarit. Vi-
tium quippe istud natum est ex
geminacione τὸ S. in HI SPE-
CULUM; unde exscriptor in-
cognans nobis effinxit: HIS
SPECULUM. Eadem quoque
secundi erroris origo est; nam
ex *matris ut positum*; (quam ego
veram esse lectionem contendo)
ortum est illud *matris suppositum*.
FABER. Nihil melius
opinione mea, quam ut cum
eruditissimo Fabro hic legamus;
ut *positum fuit*, & propterea pro

his, quod est ab initio, hi scri-
bamus. Vitium utrumque pepe-
rit littera ex vicinitate male re-
petita, sic ut aliis in locis eve-
nit; ut *positum fuit*, idem est,
ac si dixisset, *sic, ut, quomodo*
ibi forte positum fuit: Hoc enim
vult, venisse in eam cathedram,
ibique invenisse speculum matris,
quod tum forte ibi jacebat. re-
lictum. Nempe sollicitæ de for-
ma & hoc una secum in cathe-
driis istis circumferebant, ut sub-
inde possent consulere, ac si quid
minus concinne se haberet, e-
mendare. Nisi quis propius ad
scripturam veterem mallet: *Hi*
*speculum (quod in cathedra ma-
tris appositum fuit) pueriliter lu-
dentes forte inspexerant*. Sane il-
lud apponere, pro ponere Tullius
quoque usurpavit in *Verrina* 6.
apposuit patellam, in qua sigilla
erant egyptia. Neque in difficul-
tatem habet. Plinius 8. c. 51. *Sol-
lidum aprum Romanorum primus*
*in epulis apposuit P. Servilius Rul-
lus*. SCHEFFER. Lege qui *spe-
culum, in cathedra matris ut po-
situm fuit* &c. HEINSIUS. An
suspensum? ἐπέκειντο τῷ ὑποθέ-
ματι impositum. His speculum
suppositum fuit, eo scilicet, ut
se in eo intuerentur: non enim
forte inspexerant, ut suppositum
interpolator. GUIETUS.

(7) *Inspexerant*] Rectius mul-
tò est: *f. inspexerunt*. Librarius
vim factam existimans legi me-
tricæ mutavit, sed malè. MEURS.

(8) *Illa*

Hic se formosum jactat; 8 illa irascitur,
Nec gloriantis 9 sustinet fratris jocos,
10 Accipiens (11 quid enim?) cuncta in contume-
liam.

Ergo ad patrem cucurrit, læsura invicem,
Magnaque invidia criminatur filium,
12 Vir natus quod 13 rem feminarum tetigerit:

(8) *Illa irascitur*] Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαίῃ ζηλήμονές εἰσι γυναικες, ait Musæus de Ero & Leandro. PRASC.

(9) *Sustinet*] Ferre potest. Ita sustinere hominum sermones dixit Cicero in *epist. ad Cassium*. SCHEFFERUS. V. doctissimum Muncker. ad Hygin. fab. 261.

(10) *Accipiens*] Forte accipiens. HEINS. Nihil necesse. Ita Terent. Adel. 4. 3. *Ad contumeliam omnia accipiunt magis*. Ita & Eun. 1. 2.

(11) *Quid enim*] Putat Rittershusius, quid ni scripsisse. Quid si dicamus breviter dictum, quod plene ita sonat, *quid enim potius acciperet in contumeliam?* Alluderetur sane optime ad ingenium muliebrem, cui nil molestius, quam ob formæ turpitudinem notari. Horat. 1. sat. 1. ubi mercator: *Militia est potior, quid enim? concurritur* --- Ita sic conceperam, cum postea incidi in comment. *Salmasii ad Tertull. Pall.* ubi eundem locum hunc sic video probari. *Conf. p. 366.* SCHEFF.

(12) *Vir natus*] Græca ratio loquendi, quæ tamen & Latinis frequens. *Apulejus 1. Asin. Si resistere, vir natus, mulieri nequibas.*

Idem in Apol. 1. An tu ignoras, nihil esse aspectabilius homini nato, quam formam suam. Cicero. *Tusc. 3. Mortalis natus, conditionem postulas immortalium.* SCHEFF.

(13) *Rem feminarum*] Vides, lector, quæ sit hoc locores feminarum, speculum scilicet, & alia id genus nugæ, quæ utuntur mulierculæ. Tamen Ruggaltius, quod una mecum mirabere, allato Anacreontis testimonio perluadere cupit, debere hoc de pulcritudine intelligi.

Quod quam ridiculum sit nunc dicere, neque annotassem, nisi veritus forem ne tanti viri auctoritas aliis imponeret. FABER. Speculum. Sed audi, virgo, quid ad hæc Naumachius: ἀλλὰ σὺ κόσμος, Παρθένε, νηυσὶς μὲν δεύεις, μηδὲ κατόπτρον χερσὶν ἀκρίνεσσιν τῆν ἀνγάζεο μοῖον. PRASCHIIUS. Supellectilem muliebrem; id quod ad feminas pertinet. Imitatus Terentium videtur, qui sic loquitur in *Heaut. Act. 2. sc. 3. Offendimus ipsam*, ait, *nulla mala re esse expolitam muliebri*. Per rem muliebrem præmentia & id genus alia cultus & ornatus servientia intelligitur. Atque itto modo Noster speculum,

(47)
Ample
Dulcer
16 Quo
17 Tu

Am-
iam, rem
galtius d
contra lo
sic sequen
Forte fem
(14)
moris &
tat. Ovid
Non su
frigi
(15)
quoque pa
Quomodo
Hinc port
tatur in o
verbam
ex Casare
SCHEFFER

(16)
spondet,
terat, s
lum enim
cognition
pientia p
dentia c
appingitu
giem; n
Eustath
lib. 2. Fa
inspectana
lato: qu
Gyrald. A
Similia hi
1. c. 17.
der. in An
(17)
spicit filii

(47) Amplexus utrumque ille, & ¹⁴carpens oscula,
 Dulcemque in ambos ¹⁵caritatem partiens:
¹⁶Quotidie, inquit, speculo vos uti volo:
¹⁷Tu formam ne corrumpas nequitiae ¹⁸malis; ¹⁵Tu

nam, rem appellat *feminarum*. Rigulius de pulchritudine accepit, contra loci mentem, nec admittit sequens, tetigerit. SCHEFFER. Forte *femininam*. HEINS.

(14) *Carpens*] Fervorem amoris & ex eo festinationem notat. Ovid. ep. 2. *Heroid.*

Non super incubui, non oscula frigida carpsi. SCHEFF.

(15) *Caritatem*] Tribuens quinque partem suam; eleganter. Quomodo apud Virgilium 1. *Æn.* Hinc portum petit, & socios partitur in omnes. Porro de amore verbum hoc usurpari docuit ex Casare aliisque Rittershusius. SCHEFFERUS.

(16) *Cotidie inquit*] His respondet, quod in προμῦθῳ dixerat, *sape te considera*. Speculum enim apud veteres imago est cognitionis sui: quæ princeps sapientiae pars habetur. Inde Prudentiae cum serpente speculum appingitur. Et si aliam ejus effigiem; nec invenustam, exhibet Eustath. de Ismenes & Ism. amor. lib. 2. Facit huc symbolum, Non inspicendum ad lucernam spectulum: quod explicat Lil. Greg. Gyrard. Adde Jac. 1. 24. 2. PRAS. Similia his apud Senec. nat. Quaest. 1. c. 17. Et Laërt. lib. 2. V. Fraider. in Anacreont. p. 263. HEINS.

(17) *Tu*] Distributive, respicit filium, SCHEFF.

(18) *Nequitiae malis*] Illud *malis* non bene respondere praecedenti *formam* videtur. Ergo scriberem, *maclis contracte*, pro *maculis*. Maculis corrumpere, est commaculare. Verum Faber hoc haud putat esse Latinum, nec a bona mente probari. Vellem, causam addidisset aliquam. Si enim Latinum est, *Corrumpere oculos Lachrymis*, quod habet Plautus & Ovidius, cur non sit Latinum, *corrumpere formam maculis*? At pergit: *cui persuadeatur priorem in maclis corripipi posse? Nam etiamsi in macula brevis est, naturam tamen mutabit, si una sui parte mutiletur*. Quasi vero nullus existat senarius, qui in fine habeat spondæum. Cur ergo non correxit quoque lib. 5. *prol.* versus decimum? Præterea sic occurrit quoque apud Plautum in *Amphitruonis Prologo*:

Nam cum Telebois bellum est
 Thebano poplo.

Et Matrialem Epigr. 3. ep. 22.

Summa venenium portione perduxisti.

Hoc enim modo legendum ibi Scriverius ait, & lib. 4. ep. 61

Emptas lacernas millibus decem dixi.

Itaque quaerenda ratio est alia, quam cum omiserit Faber, nos indicabimus. Nam & nobis displicet

Tu faciem ut istam moribus 19 vincas bonis.

plicet nunc ista nostra conjectura, non tam iis de causis, quas recitavit Faber, quam quod per eam pereat oppositio, quæ servanda in oratione tota videtur. Sicut igitur nominantur *mores boni*, sic plane his adversa poni debent, non *macula nequitiae*, sed *mala*. Id quod jam ante annum non vidimus solummodo, sed & publice auditoribus nostris indicavimus. SCHEFF. Recte *malis* retinetur. Sic in versiculis illis apud Lamprid. Sever. c. 38. *Ut fias*

animi malis repulsis Pulcher, ne invideas livori mentis.

(19) *Vincas*] Innuit curam & laborem, quam hæc res requirit: *istam* ponitur demonstrative, pro turpitudine ac deformitate, de qua proprie illud *vincere* intelligendum. Est autem *vincere*, hoc agere, ut ne appareat, ne conspiciatur ea turpitudine, præ morum pulchritudine. Sic apud Curtium 8. c. 3. *Vincit gratiam meriti sceleris atrocitas.* SCHEFFERUS.

(48) F A B. I X.

Socrates ad Amicos.

Vulgare amici nomen, sed rara est fides. Quum parvas ædes ¹ sibi fundasset Socrates, ² (Cujus ³ non fugio mortem, si famam adsequar, Et ⁴ cedo invidiæ, dum modo absolvar ⁵ cinis.)

(1) *Sibi*] Suos & privatos in usus. Sic Terent. in *Heaut. Act. 2. sc. 3. ornari sibi dixit.* SCHEFF.

(2) *Cujus*] De genere mortis violentæ hoc intelligendum. *Mors Socratis* enim hoc loco ea est, quali ipse olim periit. Sic Tacitus *mortes antiquorum* usurpavit 1. *Hist. 3. laudatis antiquorum moribus pares exitus.* SCHEFF.

(3) *Non fugio*] Exprimit constantiam in eo, quod, adversum quia est, non quærimus, non *reverso subire.* SCHEFF.

(4) *Cedo invidiæ*] Non satis

hoc intelligo. *Cedere invidiæ Socratis*, est, *Socratem* invidentem ferre non posse, minorem esse *Socratis* invidiæ, quomodo apud Virgilium 3. *Æn. cedere honori Ascanii.* & apud Claudian. 3. in *Eutr. cedere livori.* At hoc non vult Noster. Quid si legas *accedo invidiæ*, quomodo apud Cicero in ep. ad Brutum est *accedere virtuti alicujus.* Quid? si *me de invidiæ*, quomodo apud eundem dare materiam *invidiæ*, dari se sermonibus vulgi reperitur. Sed nil opus est correctione, Optime

(49)
E pop
Quælo
Utinar

doctissim
me litter
Socratis,
non est,
facile pa
vel dam
vidis us
tem judi
ne apud
quem ref
Pecunia
igitur hi
& in aliis
Respicit
SCHAFER
differti
dantur
44. Ad
lunt. He
(5) C
tus fue
Sicut eve
ria notu
verbis.

(6) :
quentiur

Peri
Ut

(1)
Corn. N

(49)

E populo sic, ⁶ nescio quis, ⁷ ut fieri solet: ⁵
Quælo tam angustam, ⁸ talis vir, ponis domum?
Utinam, inquit, veris hanc amicis impleam.

doctissimus Gronovius in suis ad
me litteris : Cedo invidia (non
Socratis , nam ea vox hic repetenda
non est , sed ut Socrates) id est ,
facile patior me circumveniri , &
vel damnari atque occidi ab in-
vidis , ut ille , dummodo post mor-
tem judicer innocens fuisse. Cedo ,
ut apud Valerium Max. unius ali-
quem testimonio cedere , de quo in
Pomonia Vetere pag. 708. Invidia
igitur hic posita pro invidis , ut
& in aliis consuevit. v. lib. 4. c. 4.
Respicit & hic Sejanum cum sociis.
SCHEFFERUS. Liv. 3. 54. Video
differt adversus nos certamen ,
dandus est invidia sanguis. Et 4.
44. Adversa invidia objici ma-
luit. HEINS.

(5) Cinis] Postquam cinis fa-
ctus fuero. Post mortem meam.
Sicut evenit Socrati , ut ex histo-
ria notum. Eum enim respicit his
verbis. SCHEF.

(6) Nescio quis] Formula lo-
quentium de ignotis. Cicero de

Amicit. Qualem fuisse Athenis Ti-
monem , nescio quem accepimus.
SCHEF.

(7) Ut fieri solet] Inter ædi-
ficandum. Hoc enim maxime hic
attenditur. Et est notus ea de re
versus , quem & Rittershusius pro-
tulit. SCHEF.

(8) Talis vir] Sic apud Plau-
tum Capteiv. loquitur servus ad
herum :

Quid me oportet facere , ubi tu
talis vir falsum autumas ?

Sic Sallustius de Mario : Tamen
ad id locorum talis vir (nam po-
stea ambitione præceptus datus est)
consulatum appetere non audebat.

SCHOPPIUS. Terent. Eun. 1. 2.

Et istam nunc times , qua abdu-
cta est , ne illum talem praripiat
tibi. Corn. Nep. Alcib. 6. Itaque
& Sicilia amissam & Lacedæmo-
norum victorias culpa sua tribus-
bant , quod talem virum e civi-
tate expulissent. V. Heinf. ad O-
vid. 5. Fastor. 460.

(49) F A B. X.

Poëta de Credere & non Credere.

Periculosum est credere , & non credere.
Utriusque exemplum breviter exponam rei.

Hip-

(1) Exponam] Narrabo. Ita
Corn. Nep. Att. c. 28. versibus ex-

posuit , qui honore ceteros præsti-
terunt. SCHEF.

(2) No-



Hippolitus obiit, quia² novercæ creditum est.
 Cassandræ quia non creditum, ruit Ilium.
 Ergo exploranda est veritas³ multum prius,
 Quam stulta prave⁴ iudicet sententia.
 Sed⁵ fabulosa ne vetustate elevem,
 Narrabo tibi, memoria quod factum est mea.
 Maritus quidam quum diligeret conjugem,
 6 Togamque puram jam pararet filio,

(2) *Novercæ creditum est*] Sententiose. Et huc pertinet impersonale verbum. Nomen novercæ fuit Phædra. SCHEF.

(3) *Multum prius*] Coniungunt vulgo. Sed illud multum ad exploranda referendum. Multum enim hic est, *diu bene*. SCHEF.

(4) *Iudicet sententia*] Animus, iudicium; effectus, pro efficiente causa, nota figura. SCHEF. An scribendum *iudices*? GUSTUS. Ita & Heinſius codici suo adſcripserat.

(5) *Fabulosa*] Legendum auctor: *sed fabulosa ne hæc vet. el.* PRASCHIUS. Praschius existimat legendum: *sed fabulosa ne hæc vetustate*, &c. non male. Sed quia codices dissentiunt, puto id pronomen, quod in sequenti versu est intelligendum, & ad illud quod refertur, etiam huc trahi oportere, ut sit sensus: ne id sc. quod proxime dixi de exploranda veritate, elevem allatis exemplis, quæ propter vetustatem suam possunt videri fabulosa, propterea id narrabo, quod est factum mea memoria. SCHEF. An scribendum *elevet*, id est, extenuet, minus ob vetustatem?

an elevet? QUIET. Forte *nover. HEINS.* Puto recte *Geotum elevet* coniecisse & explicasse. Ita infr. fab. 61. *Qui scere qua non possunt, verbis devant.*

Togamque puram] Quo tempore sumta sit, variant. Rittersh. hic notat, gestatam pretextam usque ad annum decimum sextum completum. Guido etiam Pancirollus Reb. Dep. quum ad annum XVI. pervenissent. Octav. Ferr. de Re vest. 2. 1. usque ad initium anni XV. Henr. Salm. not. ad Panciroll. exemplis inductus; nullum certum tempus definitum putat. Quæ de reliquo super hoc antiquo more differunt, apud ipsos poterunt legi. Id unum addo, & pretexta & toga solis uti civibus Romanicuisse: nisi quod amici populi hoc iure donabantur, ut fole docet D. Gothofr. ad L. 32. D. de Jure fisci. PRASCHIUS. Quæ tebantur viri, primumque indubantur post expletos adolescentium annos. Erat autem dicta pura, quia nullam pretextam habebat purpuram, ut toga puerorum. Vide *Bullium & Ferrar. de re vest.* SCHEF.

- (49) Seductus in secretum a liberto suo,
 7 Sperante hæredem 9 suffici se 10 proximum.
 8 Qui 12 dum de puero multa mentitus foret,

Et

(7) *Seductus*] Scorsum ductus in locum solitarium. *Livius* 30. cap. 5. *Scipio* deinde *Læliam* & *Magnissimam* separatim *seductos* abestatur, &c. *Sueton. Claud. c.* 37. unus ex litigatoribus, *seducto* in salutatione affirmavit. *Terent. Heey. 1. sc. 2.* *Pamphilus* me solam *seducit* foras. *SCHEFFERUS.* *Cicet. 1. de Orat. §6.* *Qui cum Crassum seduxisset, atque ad eum remisisset.*

(8) *Sperante*] Putat *Faber*, hic deesse versum. Ego nil huiusmodi intelligo. Quid reponit *Faber*? *Miror*, ait, *qui monitus fuerit tamen*. Scilicet audire vult se admonentem. At qui potest, nisi addat rationem? *Nemo dubitabis*, inquit. Nos vero dubitamus plurimum. Et quis ante *Fabrum* hic deesse quid putavit? *Ne Meursio* quidem visa est oratio hiare, qui ubique tamen invenit lacunas. Sed nimirum omnes mecum seriem orationis abruptam, & pendentem structuram non viderunt. At quid, si ad *seductus* addas est, quod hic intelligendum? *Maritus seductus est a liberto, sperante se suffici hæredem proximum*. Quid tandem deest huic orationi, aut cur non punctum majus sequi post eam potest? Vidit *Rittershusius* quoque, ac ideo *seductus* est, censuit scribendum. *Terentius Euvach. 4. sc. 4.* *Monstrum hominis,*

non *dicturus*? pro, *dicturus*, &c. & *A. 5. Rhorm. 5.* *Quidnam nunc facturus Phædria?* pro *facturus est.* *Fragm. Petroni:* *Catellam* in terram deposuit, hortatusque ut ad rixam properaret. *SCHEFFERUS.*

(9) *Suffici*] Ut facere, sic & sufficere hæredes dicimur, cum alios aliis substituiimus, quamquam magis utilitate substitui dicantur. Simili sensu *Cornel. Nep. Hannib. c. 5.* *Hasdrubale* Impetatore *sufficito*, equitatus omni profuit. *Cæterum suffici se*, pro *sufficendum esse*, quomodo apud *Virgilium 1. Æn. Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci*

Audierat; pro *ducendam esse.* *SCHEFFERUS.*

(10) *Proximum*] A filio videlicet. Nam proprie solenniterque hi *secundi* appellantur. *Pet. sicut Sat. 2. v. 12.*

-- *pupillumve utinam, quem proximus hæres*

Impello, expungam - - -

Habes tamen & apud *Salvianum lib. 3. ad Eccles. Cathol.* de primo hærede, in antiqua formula; *Illum hæredem scribo proximum meum.* *SCHEFFERUS.*

(11) *Qui cum*] Lege *hic cum.* *HEINSIUS.*

(12) *Dum*] Mallet *cum Rittersh.* & sic edidit *Meursius*. Sed fortasse rectius illud *dum* explicabimus per *dummodo. Salust. Bell.*

L

Cat.

Et plura ¹³ de flagitiis castæ mulieris,
¹⁴ Adjecit id, quod sentiebat maxime
¹⁵ Doliturum amanti, ventitare adulterum,
 Stuproque turpi pollui famam domus.
¹⁶ Incensus ille falso uxoris crimine,
 Simulavit iter ad villam, clamque in oppido
¹⁷ Subsedit, deinde noctu subito ¹⁸ januam
 Intravit, recta cubiculum uxoris petens,
¹⁹ In quo dormire mater natum jusserat,
²⁰ Ætatem adultam ²¹ servans diligentius.

15

20

Dum

Cat. Id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, nil quidquam pensi habebat. SCHEF.

(13) *De flagitiis*] Sic *Quintil. lib. 6. cap. 3. de annis ætatis sua multum mentiri dixit. SCHEF.*

(14) *Adjecit*] Non placet hæc distinctio. Verba illa omnia id quod sentiebat maxime, doliturum amanti, ponenda in parenthesi cenfeo. SCHEFFERUS.

(15) *Doliturum amanti*] Dolorem allaturum propter amorem marito signit. *Doliturum* imitatione *Terentii* & *Plauti* sic usurpat, qui posterior in *Capt. 1. sc. 2.*

- - huic illud dolet,

quia nunc remissus est edendi exercitus. SCHEF.

(16) *Incensus*] Eleganter, ad indicandam iræ vehementiam. *Terent. Phorm. A. 4. sc. 4. Loquarne? incendam? taceam? instigem?* *Donatus: Incendam, quia iracundia ignis est. SCHEFFERUS.*

(17) *Subsedit*] Substitit, commemoratus est. *Cic. 5. Att. ep. 16. Itaque subsedi in ipsa via, dum*

hæc summam tibi prescriberem. Sed hic non commorationem simplicem, sed quæ insidiarum causa instituitur, intelligere debemus. Quomodo in venatione subsident, unde venatores ipsi *subseffores*, ut notavi ad *Petrus. Fragmentum.* Aut quomodo in militia faciunt. *Ammianus lib. 24. subsedisse manum insidiarum latenter. Livius lib. 1. partem militum subsidere in insidia jussit. SCHEFFERUS.* Vide *Serv. ad Virgil. Æncid. 5. 498. & 11. 268.*

(18) *Januam intravit*] *Elip. pro per januam in ades. Petronius: Mulier haud inculta januam intravit. SCHEFFERUS.*

(19) *In quo dormire*] Obscena morem. Similis est historia *Euphratis*, *Arandacis filii*, a quo *Parthiæ* fluvius nomen sumit: nec non *Theltii*, a quo denominatum flumen *Ætoliz*, *Axenus* antea, post *Achelous* dictum. *PRASCHIUS.*

(20) *Ætatem adultam*] Significat pro filio adulto. SCHEFFERUS.

(21) *Ser-*

Dum
 23 Iræ
 Ad lo
 Ut fa

(21)
 quod ad
 noxia,
 inicit,
 cans pro
 cients. C

Nunquam
 fuit fructu
 servare c
 puella lo
 gormis
 Terent.
 quantum
 var, cas
 post: atq
 vendus e
 Poëta rel
 quo sine
 adolescen
 pri, vive
 nam mib
 ottempera

(22)
 ediciones
 fuit imm
 maxime
 de familia
 tos innu
 sum ad
 SCHEFFE
 (23) In
 nissime,
 loris & c
 totis. Si
 tie Cicero
 (24)
 Plautus

Dum quærunt lumen, dum ²² concurrant familia,
²³ Iræ furentis impetum non sustinens, ²⁵
 Ad lectum accedit, ²⁴ tentat in tenebris ²⁵ caput.
 Ut sentit ²⁶ tonsum, gladio pectus ²⁷ transfigit,
 Ni-

(21) *Servans diligentius*] Scilicet quod adulta esset, vitiisque obnoxia, quæ hic tacite Noster innuit, plus, quam antea. *Servans pro observans*, i. e. custodiens. *Corn. Nep. Cimone cap. 4.* Nunquam hortis custodem imposuit fructus servandi gratia. *Affervare dixit Catullus c. 17.* de puella loquens: *Affervanda nigris diligentius uvis.* SCHEFF. Terent. *Heaut. 3. 3.* Nisi enim, quantum Dii dant opis tibi, servas, castigas, mones. Et paulo post: atque nunc hære hic tibi affervandus est. Ubi etiam videtur Poëta respexisse ad morem illum, quo sine pædagogis, & magistris, adolescentes, in viros transcripi, vivebant. Dicit enim Syrus: nam mihi jam minus minusque obtemperat.

(22) *Concurrant*] Sic priores editiones habuere, quod non fuit immutandum in *concurfant*, maxime cum præcedat *quærunt*, & familia nomen sit, quod multo innovat. Adde nobiliss. *Heinsium ad Ovid. Met. 2. v. 688.* SCHEFFERUS.

(23) *Iræ furentis impetum*] Gravissime, ad indicandam vim doloris & causam tam atrocis facinoris. Sic *impetum libidinum* dicit Cicero de fin. SCHEFFERUS.

(24) *Tentat*] Explorat manu. *Plautus Aulul. Act. 4. sc. 3.* EU.

agedum, excute dum pallium. STR. tuo arbitratu: EU. ne inter tunicas habeas. STR. tenta, quæ lubet. Vide *Giffan. Ind. Lucrer.* SCHEFFERUS. Quintil declam. 1. Tentavit ergo vultus & pectus objectum. Virgil. 3. Georg. 563. Invisos si quis tentarat amictus. Propert. 1. eleg. 3. Subiecto leviter positam tentare lacerto.

(25) *Caput*] Scripseram olim, illud tentat absolute hic intelligendum, & post tenebris ponendum punctum. Idem & *Colemus* judicaverat. Nunc sententiam illam muto. Video enim ista velle: non tentasse quidvis obvium, sed quævisse caput, ut ex eo etiam in tenebris cognosceret, virine, an femine esset. Atque ita exigit, quod præcedit accedit ad lectum, quod non habet sensum idoneum, frustraneumque est, si lectionem alteram sequamur. SCHEFF.

(26) *Tonsum*] Nempe, sicut viri consueverant. Solebant enim pueri alere capillos, & cum ad virilem venissent ætatem, detonsos consecrare Diis, indeque semper tonso esse capite. *Martialis 9. c. 36.*

At tibi si dederit vultus comam tonsa viriles. Ambrosius de S. Paulo: Secundum legem extulit illud, quia vir, si comam habuerit, ignominia est illi.

28 Nihil respiciens, dum 29 dolorem vindicet.
Lucerna 30 adlata, simul 31 adspexit filium,
32 Sanctamque uxorem dormientem cubiculo,
33 Sopita 34 primo quæ nil somno fenserat,
35 Repræsentaſtavit in ſe pœnam facinoris,

Prohibet enim lex, virum eſſe comatum. *Iſidorus lib. 19. Or. Habet & ſexus inſtitutam ſpeciem habitus, ut in viris tonſi capilli. Servius lib. 1. Æn. A cædendo dicta caſarvies, ergo tantum virorum eſt. Pub. Conſentius de verbo ex Probo: Maſculina erunt, quon maſculina res ſuberunt, quæ ſignificantur, natura, ut genuit, conſuetudine, ut tondetur, utrumque enim maribus recte aſſignatur. Hinc apud Sueton. c. 79. Aug. In capite comendo tam incurioſus, ut raptim compluribus ſimul tonſoribus operam daret. SCHEFFERUS.*

(27) *Transfigit*] Trajicit, tranſverberat. Tacit. 14. An. 37. Se ipſum gladio tranſegit. SCHEF.

(28) *Nihil reſpiciens*] Elegans hujus verbi uſus eſt, quum curam, recordationem, miſerationem, favorem, convenientiam deſignamus. Exempla ſunt in promptu. PRASCH. Attendens, curans. Quomodo Cornel. Nep. in Miltiade cap. 8. Hæc populus reſpiciens, maluit eum plecti. SCHEFFERUS.

(29) *Dolorem vindicet*] Vindicamus proprie injurias. Sed quia ex injuriis dolor, ideo ſic loquitur. SCHEF.

(30) *Allata*] Mallet Heinſius illata, quia ſic Latini, O-

vidius, Curtius, Apulejus, alii. SCHEFFERUS.

(31) *Adſpexit*] Id eſt, vidit. Virgil. Eclog. 8. Atque ego Daphnim Aſpicio: illo tibi me contra videt. PRASCH. Eleg. de conſpectu improvifo: So bald er ſieher anſichtig worden. SCHEF.

(32) *Sanctamque*] Innocentem: caſtam dixit ante. Virg. 11. Æn.

-- tuque o ſanctiſſima conjux. SCHEFFERUS. Vetus Inſcripſio apud Reinſ. claſ. 14. 54. Uxor ſanctiſſima.

(33) *Sopita ſomno*] Sopitam ſomno dicit imitatione Virgilio, qui lib. 1. Æn.

Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera

Recondam. Eſt autem ſopitus plus, quam dormiens, & de profundo ſomno uſurpatur. Unde Plinius 21. c. 18. Hujus ſemina ajunt ſomnum allici, ſed modum ſervandum, ne ſopor fiat. Donatus ad ſuperiorem locum: Sopitum, nam illa vias multum preſuſaſque dormit. SCHEF.

(34) *Primo*] Recens cæpta. Eſt & hoc ex Virgilio dicto libro ubi ait:

-- Primo qua proſita ſomno. SCHEFFERUS.

(35) *Repræsentaſtavit*] Statim de

Et ſen
Accuſ
Roma
Malig
39 Qu
Cauſa
A Div

ſe ſumſit
repræsentaſtavit
lib. 5.
dare debe
quem re
mus. Sic
nam repr
la & Not
6. 5. ext.
preſentat
ſupſina fi
(36)
verbum.

fidecium
cui juris
diſſonant

(37) I
inter ſole

mit. Ap
hoc ſenſu
ille dat

traſt
(38) L
mi. He

(39) Q
(40) E

brevi eſt.
ſuſpicatos
ſe ad facin
ni & filii
hereditate
tenebat illa

eratio, &

Et ferro incubuit, quod crudelitas strinxerat.
 Accusatores 36 postularunt mulierem,
 Romamque 37 pertraxerunt ad centumviros. 35
 Maligna infontem 38 deprimit suspicio,
 39 Quod 40 bona possideat; 41 stant patroni fortiter
 Causam tuentes innocentis feminae.
 A Divo Augusto tunc petiere iudices,

Ut

se sumsit. Notat celeritatem. Sic
 representare medicinam dixit Cice-
 ro lib. 5. ep. fam. 16. neque expe-
 llari debemus temporis medicinam,
 quam representare ratione possi-
 mus. Sic Suet. Aug. c. 101. sum-
 mam representari iussit. SCHEF.
 Ita & Nostro æqualis Valer. Max.
 6. 5. ext. ult. Pœnam tamen re-
 presentare maluit, ne qua fraus
 iustitia fieret.

(36) Postularunt] Solenne
 verbum. Est autem postulare, de-
 siderium suum in iure apud eum,
 cui jurisdictioni præest, exponere.
 Brissonium vide. SCHEF.

(37) Pertraxerunt] Est & hoc
 inter solennia, de quibus Brissa-
 nius. Apud Horat. legitur extrahi
 hoc sensu lib. 1. sat. 1.

Ille davis vadibus, qui rure ex-
 trahit in urbem. SCHEF.

(38) Deprimit] Lege de in pre-
 mi. HEINSIUS.

(39) Quod] Forte qua. HEIN.

(40) Bona possideat] Nimis
 brevis est. Puto autem hoc velle,
 suspicatos plerosque, commisit-
 se id facinus, ut post obitum ma-
 tri & filii sola, possideret bona &
 hereditatem, idque ex eo, quia
 credebatur illa bona. Ita elliptica erit
 oratio, sic explenda: deprimit

suspicio ob id, quod possideat. Ali-
 ter interpret Gallus non nihil. Ve-
 rum expositionem nostram puto
 negotio esse convenientissimam.
 SCHEFFERUS.

(41) Stant] Id est, resistunt.
 Summa locutio ex arena gladi-
 atorum, ut vult. Voss. Com. Rhet.
 1, 6, 5. vel etiam a re militari.
 Nam & Dares Phrygius, in quo
 bona quædam & antiqua: Pen-
 theslea occurrit, ait, fortiter ca-
 minus stetit; & locutiones aliæ
 similes se offerunt. Hinc argu-
 menta dicuntur hasta Ciceroi &
 Quintiliano: hinc confictus caus-
 farum: hinc arcem caussæ inva-
 dere, argumenta dirigere, tela
 subministrare, & quæ plura pos-
 sunt animadverti. PRÆSCHTUS.
 Fiduciam constantiamque notat,
 ut in isto Virgilii 7. Æn. quod
 Noster forte respexit: *His ubi*
nequicquam dictis experta, Lati-
num Contra stare videt. --- Per-
sus sat. 5. v. 96. Stat contra ra-
tio. Martial. 1. Stat contra dicit-
que tibi tua pagina, fur es. Solet fe-
re usurpari de patronis causarum,
& plane forense est. Vide inf. lib.
5. c. 5. Illud fortiter, referendum
est ad subsequens tuentes, mea
sententia. Fabius 6. Inst. cap. 1.

Ut adjuvaret 42 jurisjurandi fidem,
 Quod ipfos 43 error implicuisset criminis.
 Qui postquam 44 tenebras dispulit calumniæ,
 Certumque fontem veritatis repperit,
 Luat, inquit, pœnas, causa libertus mali.
 Namque orbam nato simul, & privatam viro, 45
 Miserandam potius, quam damnandam existimo.
 Quod si 45 damnanda perscrutatus crimina
 Paterfamilias esset, si mendacium

Sub.

Quædam enim jam fortiter tuenda sunt. SCHEZ. Horat. 1. Sat. 9. *Dispercam se, aut valeo stare, aut novi civilia jura.*

(42) *Jurisjurandi fidem*] Jurati enim Senatores & decuriones sententiam ferebant: si verò aqua ipsis hæreret, neque satis liqueret quid veri esset in re, qua de agebatur, tunc Imperatoris iudicium exquirebant. In quam rem testimonia si asseram, otio abutar. FABER. More suo *fidem* pro iis, qui eam dederant iurejurando, id est, iudicibus. Quibus in causa obscura solenne fuit iuramentum, *sibi non liquere*. Quo liberantur, iudicio ad Imperatorem devoluto. Vide Gell. 14. c. 11. & *Briffonium in Form.* Ita sensus erit, petierunt ut iuvaret se, atque a pronuntiatione sententiæ liberaret, quia fecissent fidem iurejurando, se litis hujus decisionem non invenire. Exigere hanc expositionem censeo, quod nihil post hæc iudices illi faciant, sed *Augustus* solus causam cognoscat, & sententiam pronunciet. Sane etiam *interpres Gallus* sic accepit: *Les juges sup-*

plierent l'Empereur, de les vouloir ayder à s'acquiter de leur charge. SCHEZ.

(43) *Error*] Eleganter, sicut *error via, pelagi*, & similia apud *Virgilium*, sic *error criminis*, de ambiguitate, incertitudine, obscuritate. SCHEFFERUS.

(44) *Tenebras dispulit*] Imperetrem huic tropo dabitur *Agpetum*, qui solem & principem inter se conferens, cap. 51. inponit: *ὁ μὲν γὰρ ὑποχωρεῖ τῇ διαδοχῇ τῆς νυκτός. ὁ δὲ ὁ παραχωρεῖ τῇ συναρπαγῇ τῶν νεκῶν, ἀλλὰ τῷ φωτὶ τῆς αἰθερίας ἐξελέγχει τὰ κρυπτά τῆς ἀδιαιτίας.* PRASC.

(45) *Damnanda*] Repetit ingrata. Puto plane scripsisse *Notrum clam tanta*. SCHEFFERUS. Non puto bis eandem vocem Auctorem repetisse. Lege *Endanda*. Auct. Rhetor. ad Herenn. Deinde *contraria legis enodatione voluntatem*. Gell. xiii. 10. *Et præcipue sententiæ ad enodandum plerosque juris laqueos utebatur*. Et 4. 11. *enodare sententiæ*. *Enodator vocis* Salmas. ad Tertull. Pall. Juven. 7. *Veniet de plebe*

(49) Subt.
 Non
 Nil f
 Qua
 Et q
 Ho
 49 Op
 Amb
 Aut g

Sub.

gata,
 enigma
 Gell. 11.
 (46)
 ba rect
 ra qua
 mas. L
 rimasse
 fuisset.
 fuisset
 hoc Ph
 sc. 2.

Quod
 st
 Und
 a
 Fam
 Existin
 rimasse
 tus esse
 hunc
 in li. d
 in dispo
 tis plac
 existin
 cibus)
 (non ec
 lustian
 stirpe i
 te, pr

(49) Subtiliter ⁴⁶ limasset, ⁴⁷ a radicibus
 Non evertisset scelere funesto domum. ⁵⁰
 Nil spernat auris, nec tamen credat statim.
 Quandoquidem & illi peccant, quos minime putes,
 Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.
 Hoc admonere simplices ⁴⁸ etiam potest,
⁴⁹ Opinione alterius ne quid ponderent. ⁵⁵
 Ambitio namque ⁵⁰ diffidens mortalium,
 Aut gratiæ ⁵¹ subscribit, aut odio suo.

Erit

*gata, qui juris nodos & legum
 enigmata solvat. Nodi questionis.
 Gell. 18. 2. HEINS.*

(46) *Limasset*] Post hæc verba recte comma collocatur, contra quam tu Rittershusi, existimas. Legendum autem ulterius, *rimasset*. antique, pro, rimatus fuisset. hoc est, scrutatus, quævisisset, teste Nonio. Confirmat hoc Plauti locus Trinum. act. 1. sc. 2.

*Quod si exquiratur usque ab
 stirpe auctoritas,*

*Unde quicquid auditum, nisi id
 appareat,*

*Famigeratori res fit cum damno
 & malo.* SCHOPPIUS.

Existimat Schoppius legendum *rimasset*, ἀρρηκτικός, pro rimatus esset; sed non vidit locum hunc esse imitationem Ciceronis in II. de Officiis, *Veritas limatur in disputatione*. Ceterum mihi satis placet Rittershusii sententia, existimantis hæc verba (*a radicibus*) jungi cum illis debere (*non evertisset*, &c.) quod illi Sallustiano simile erit, *Carthago a stirpe interit*. FABER. Absolute, pro examinasset, imitatione

Tulliana, sicut Faber optime observat. Cicero sic in 2. de Off. *veritas limatur in disputatione*. SCHEFFERUS. Male Schioppius *rimasset*. Sic *limatus & subtilis* Orator sæpe a Cicerone conjunguntur. *Limare consilium, limare rationibus* Cyprianus in Epistolis. HEINSIUS.

(47) *A radicibus*] Hoc distinguendum esse a superioribus, & cum *evertisset* conjungendum, censent Rittershusius & Faber, quod existimo esse verum; *evertere a radicibus*, ut expellere ab radicibus apud Virgil. Cicero pro his dixit *radicitus extrahere*. SCHEFF. Forte ac *radicitus non* &c. HEINSIUS.

(48) *Etiã*] Referendum ad hoc quasi diceret, præter id quod jam proposui, etiam hoc potest. SCHEFFER.

(49) *Opiniones*] Quid si leg. *Opinione alterius ne quis pendeat?* PRASC. Lege *opinione alterius ne quid ponderent*. HEINSIUS.

(50) *Diffidens*] Contraria, adversa semper aliis. SCHEFF.

(51) *Subscribit*] Verbum ex foro huc translatum, quia de re

52 Erit ille notus, quem 53 per te cognoveris.
Hæc 54 executus sum propterea pluribus,
Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus. 60

tali sermo erat. Dicuntur autem
subscribere, qui sequuntur alios,
eorumque sententiam accessio-
ne sua firmant; vide *Polleti For.*
SCHEFFERUS.

(52) Erit] Id est, esse debet,
sit. Ita *inf. lib. 4. c. 3.* Hæc tra-
cundos admonet fabula, pro
admonet. *Plaut. Mostell. A. 2. sc.*
1. *Phil. Ubi ego ero? Tr. ubi ma-*
xime esse vis, cum hac, cum ist-
hac eris. Idem in *Mene. Act. 2.*
sc. 2. *Dii te amabunt, pro, te*
ament. SCHEF. Lege erit hisce

notus, ut de se intelligat, vel
Sejano. HEINS.

(53) Per te] Tuo studio pro-
prio, non ex relatione aliorum.
Cicero de Am. Quod quisque minus
per se ipse posset, id acciperet ab
alio. SCHEF.

(54) Executus] Ita *Plant.*
Amph. 2. sc. 2. *perge exequi. Vin-*
gil. 4. Geor. cælestia dona exequit.
Est autem *exequi*, exponere, nar-
rare, dicere. Vide *Terent. Her. 3.*
sc. 1. & *ibi Guyetum.* SCHEF.

(50) F A B. XI.

Eunuchus ad improbum.

EUNUCHUS litigabat cum quodam improbo,
1 Qui 2 super obscœna 3 dicta, & 4 petulans jur-
gium,
5 Damnum infectatus est 6 amissi corporis.

En,

(1) Cui] Lege cum *Ritters-*
husio qui. HEINSIUS.

(2) Super] Præter *Virg. 10.*
Æn.

Advolat Æneas, vaginaque
eripit ensen,
Et super hæc, ubi nunc Mezen-
tius acer.

Livius lib. 28. Super morbum,
etiam fames adflixit. SCHEF.

(3) Dicta] Jocos. Ita *sup. lib.*

2. *prol.* Adde *Ovid. Fast. 3. v.*
695. & *ibi ampl. N. Heinsium.*
SCHEFFERUS.

(4) Petulans jurgium] Alte-
rius exagitandi causâ institutum.
Et fuerunt fere obnoxii ejusmodi
petulantia Eunuchi. Vide *Lucianum*
in Eunucho. SCHEF.

(5) Damnum infectatus] Ut
Cicero 2. ad Brut. ep. 17. Desinat
gloriando infectari dolores nostros.
Et

7 En,
10 Inte
11 Sed

Est autem
tionem t
captata o

(6) A
rei? Sci
non sem

gustui. d
robors, p
Maller, P

Quid? f
accifum
ies. Sic

accifas va
Accifæ re
pinuæ.

exiffæ co
Petronius

Sed fortæ
enim an
parit UL

1. *Corn. t*
vit. *Cice*
paululum

corpus a
Quem l

ctione il
nistravit

pro viril
ex *Petro*
corporali

Trag. p.
Ita *Hor-*
hic pro c
corpore,
poris. Et

passæ do
thenarum
(7) A

(50) 7 En, ait, hoc ⁸ unum est, cur ⁹ laborem validius,
 10 Integritatis testes quia defunt mihi. 5
 11 Sed quid fortunæ stulte 12 delictum arguis? Id

Est autem *insectari*, per cavillationem traducere, quavis obvia captata occasione. SCHEFF.

(6) *Amisisti corporis*] Quid hoc rei? Scripserim *abscessi*: quod non semel de eunuchis apud Augustinum, de C. D. Ni malis, *amissi roboris*, i. e. virilitatis. PRASC. Mallet Prascinius *abscessi roboris*. Quid? si *accisi corporis*. Corpus accisum ut apud Livium *accisa rei*. Sic enim *lib. 1. quanquam accisas res eorum satis constabat*. Accisæ res, sunt præfectæ, imminuæ. Possis quoque suspicari *excissi corporis*, quomodo apud Petronium est *excissa libido* in MS. Sed fortassis nil mutandum. Sic enim *amittere virilitatem* usurpavit Ulpianus quoque *l. 4. ff. ad l. Corn.* ut *Rigaltius* jam annotavit. Cicero ipse quamquam sensu paululum diverso dixit, *vires & corpus amisi lib. 7. fam. ep. 26.* Quem locum liberaliter pro lectione ista Cl. Gronovius subministravit mihi. Corpus honeste, pro virili obscæno, annotantur ex Petronio alii. Hinc *curare quam corporaliter*, apud Petron. in *Frag. Trag. p. 32. ed. nostræ*. SCHEFF. Ita Horat. *l. Sat. 2. v. 43. Dedit hic pro corpore nummos*, ubi Acro: *corpore, id est, obscæna parte corporis*. Et ita Græcos *δέμας* usurpasse docet Casaub. anim. in *Athenæum l. 5.*

(7) *En ait*] *Lege, quin, ait,*

hoc uni est, cur laborem validius. Laborare alicui rei. Senec. de vita beata. *Laborare ad aliquam rem.* Cicer. HEINSIUS.

(8) *Unum est*] Singulare, maximum. Verum mallet pro *En*, quod præcedit, legere, *Et*, hoc sensu: etiam hoc est unum, ex iis, ob quæ tantopere tecum contendo. SCHEFF.

(9) *Laborem*] *Nepos vita Pely. c. 3. Magistratus ne quærere quidem de tanta re laboravit.* SCHEFF.

(10) *Integritatis*] *Integritatis ἀρσενότητος*, adeundus Scaliger *ὁ θαυμάσιος* ad Phallica. Ceterum testes vulgo dicuntur per honestam *ἔλληψιν*, perpetuo enim intelligendum *integritatis* aut *virilitatis*. Usus hujus vocis retinuit sermo noster. Dicimus enim equum integrum qui non sit *ἐκτομίας*. FABER. Ambigue. Nam *integritas* & de fama, & de corpore accipitur. Posterius occulte innuit, prius dicit palam; quia non habeo, per quem probare possum meam innocentiam, iccirco laboro validius, & majori constantia tecum litigo. Eadem est ambiguitas in voce *testes*. SCHEFFERUS. Lege *integritati*. Horat. sæpe *Diespiter incesto addidit integrum*. HEINSIUS.

(11) *Sed quid*] Non puto hæc verba esse loquentis *Eunuchi*, sed auctoris nostri, usum fabulæ hac epicuresi depromentis. SCHEFF.

Id demum est homini turpe, quod meruit pati.

(12) *Delictum*] Epil. lib. 2. *Donec fortunam criminis pudeat sui.* Ovid. Met. 3. 2. *Fortuna crimen in illo, Nec scelus invenies.* Hæ locutiones, nec perspicuæ fati, nec fati cautæ, quo rectius intelligantur ac judicentur,

proderit evoluisse Melanchthoni Physices, lib. 2. de causis per accidens. Bæcl. Ind. Corn. voc. *Fortuna.* Grot. de V. R. p. 199. P. Mex. Var. Lect. 2. 38. PRASCH. *Lege defectum.* HEINSIUS.

(51) F A B. XII.

Pullus ad Margaritam.

¹ IN sterquilinio ² pullus gallinaceus
Dum quærit escam, margaritam repperit.
³ Jaces indigno, ⁴ quanta res, inquit, loco?
Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui!
⁵ Olim ⁶ redisses ad splendorem ⁷ maximum.

Ego

(1) *In sterquilinio*] Vid. Annon. fab. 1. PRASCHIUS. Vid. Barth. adv. 3. 22.

(2) *Pullus Gallinaceus*] Vid. Amplifl. Cuper. Monument. antiq. p. 200.

(3) *Jaces*] Bene, de re neglecta velut per contemptum. Curtius lib. 3. cap. 13. *Facbant totis campis opes regia.* SCHEFFER.

(4) *Quanta*] Rittershusius, *ô quanta res.* Sed dubito, num sic scripserit, quia statim sequatur, *ô si quis*, ingrata repetitione. Illud *quanta* intelligitur de pretio & dignatione. SCHEFFER. Mihi vulgata minime displicet. Obiter observandum recte sentire qui nomina negant esse tantum tertiæ personæ, sunt enim omnis.

hic secundæ est *res. quanta res jaces?* ut primæ *artifex*, in stolidi illa querela Neronis; *qualis artifex pereo.* Suet. Ner. c. XLIX. & *Caesar cap. XXX. Tantis rebus gestis Cæsar condemnatus esset.* FREINSHEMIUS. Heinsius legit *ô quanta res!* ut autem ingrata repetitio vitetur, recte legendum *hoc si quis pretii cupidus vidisset tui*, viri docti censuerunt.

(5) *Olim*] Jamdudum. Vide nos ad Petron. Aut forte legendum, *Colla redisses ad splendorem maximum.* HEINSIUS.

(6) *Redisses*] Facta esses splendida, ut olim, quæ nunc fumo conspurcata jaces tanto tempore. SCHEFFER.

(7) *Maximum*] Ex *Romicio mallet*

s Ego
Nec t
Ho

mallet
num. S

(8)
plane h
bus, G

Ego qu
multo e
ait, ego
re, qua
num, c

mos; c
inveni:
nec tu r

Ego qu
Sed nih
est, si
novov
veni, c

me pot
quia,

A
Lis

(1)
fucoru

(2)
imper

Glossa

Hoc v
cere

8 Ego qui te inveni, 9 potior cui multo est cibus, 5
Nec tibi prodesse, 10 nec mihi quicquam 11 potes.
Hoc illis narro, qui 12 me non intelligunt.

mallet *Neveletus* scribere, *pristinam*. SCHEFFERUS.

(8) *Ego qui te inveni*] Lego plane hoc loco, retentis omnibus, sola distinctione mutata: *Ego qui te inveni? potior cui multo est cibus. Nec tibi &c.* Qui ait, ego te inveni? *Qui*, est quare, quamobrem, ut apud *Terentium*, *Ciceronem*, aliosque plurimos; quasi diceret, frustra te inveni: nam nec ego tibi possum, nec tu mihi potes prodesse. SCHEFF. *Ego quum te inveni*. MEURSUS. Sed nihil mutandum. Zeugma est, sic resolvendum ἀπό τοῦ κενού potes. Nec ego qui te inveni, te juvare possum; nec tu me potes. FREINSHEMIUS. Lege quia, vel quod. HEINSIUS. Vide

notas Gudii.

(9) *Potior*] *Melior*, ut apud *Cic.* mors potior servitute. SCHEFF.

(10) *Nec mihi quicquam*] *Inserit Ursinus: nec mihi tu quicquam*. SCHEFFER.

(11) *Potes*] *Ellipt.* Integre sic debuisset: nec ego prodesse possum tibi, nec tu potes mihi. *Plautus Aulul.* 2. sc. 2. Tu me & ego te qualis sis scio. *Terent.* 1. *Heaut.* 1. Nec tu illum satis noveras, nec te ille. Atque ita solet. Vide infra c. 14. SCHEFFERUS. Lege potest. HEINSIUS.

(12) *Me non intelligunt*] Quoniam sunt instar galli hujus, cui nil profuit reperta margarita. SCHEFFERUS.

(52) F A B. XIII.

Apes & Fuci, Vespa judice.

1 **A**pes in alta quercu fecerant favos.
Hos fuci 2 inertes esse dicebant suos;
Lis 3 ad forum deducta est, vespa judice.

Quæ

(1) *Apes*] De rixa *Apium* & *fucorum* vide *Colum.* lib. 9. c. 15.

(2) *Inertes*] *Proprie artis ejus imperiti*. Vide *Cicer.* de *Fin.* 2. *Glossa: ἀτεργυής iners, sine arte.* Hoc vult, non potuisse ipsos facere sibi, propterea mendacio

quærere voluisse alienos. Aliter & pro *ignavis*; accepit *Interpres Gallus*. Sed hoc est conveniens sequentibus. SCHEFF.

(3) *Ad forum*] Ita *Cicero pro Flacco*, *deducere ad judicium dicit*, SCHEFFER.

(4) *Pul-*

Quæ genus utrumque nosset cum 4 pulcherrime,
 5 Legem duabus hanc proposuit 6 partibus:
 Non 7 inconueniens corpus, & par est color,
 In dubium 8 plane res ut merito venerit.
 Sed ne 9 religio peccet 10 imprudens mea,
 11 Alveos accipite & ceris 12 opus infundite,
 Ut ex sapore mellis, & forma favi,

10
De

(4) *Pulcherrime*] Sic Plautus sæpius; & idem hic infra: *Pulchre tamen intellego*. Et extremo hoc opere: *Hoc cur Filite scripserim; pulchre vides*. SCHIOPF. Optime. Sic *Plautus* passim, uti docet *Schoppius*. Adde *Nostrum inf. lib. 4. c. 19. & seq.* SCHEFF.

(5) *Legem hanc*] Conditionem, uti paulo post appellat. SCHEFFERUS. Forte *legem hancce posuit*. Sic fabula sequenti: *questionis posita*. HEINS.

(6) *Partibus*] Ita proprie, qui litigant inter se, vocantur. *Fabius 7. c. 2. scio apud quosdam esse quasitum, quomodo inueniremus utra pars deberet prior dicere*. Hinc *agere has aut illas partes* apud *Cicer.* & alios. SCHEFF.

(7) *Inconueniens*] De similitudine speciei externæ usurpat. SCHEFFERUS.

(8) *Plane*] Omnino. Nihil hic puto mutandum. Vult, omnino ac plane fuisse causam justæ dubitationis, propter illam similitudinem. SCHEFFER. Sic infra, *apertum est dixit*. HEINS.

(9) *Religio*] Sic propter iusjurandum solenne à iudicibus præstari solitum priusquam ad iudicandum accederent, loqui-

tur, ut bene *Rittershusius*. Vide supra c. 10. ubi pariter religionem usurpavit in respectu ad iusjurandum, quamvis aliud ab hoc Nostro. SCHEFF. l. 2. ff. si iussu petetur.

(10) *Imprudens*] Per imprudentiam, si minus omnia providero. Sic *Terentius Heyr. A. 5. sc. 4.* & alii. SCHEFF.

(11) *Alveos*] In libris MSS. esse *alvos*, non *alveos*, testatur *Salmasius*, & ex ipso ὁ πῶν *Gronovius ad Plinii lib. 21. c. 12.* ubi & lectionem eam probat pluribus. SCHEFF. *Alvos*. V. C. Füh. HEINS.

(12) *Opus*] Per *opus* mel intelligit, ideo ait: *infundite*. Atque sic solebant, proprie. *Virg. Georg. 4. de rege apum loquens: Ille operum custos. Varro de R. R. 3. c. 16. Intus opus faciunt, quod dulcissimum est, & diis & hominibus est acceptum, & mox: Sanitatis signa, si nitida, & si opus quod faciunt, est equabile ac leve.* SCHEFFERUS. *Columell. 9. 7. Vicinas apes conterat, qua omnem motum imbecillis cereis operibus suis, tanquam ruinam timent. Et cap. 8. cum in propinquo sunt iustis operum peractis, se recipiunt.*

(13) De

13 De c
 Fuci ro
 Tunc i
 Apertu
 Quapro
 Hanc
 Si pacta

(13) A
 agere. v

(14)

memini n
 tum esse q
 sit, ita ar
 Græci dico
 oraculorum
 est ac sust
 scilicet: n
 dum, exig
 ribus, &
 quod nos
 cohæreat.
 compositur
 buisse cen
 facere. Fab
 tatione ul
 namque de
 ita loqui.
 pronunciar
 cygnis Luc
 uolunt lug
 uillere quer
 tiam viderr
 tant tamen

De quis nunc agitur, auctor horum appareat.
Fuci recusant: Apibus conditio placet.
Tunc illa talem sustulit sententiam;
Apertum est, quis non possit, aut quis fecerit.
Quapropter apibus fructum restituo suum. 15
Hanc præteriissem fabulam silentio,
Si pactam fuci non recusassent fidem.

FAB.

(13) De quis] Solenniter, agere. vide Briffonium. SCHEF.

(14) Talem sustulit] Non memini nunc quidem sic locutum esse quemquam alium. Ut ut sit, ita arbitror dictum esse, ut Græci dicere solent ἀνείδεν de oraculorum responsis, quod idem est ac sustulit. FABER. Vespasiliacet: nec alio hoc referendum, exigentibus ita subsequen- tibus, & maxime illo, restituo, quod non habet alias, quocum cohercat. Sustulit, Rittershusius compositum pro simplici adhibuisse censet: Ac solet sæpe ita facere. Faber putat potius, imi- tatione usum Græca, Græcos namque de responsis oraculorum ita loqui. An sustulit est, clara pronunciauit voce? quo modo de cygnis Lucretius lib. 4. liquidam tollunt lugubri voce querelam. Ut tollere querelam, ita tollere senten- tiam videri potest dictum. Mu- tant tamen, & scribunt:

Tunc illa litem sustulit sententia. Ego mallem: Tunc illam eis tulit &c. ne nimis longe a veteri le- ctione abeamus. SCHEFFERUS. Lege: tunc illa talem lis tulit sen- tentiam. HEINS.

(15) Non possit] Supple, fi- cere. Ita cap. præc. nec mihi pro- desse, nec tibi quicquam potes. SCHEFFERUS.

(16) Fructum] Non satis pla- cet hoc vocabulum. Mel non est fructus apum, sed opus, & di- ferte supra sic vocavit. Scribo igitur, favum, de eo quippe lis erat. SCHEF.

(17) Restituo] Bene, ac in respectu ad solennem vocem, qua prætor ex edicto recuperandæ pos- sessionis, ad eum, qui dolo rem alterius possidebat, ut suam, a- jebat, restituas. Vide Briffon. in form. Sic Cicero pro Cacin. Prætor aut vim fieri vetat, aut restitui factam jubet. SCHEF.

(1) Qui.

(53) F A B XIV.

Æsopus ludens.

PUerorum in turba ¹ quidam ludentem Atticus
 Æsopum ² nucibus quum vidisset, ³ restitit,
 Et quasi delirum risit. Quod sensit ⁴ simul
⁵ Derisor potius, quam deridendus fenex;
 Arcum ⁶ retensum posuit ⁷ in media via:

5
 Heus,

(1) *Quidam*] *Quidam Atticus*, est, Atheniensis quidam: sic autem loquebantur de ignotis. *Cornel. in Pans. c. 4. Interim Argilus quidam, adolescentulus. SCHEFF.*

(2) *Nucibus*] Solenni ludo puerorum. Vide præter *Erasmum Rittershusio* laudatum, *Casanbon. ad Persium p. 51. SCHEFFER.*

(3) *Restitit*] Substitit, ut solent admirantes rem insolitam. *Ovid. 6. Met. v. 326. Restitit, & pavido faveas mihi, murmure dixit. SCHEFFERUS.*

(4) *Simul*] Pro *simulac*, quamprimum sensit. Notavit *Rittersh.* & frequens *Ciceroni* ac *Horatio* esse dixit. Ita *Noster supra cap. 10. lucerna allata simul aspexit filium. SCHEFFER.*

(5) *Derisor*] Bono sensu, ac in laude ponitur pro eo, qui ridere stultitiam hominum solet, plura sibi tribuentium, quam revera possident, contra vero de se intra modum loquitur, bonaque sibi tributa dissimulat potius, quam ostentat. Qualis quondam & *Socrates* fuit; vide *Casanb. ad*

Theophr. Charact. p. 100. SCHEFF.

(6) *Retensum*] Proprie de arcu cui demptus est nervus. Ejus oppositum *intensus* arcus, vel *intentus* ut est apud *Curt. de eo*, cui additus est nervus, qui tamen differt plurimum ab eo, qui cum telo intenditur ad ictum, quod intelligunt, qui retentos arcus viderunt. Neque enim arcus, ad dito nervo intentus, etiam intentus est ad ictum. *Ovid. 2. Met. f. 6.*

Exitit hic humero pharetram lentosque retendit

Arcus, inque solo quod texerat herba, jacebat.

Retendere apud *Apulejum* ex hac causa, arcum denotare. Vide ipsum *lib. 5. Afin. SCHEFF. Quintil. 1. Inst. 3. Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solum quia nulla res est, qua perfecti possit continuum laborem: atque ea quoque quæ sensu & anima coerent, ut servare vim suam possint, velut alterna quiete retenduntur.*

(7) *Media via*] Sicut *supra lib.*

(53)
 Heus,
 10 Con
 Nec qu
 13 No

lib. 2. c. 5
 sensus ibi
 suo foro sa
 (8) S
 quia præc
 ristia Æsop
 Terentio v
 ipsum in
 modum I
 Demipho
 cupus de
 est, non i
 qui sapien
 etc. SCHE
 (9) Es
 quo fecer
 vincula n
 quo mi m
 Dui deder
 in Heinric
 quod. U
 quo fecerit
 Sed videtur
 rō quod
 pro, ob q
 in Prolog.
 eloquar. E
 sc. inuuar
 de obscur
 bus. Plac
 tu misera
 Euvach.
 mihi expe
 alibi. Sc
 pedire v. C
 la priori
 tas conje

Heus, inquit, ⁸ sapiens, ⁹ expedi, quid fecerim.

¹⁰ Concurrit populus. Ille se ¹¹ torquet diu,

Nec quæstionis ¹² positæ causam intelligit:

¹³ Novissime succumbit. Tum ¹⁴ victor ¹⁵ sophus:

Cito

Atticus
stitit,

Heus,

oo. Schæz.

Proprie de

nervus. E

s arcus, vel

curi. de co.

qui tamen

o, quicum

um, quod

solos atque

arcus, ad-

etiam in-

vid. 2. Met.

ar etiam le-

e

quod texerat

.

rum ex hac

Vide ipsam

Quintil. 1.

amen omni-

non solum

ua perferri

em: atque

anima co-

suam pos-

uere retin-

Sicut supra

lib.

lib. 2. c. 5. in media quercu, licet
sensus ibi paulo alius. Cicer. in me-
dia foro sæpe. SCHEFFER.

(8) Sapiens] Per ironiam,
quia præcesserat: quasi delirum
fuit *Æsopum* sc. Desumpsisse ex
Terentio videtur. Nam & apud
ipsum in *Phor.* 2. sc. 3. ad hunc
modum *Phormio*, cum dixisset
Demipho: *filium narras mihi,*
cujus de stultitia dici ut dignum
est, non potest: Subjicit, *at tu*
qui sapiens es, magistratus adi
cc. SCHEFFERUS.

(9) Expedi quid fecerim] Scr.
quo fecerim. sub fin. ut quo
vincula nectitis? Infr. fab. 57.
quo mi mutam speciem? supple
Dii dederunt. PRASCHIUS. Et
ita Heinsius. Veteres habebant
quod. Unde *Praschius* faciebat,
qui fecerim, i. e. in quem finem.
Sed videtur nil mutandum. Nam
tò quod elliptice accipiendum,
pro, ob quod. Ut apud *Terent.*
in *Prolog.* *Heaut. deinde quod veni,*
eliquar. *Expedi*, est expone, quid
sc. innoam hoc factò. Ita solent
de obscuris explicatuque difficulti-
bus. *Plaut. Menach.* 4. sc. 2. *Qui*
tu misera es? mihi expedi. *Terent.*
Eunuch. 4. sc. 4. *Agedum, hoc*
mihi expedi. Vide *Cic.* 5. *Fin.* &
alibi. SCHEFFERUS. De voce *ex-*
pedire v. *Cl. Grav.* ad *Justin.* 43. 1.
In prioribus editionibus *Scheffe-*
rus conjecerat legendum, *expedi*

qui id fecerim. *Qui*, id est, qua-
re, quamobrem, ut apud *Cice-*
ronem Tusc. v. *Terent. Adelph.*
5. 3. ibique *Donatum*.

(10) Concurrit] Studium vi-
dendi audiendique denotat. SCHEP.

(11) Torquet] Optime de iis,
qui multo, sed infelici labore in
re difficili versantur. *Cicero de Or-*
rat. Verbi controversa jamdiu tor-
quet Græculos homines. Sed hic
ponitur simpliciter, quod notan-
dum. SCHEP.

(12) Positæ] Proprie, talia
enim dicebantur poni. *Cicer. Tusc.*
1. *Ponere jubebam, de quo quis*
audire vellet. & de *Orat.* 1. *Sed*
quanquam satis iis, qui aderant
ad id, quod erat positum, di-
ctum, videbatur. *Senec.* c. 49. *Se-*
derem otiosus, & ejusmodi quæ-
stionculas ponens. SCHEFFERUS.
Vid. *Ampl. Cuper.* 3. obs. ult. &
Cl. Grav. ad *Cicer.* 9. *famil.* 26.
Symphos. præf. in ænigmata. *Nec*
mediocre fuit magni certaminis
instar Ponere diverse, vel solvere
quaque vicissim.

(13) Novissime] Ultimo, tan-
dem: succumbit absolute pro
superatur, velut in certamine,
dum causam dicere non potest.
SCHEFFERUS.

(14) Victor sophus] Diem hic
Phædro dicit *Meursius*: *Immo*
ait, victurus erat Æsopus, Pha-
dre: Nam profecto non est virile,

Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris. 10
 At si 16 laxaris, quum voles, 17 erit utilis.
 Sic 18 ludus animo debet aliquando dari,
 Ad cogitandum 19 melior ut 20 redeat tibi.

FAB.

recreare se inter pueros. Sed fortasse injuria fit auctori: qui suum de ea re iudicium satis tum videtur declarare, quum *derisorem* vocat Ælopum. Aliud vero est deridere, aliud repellere veritatis vitibus. Victor igitur Ælopus celeritate ingenii, solertia inventionis, applausu circumstantis vulgi. Neque enim iustitiam causæ, sed ænigma respicit hæc locutio, quod solvere non poterat reprehensor. Liquet hoc ex præcedentibus: *Nec questionis posita causam intelligit: novissime succumbit.* Quanquam si quis lusum Ælopi cum pueris defendere velit, ei non defutura est ratio & exempla. Lege sis Dan. Souterii Palamedem 3, 2. PRÆC. Sic Ælopus vocat consuetudine veteri, de qua ago in peculiari opere, de natura & constitutione philosophiæ Pythagoricæ; victor autem dicitur, quia quod ipse posuerat, alter interpretari non poterat. *Meursii* objectiones nostrum non ferunt. Id quod & *Praschius* recte observat.

(15) *Sophus*] Repetichoe verbi fab. 73. Tenendum autem, quod olim palmarium quid dicentibus acclamari solitum: *Sophus!* Confule Budæum ad L. 2 §. fuit 37. de O. I. Brisson. Form. sol. p. 736. Bang. Obs. Philol. p. 764.

Quo forsitan Notter alludit. PRÆC. (16) *Laxaris*] Lucan. Pælogy. *Nec semper Quosius arcum Destinavit, exempto sed laxat cotinua nervo.*

(17) *Erit utilis*] Eo uti poteris. Sic illud *utilis* ponit inf. 3. §. 24. lib. 4. Plauto & Terentio est, *utibilis*. SCHEFF.

(18) *Lusus dari*] *Dare animi lusum* est sic dictum, ut *dare populo spectaculum*. Plaut. Stib. Præ. *Sticho ludus datur*. Horatius ad hoc exemplum *dare ludum* amori usurpavit. vide *sup. c. 1.* SCHEFF. Ex locis a Scheffero allatis apparet melius legi: *ludus dari*. Plaut. Bacchid. 4. 10. 7. *Sed nimis nati desidia ei ludum dari*. Et *Cañi*. prolog. v. 25. *ludus datus est argentarius*.

(19) *Melior*] Bonus ad cogitandum, est facilis, promptus, aptus, utilis, imitatione Græcæ, de qua egimus in Indice *Ælian.* Quanquam & *Lasini* sic loquuntur. SCHEFFERUS.

(20) *Redeat*] Velut de expulso per multiplices labores loquitur. Ita *Curcius* lib. 3. c. 5. *paulatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat*, de eo, quem vis morbi eiecerat. *Tacit.* 5. *Ag. 3.* *Nunc demum redit animus*, de eo quem metus expulerat, vid. *supra c. 13.* SCHEFFERUS.

(1) Ba

INTER
 I; Stu
 Ovesqu
 Non

(1) Ba
 lanti; sed
 dum PR.
 sibus reji
 conjectave
 fiderio m
 querenti a
 legere debe

(2) Ca
 habet lupus

(3) Sta
 SCHEFFERUS

(4) Na
 Quare hæc

sim antecel
 canis certa

fiderio ej

Quare cent
 non est heu

hoc loco,
 mille quid

f. 7. ubi te
 tentaret. v.

(5) Seg
 capellarum

SCHEFFERUS

(6) Non
 re, sed st
 dialogum
 supra fab. 4

(54) F A B. XV.

Canis ad Agnum.

INTER capellas agno ¹ balanti ² canis,
 3; Stulte, inquit, erras, 4 non est hic mater tua.
 Ovesque 5 segregatas ostendit procul.
 6 Non illam quæro, quæ cum libitum est, concipit,
 Dein

(1) *Balanti*] Succurrerat *palanti*; sed fortasse nihil demutandum PRASCHIUS. Recte *Praschius* rejicit *palanti*, quod ante conjectaverat. Nam *Balanti* desiderio matris, voceque illa querenti ac vocanti velut, intelligere debemus. SCHEFF.

(2) *Canis*] Pro quo Anon. habet lupum fab. 26. PRASC.

(3) *Stulte*] Objurgantis est. SCHEFFERUS.

(4) *Non est hæc mater tua*] Quare hæc, cum de nulla seorsim antecesserit? Et, si monstrare canis certam potuisset, cur desiderio ejus balasset agnus? Quare censeo scripsisse *Phædrum*, non est hæc mater tua. Hæc, est hoc loco, inter capras puta. Simile quid peccatum *infra lib. 4. f. 7.* ubi legendum: *Hæc quum tentares.* vid. Not. SCHEFF.

(5) *Segregatas*] Ab hac grege capellarum se junctas, proprie. SCHEFFERUS.

(6) *Non illam*] Hæc non hiant, sed studio dissolvi, inque dialogum mutati videntur: ut *supra fab. 46. infra fab. 76. & 80.*

In causa suavitas, propter quam Terentius alique idem quondam faciunt. PRASCHIUS. Præferit versus, qui excidit: nam profecto hæc hiant. MURSTIUS. Qui & statim ad sequentia: *Tamen illa est potior*, notat hiulca esse: Verum enimvero non animadvertit esse dialogum, in quo decet omittere, *ille dixit, ille respondit*: quia elegantius absunt, tamquam lector ipse audiret personas, quarum oratio fingitur. Ita fab. XLVI. *Ut restiterunt: unde sic, quæso, nites?* Item: *Unde hoc amico? Nihil est. Dic, quæso, tamen.*

Quia videor acer. Et mox:
Age, si quo abire est animus, est licentia?

Non plane est, inquit. *Fruere, quæ laudas, Canis.*

Ubi si semper inferas, dixit Canis, dixit Lupus; ex disertissima fabula odiosissimam redegeris. Perinde enim esset, ac si picturis more veterum adscriberes; Hic est lupus, Hic est Canis. Vide *Ælian. Hist. Var. 10, 10.* Quam porro apud omnes & Poëtas

Dein portat onus 7 ignotum certis mensibus,
 Novissime 8 prolapsam 9 effundit farcinam,
 Verum illam, quæ me nutrit 10 admoto ubere,
 11 Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.

Ta.

& Oratores hæc frequens figura? An hiatus esse debemus dicere in his Ciceron. In Verr. 3, 85. *Frumentum, inquit, abs te emere oportet. Optime. Modium denario. Benigne ac liberaliter. Nam ego tribus HS. non possum vendere. Mihi frumento non opus est: nummos volo.* Denique vix aliter fieri Latinus sermo ferat in talibus, ut eleganter demonstrat doctissimus Hieron. Wolfius in Præfatione ad Zonaram, cujus loci referenda pars est. Idem mihi in dialogicis ad perpetuam orationem redigendis haud raro permisi, ne propria nomina, & pronomina quædam, & verbum inquit, & alia hujuscemodi ad fastidium usque inculcanda essent. Quis enim non malit eum redire in latomias, quam eandem cuculi cautionem audire toties? Ut enim Græcis vel &c. Et tamen etiam Græcis hoc usitatum est: quanta seges exemplorum vel apud Platonem? Nollem igitur viro docto Notam istam excidisse: & verum ut fatear, nihil usquam vidi Meursianum, quod minus placeret, quam hæc in Phædrum annotationes. FREINSHEMIUS.

(7) Ignotum] Reconditum, nec unquam adhuc visum. Num potius sic vocat, ex ignoto, ac temere conceptum? SCHEFF.

(8) Prolapsam] Ita amant de partu, maxime inauspicato. *vid. in Ibin.*

Qui simul impetra matris prolapsus ab alvo est. SCHEFF.

(9) Effundit] Etiam hoc est inter verba propria hujus negotii, & de immaturo adhuc fœtu usurpatur. Quamquam hic agnus ad matris negligentiam, itaque infelicitatem potius respiciat. Vide *Juvenal. sat. 2.* SCHEFFERUS. Focas in vita Maronis:

Hæc cum maturo premere pondere ventris,

Ut solet in somnis animus ventura repingens

Anxius, & vigili præsumens gaudia cura,

Phæbei nemoris ramum fudit putavit.

Virgil. 8. *Æn. 138. Quem candida Maja Cyllena gelido conceptum vertice fudit.* ubi vide Serrium & Cerdam. Apulej. 5. *Metam. Hæc autem novissima, quam fœtu stiantie postremus partus effudit.*

(10) Admoto] Præbita, perrecto. *Florus 1. c. 1. uber admovit infantibus.* SCHEFF.

(11) Fraudatque] Subducit eis aliquid, privat eos lacte. Ita *Plautus & alii.* Vide *infra 4. cap. 19.* SCHEFF. Terent. *Phorm. 1. suum defraudans genium.*

(12) Ta.

12 Tamen illa est 13 potior quæ te peperit. 14 Non ita est.

Unde illa scivit, 15 niger, an albus nascerer? 16

Age porro scisset: 17 quum crearer masculus,

18 Beneficium magnum sane natali dedit,

Ut

(12) Tamen] Incipit nunc canis rursium loqui. Quod non observans *Meurseus* denuo hiatus fugit. SCHEFFER.

(13) Potior] Juris respectu. Vult enim, plus deberi iis, a quibus nascimur, quam a quibus alimur. *Curr. I. c. 1. Stantunt neminem esse potiozem, quam Adolominum quendam.* SCHEFF.

(14) Non ita est] Verba agni, refutantis sententiam canis. SCHEFFER.

(15) Ater an albus] Id est, mas an femina. q. d. nihil ad formaturam mei contulit. *PRAS. Catullum imitari Faber* hic observat. Sed & *Cicero* sic in *Phil. 2. Et quidem vide, quam te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præterit. Prov. de vestis, vide Erasmus in Chil.* Vult autem, statim a partu deservisse, ac ne respexisse quidem. SCHEFFER. *Plaut. Pseud. Hunc ego hominem nullius coloris novi.*

(16) Age porro] Non puto quidquam hic mutandum. *Locus totus, si suppleatur ea, quæ desunt, ita habet: Age porro hoc propositum negotium, & perge. Licet scivisset, album nigrumve me natum, tamen quum, seu cum crearer masculus &c. Age porro, formula est adhortantis, per se subsistens, quæ nulla*

ratione cohæret cum sequentibus. *Cicero de Juv. 2. Age porro. Quid, si ipsi velint iudices adscribere, passurusne sit populus? Scisset, est concessivum. Domus, faciamus scivisse. Etiam si scivisset; quid ex eo ad me commodi? SCHEFFERUS. Lege, age porro scisse, num crearer masculus. HEINSIUS.*

(17) Cum crearer] *Præschius* vult *num*. Sed, ut dixi, ego nihil muto. Vult reddere rationem, quare expectare indies lanium debuerit; sc. quia creatus esset masculus. Nam hos quidem parare in cibum, feminas autem ad agendam prolem vivas servare solebant, sicut hodieque receptum est. *Colūmella 7. c. 3. Villicus teneros agnos, dum adhuc herbae sunt expertes, lanio tradit.* SCHEFFERUS.

(18) Beneficium] Per Ironiam ista dici putat *Rittershus.* ab agno. Ego puto, verba esse canis, interruptentis ea, quæ dicturus erat agnus. Quasi diceret: quid tu vis dicere de sexu tuo? quantum est beneficium, quod es factus masculus, non femina? quanquam non repugnem, si quis malit alterum, & manere in sermone suo agnum putet: sequitur mox agni responsio, ut expectarem. Illud expectare

Ut expectarem lanium ¹⁹ in horas singulas.
²⁰ Cujus potestas nulla in gignendo fuit,
 Cur hac sit potior, ²¹ quæ ²² jacentis miserita est, ¹⁵
 Dulcemque sponte præstat benevolentiam?
 Facit parentes ²³ bonitas, non necessitas.

cum continua sollicitudine intel-
 ligendum. Atque ita solent in tab-
 libus. *Darius apud Curtium 5. c.*
^{12.} *Ego hic legem fati mei expecto.*
 SCHEFFERUS. *Lege, beneficium*
natalis an magnum dedit. HEINS.

(19) *In horas*] Ita Cicero,
commutari in horas in ep. ad Att.
 SCHEFFERUS.

(20) *Potestas nulla*] Adhuc
 sunt agni verba. *Potestas nulla in*
gignendo ejus esse dicitur hoc loco,
 quæ in gignendo potestatem nul-
 lam sibi habet relictam, sed co-
 gitur simpliciter facere, quod id
 negotium requirit. Quæ non
 potest non gignere, postquam
 semel partum concepit. SCHEFF.
 Forte *cujus potestas nulla gignen-*
di (vel gignentis) fuit. HEINS.

(21) *Quæ jacentis*] *Barthius lib.*
^{42. c. 14.} *Adv.* ita versum hunc
 emendat: *Cur hac sit potior, quæ*
jacentis miserita est. Ego me ex
 hac lectione non extrico. SCHEFF.
 Quæ jacentis miserita est, non
 est alia, quam cujus potestas nulla
 fuit in gignendo. Vult autem op-
 positionem facere, & matrem
 comparare cum ea, quæ tantum
 præbebat ubera. Quare mea opi-
 nione ista sunt corrupta, atque
 sic scribenda: *cur hac sit potior?*
quod jacentis miserita est. &c. *cur*
hæc, id est, vera matre, *sit po-*

tior? quærit Canis, cum tamen
 ab hac vitam habbas. Respon-
 det agnus, *quod jacentis miserita*
est.

(22) *Jacentis*] I. e. auxilio
 destituti: aut ægri, ex fame.
 Plin. Ep. 2, 20. *Verania Pisana*
graviter jacebat. Supra fab. 14.
Hic cum jaceret morbo confectus
gravi Rex: sic enim interpungi de-
 bet. Vel etiam, contemti ac ne-
 glecti. Cicero pro Roscio: *cur*
tandem jacet hoc nomen in adver-
sariis? quam locutionem mor
 reperit. Vox est semper *εὐεγγυ-*
τινή. PRASC. Notat miserum
 deserti a matre agni statum, quasi
 diceret, dedit vitam, sed ut cri-
 peret iterum per crudelissimam
 suam negligentiam, dum jace-
 tem me ne respicit quidem. Sic
to jacere elegantissime usurpat
 Ovidius lib. 15. Met. v. 221.

Editus in lucem jacuit sine vi-
ribus insans. SCHEFF.

(23) *Necessitas*] Fontes hu-
 jus disputationis pete ex Seneca
 Exc. Contr. 3. 3. Grotio I. B. &
 P. 2, 7, 4. Cellario Polit. 1, 4, 16.
 Vide etiam, quid de Voconia le-
 ge, ne quis hæredem feminam
 scribat, judicet Augustin. C. D.
 3, 21. quam propugnat tamen
 Gaudent. de fem. excl. a success.
 PRASC. *Natura scilicet,* ait Rit-

versibus
 ad nece
 conceptu
 ambigo
 de effusa
 ponit lib
 natura,
 velle vid
 est. Et a
 consilio li
 præstat i
 habet na
 aut esse lo
 (24)
 Obistere,
 sari: lege
 qualiacum
 a nobis fi

(1) A
 dare se h
 apud Cicer
 rationem
 pro ex vo
 tama more
 manitas e
 studemus
 servandam
 Scilicet.

His demonstrare voluit auctor versibus,
 24 Obfistere homines legibus, 25 meritis 26 capi.

versibus. Et sane quin respiciat ad necessitatem aliquam edendi conceptum semel partum, nihil ambigo, maxime cum præcedat de effusa sarcina. *Gronovius* exponit lib. 2. *obser. cap. 2. ordinem nature*, quo innuere id ipsum velle videtur quod ante dictum est. Et addit ex *Chariso*: nullo consilio liberos generamus. Verum præstat ipsum legere. *Rimicius* habet *nativitas*, quod *Neveletus* ait esse longe elegantius. SCHEFF.

(24) *Obfistere homines legibus*] Obfistere, est repugnare, adversari: *leges*, iusta sunt & imperia qualiacunque, quæ quid exigunt a nobis fieri, vel non fieri; ut,

sanguine junctos, parentes & liberos amare se mutuo, non odio prosequi debere. Contra quod peccatur sæpe, dum nitimur in *vetitum*, vult dicere. SCHEFF.

(25) *Meritis*] Simpliciter, pro *benemeritis*, i. e. beneficiis. *Sueton. in Cajo c. 26.* Omnibus pro necessitudinis jure, proque meritum gratia, cruenta mors perfoluta est. Ita *Paulus Jctus*: *Meritis liberos, quam partitionibus adstringi placuit.* Vide supra lib. 1. c. 9. SCHEFF.

(26) *Capi*] Trahi in obsequium & amorem, eleg. de efficacia beneficiorum. SCHEFF.

(55) F A B. XVI.

Cicada & Noctua.

HUMANITATI qui se non 1 accomodat,
 Plerumque 2 poenas oppetit 3 superbæ.

Ci-

(1) *Accomodat*] *Accommodare se humanitati* dictum, ut apud *Ciceronem*, *accommodare orationem* attribus multitudinis, pro ex voluntate humanitatis vitæ moresque suos regere. *Humanitas* est ea amabilitas, qua studemus ad societatem mutuan servandam, alter alteri placere. SCHEFF.

(2) *Oppetit*] *Subit.* Quomodo oppetere mortem dicimus, ut vult *Rittershusius*. Et sane sic oppetere pestem dixit *Cicero* in *Tusc.* 1. SCHEFF. Sic *præmia oppetere* *Catull.* *Epithal. Pel. v. 102.* *Amorem mortem oppetere* *Theophr.* aut *præmia laudis.* HEINSIUS.

M 3

(3) *Su-*

Cicada acerbum noctuæ convicium
 4 Faciebat, solitæ victum in tenebris quaerere,
 5 Cavoque ramo capere somnum interdiu.
 Rogata est, ut taceret. Multo 6 validius,
 Clamare cœpit. Rursus 7 admota prece,
 8 Accensa magis est. Noctua ut vidit 9 sibi
 Nullum esse auxilium, & verba contemni sua,
 Hac est adgressa garrulum fallacia:
 Dormire quia me non sinunt cantus tui,

(3) *Superbie*] *Ursinus* edidit *superbia*. Causam ego non intelligo. SCHEFFERUS.

(4) *Faciebat*] Plane ad hunc modum & *Ovidius* de cicadis in *Ep. ad Pisonem*: *Stridula cum rapido faciunt convicia soli*. *Terentius Adelp. Act. 2. sc. 1. Ante ades non fecisse erit melius hic convicium*: ubi vide *Gujetum*. De convicio dixi alibi. Cæterum non coherent hic, *faciebat noctuæ convicium*, sed *faciebat convicium*, *acerbum noctuæ* i. e. quod acerbum fuit noctuæ. *Acerbum*, est molestum, ingratum, *Cic. Or. pro Quin.* *Nihil duri, nihil acerbi mihi erit quod rempubl. turbitur.* SCHEFFERUS.

(5) *Cavoque ramo*] Repete in ex præcedentibus, potro mallet rami *Nob. Heinsius*. SCHEFFERUS. An cavoque muro? Tô cavo ramo non placet. Ex muro factum riuo, ex quo ramo. *Gujetus*. Lege, *cavoque rami*. Sic *inf. fab. 64.* & *artus circum trepidarent cavaos*; & hac ipsa fabula, *egressa e cavo*. HEINSIUS.

(6) *Validius*] *Leg. validum*. HEINSIUS.

(7) *Admota prece*] *Eleganter*, velut de machina, ad exponendum ardorem & studium precantis. *Curt. 5. c. 10. Preces deinde suppliciter admota*, &c. *Prece* autem in singulari posuit, exemplo *Terentii*, atque aliorum. *Lactantius lib. 1. c. 7. Item rursus, cum prece in Apollinem Sanyteum rogatus expromeret*. Sic enim, non preces, uti est in editis, legendum, ut ostendam in adversariis meis ex *Cesar Augustino* credice. SCHEFF. V. sup. lib. 1. fab. 19. & lib. 4. fab. 25.

(8) *Accensa*] Irritata, concitata ad cantandum: absolute. Quomodo *Virgilius*, quamquam sensu diverso, lib. 4. *Æn.*

--- & sic accensa profatur. SCHEFFERUS.

(9) *Sibi nullum esse auxilium*] In oratione sua, contra clamorem cicadæ. Simpliciter posuit, in respectu fortassis ad illud *Plantii in Epid. 5. sc. 2. Auxilium mihi & suppetia sunt domi*. SCHEFF.

10 Sonare cithara quos 11 putes Apollinis,
12 Potare est animus nectar, quod 13 Pallas mihi

Nu-

(10) *Sonare cithara*] An scribendum, *sonare citharam quos putes Apollinis*? quid si *sonare cithara quos putes Apollinem*. GUYET. *Anne scribemus citharam?* Virg. *Æn. lib. 1. Nec vox hominem sonat. Quod suavitate noctua cicadarum carmini tribuit, simulata quidem mente tribuit: non minus quam vulpes nitorem & excellentiam corvo, fab. 13. Interim & Aristænetus Epist. 1, 11. tibi delicias hortenses molli stilo depingit, cicadarum cantus meminit. PRASC. Buchnerus legit e cithara. Non inepte. Sed nec vulgatum improbum est FREINS. Conjectabat hic Buchnerus, sonare e cithara. At vero nomine doctrinaque Vir Clarissimus, Dn. N. Heinsius sonari. Sed ignoro, annon vulgatum possit defendi, per illud Horatii 2. Car. 13.*

*Et te sonantem plenius aureo,
Alceæ plectro dura navis --*

Sonare plectro, sicut hic *sonare cithara*. Aut per illud Virgilii, *ex Æn. 1. quod in animo habere potuit.*

-- *cithara crinitus Iopas*

Personat aurata --

Etiã cantus tui sonant, pro, tu cantans sonas, simile illi apud Fabium, cantus hortatur remiges. Præsibus putabat citharam. Verum si quid est mutandem, rector superior sententia videtur. SCHEF. Lege, sonari. Horat. E-

pod. xvii. Si de mendaci Lyra voles sonari. Eleg. in obitum Drusi. Halcyonum tales ventosa per aquora questus, Ad fuerdas tenui voce sonantur aquas. HEINSTEUS.

(11) *Putes*] Non video, quare ratione possit ita loqui ad cicadam ipsam. Num enim ipsa sic putare debuit de cantu proprio. Loquuntur sane ita de re diversa, & tertia, ut *Martial. lib. 14. de pumilione: Si stantem videas, Astianacta putes.* Itaque cum hic sermo sit de cantu cicadæ ad cicadam, sic scripsisse vix opinor. Forfan totus versus sic legendus: *Sonari cithara quis putet Apollinis, includendumque parenthesi, ut sit sensus, quia me cantus tui non sinunt dormire (nam sunt tam egregii, ut quis putet ab ipso Apolline cari) potabo.* Nisi potius existimamus, illud *putes*, non sic strictè refertur ad cicadam, sed generatim ita poni, atque ideo vulgata omnia retinenda esse. In quam sententiam propendeo nunc magis. Qui notas olim addidit *versioni Gallicæ, pro Apollinis Apollinem putavit emendandum. SCHEFFER.*

(12) *Potare*] Bibere largius, per hilaritatem animi ex cantu, sicut solet fieri. SCHEF.

(13) *Pallas*] Quia noctua est avis *Palladis*, ut aquila *Jovis*, pavo *Junonis*, &c. SCHEF.

Nuper donavit, si ¹⁴ non fastidis, veni;
 Una bibamus. Illa, quæ ¹⁵ ardebat siti,
 Simul cognovit vocem laudari suam,
 Cupide advolavit. Noctua ¹⁶ egressa cavo,
¹⁷ Trepidantem confectata est, & letho dedit.
 Sic viva quod negarat, tribuit mortua.

(14) *Non fastidis*] Sc. nectar illud: formula humanitatis & civilis elegantiae. *Petronius. Si non fastidis feminam ornatum concilio tibi forem.* SCHEP.

(15) *Quæ ardebat siti*] Ardebat, sitis notat magnitudinem ex catione diuturna, usurpaturque de persona, quod observandum. *Claudianus pariter lib. 1. v. 104.*

de *Rufino* loquens: - - -

totumque exhaurerit Herminum, ardebit majori siti. SCHEP.

(16) *Egressa cavo*] Scribo, *Noctua egressa e cavo.* Possit & legi: *cupide advolavit egressa cavo noctua.* GUYETUS.

(17) *Trepidantem*] Forte *trepitantem*: nam supra *garrulam* dixerat. HEINSIUS.

(56) FAB. XVII.

Arbores in Deorum tutela.

OLim quas vellent esse in tutela sua,
² Divi legerunt arbores. ³ Quercus Iovi,
⁴ Et myrtus Veneri placuit, Phœbo ⁵ laurea,

(1) Hanc fabulam, pro sua obtrusit olim orbi erudito Nicolaus Perottus, Sipontinus Pontifex, in cornucopia ad Martialis lib. 1. ep. 77. dicens, illam fabulam se ex Avieno in fabellas suas adolescentem Jambico carmine transtulisse. Vide *Scriver. ad Martial. lib. 3. epigr. 20.* HEINSIUS.

(2) *Divi legerunt arbores*] *Adi*, si lubet, *Voss. Comm. Rhet. 3. 5. 37.* ubi inter alia redarguit

Perottum, qui carmen hoc adsignat Avieno. PRASC.

(3) *Quercus Jovi*] Vide *Plutarchum in Coriolano. Servius ad Virgil. Ecl. Quercus in tutela Jovis est.* SCHEP.

(4) *Et myrtus*] *Lege, at myrtus.* HEINS.

(5) *Lauræ*] *Pro lauro, imitatione Virgilii, qui sic loquitur Eclog. 6.* SCHEP.

(6) *Pi-*

6 Pinus
 Minerva
 9 Inter
 10 Hono

(6) *Pi-*
 An. 9. ip
 ubi mal
 PRASCHIU
 Schoppian
 Phædrum
 tie circa
 reprehende
 quoque lo
 enim & lu
 facere pote
 ritate fret
 (nescio etia
 dam in Cy
 mat. Sed
 ejus aucto
 di sollicit
 testimonia
 omitam,
 gus doctor
 nulle viden
 rum litera
 syllabam p
 longam po
 de est quod
 huc produc
 rium, (si t
 meti est: c
 & êtôpua
 autem duc
 micum in
 scio, & c
 videatur,
 syllaba cor
 in Trecent
 potest apu
 TABER.

6 Pinus Cybebae, 7 populus celsa Herculi.
Minerva ^s admirans, quare steriles fumerent,
9 Interrogavit. Causam dixit Jupiter;
10 Honore fructum ne videamur vendere.

At

(6) *Pinus Cybebae*] Apud Virg. *Æn.* 9. ipsa Cybele: *Pinea silva mihi multos dilecta per annos.* PRASCHIIUS. Miror equidem Schoppium, qui tam libenter Phædrum, etsi frustra, imperitiae circa modulum syllabarum reprehendere solet, non hunc quoque locum reprehendisse: Id enim & sua solenni confidentia facere poterat, & Servii auctoritate fretus, qui duobus locis (nescio etiam an pluribus) secundam in Cybele brevem esse affirmat. Sed errat Servius, & qui ejus auctoritate locum hunc Phædri sollicitare velint. Namque ut testimonia veterum nunc quidem omittam, nec Servius, nec vulgus doctorum, satis commemorasse videntur, quæ sit liquidarum literarum natura. Quippe syllabam per se brevem, efficere longam possunt, & è contra. Inde est quod apud Homerum *Mélag* producitur hymno in Mercurium, (si tamen illud poema Homeri est: certe antiquissimum est) & *Épéopæ* primo Iliados. Contra autem duo LL. corripit apud Comicum in sede non ambigua scio, & quod æque incredibile videatur, N. & T., in eadem syllaba corripiebant veteres, ut in Trecentos & Trecentis probari potest apud veterem comicum. FABER. Media hic producitur

contra vulgi consuetudinem ob liquidam concurrentem, de quo *Fabrum* vide hoc loco. *Praschius* literam eam geminat, absque librorum auctoritate. De pinu alias sacrata *Cybebae* vide *Mourfi Arboretium sacrum* c. 15. SCHEE. Sed & Ant. Augustinus sine *Dialogi VI.* de Nummis Veterum, fortassis memoria vitio, refert scripserisse Phædrum, *Pinum Neptuno.* *Cybebae* tribuit & Mart. 13. 25. *Poma sumus Cybeles.* -- FREINSEHEM. Vide notas Gudii.

(7) *Populus celsa Herculi*] V. Torrent. ad Horat. 1. Od. 7. Et Scholiast. Theocrit. ad Idyl. β. v. 121.

(8) *Admirans*] Absolute. Ita *inf.* 4. c. 18. *Mirati, sibi legatos non revertier.* Cic. ad Att. 6. *Admiratus sum, nihilominus tua manu scripisses.* SCHEFFER.

(9) *Interrogavit*] Num scribendum distinguendumque, *interrogavit causam?* Ita sane *infra lib.* 4. c. 18. *hanc alia quum rogaret causam facinoris.* Sed nihil muto, quia præcedit, *quare. Causam dixit.* ellip. pro *causam esse dixit.* Ita *sup. cap.* 4. *Causa sed non dicitur.* SCHEE.

(10) *Honore fructum*] Quid si legas: *Honorem fructu.* Barth. reddidit:

*Opimitate ne putemur utili
Honorem habere venditum* Buc.

11 At me hercule 12 narrabit, quod quis voluerit,
 Oliva nobis 13 propter fructum est gratior.
 Tunc sic Deorum genitor, atque hominum fator: 10
 O nata, merito 14 sapiens dicere omnibus:

Sed & Rigaltius sic edidit; & videtur melius. FREINSH. Videtur, inquit Faber, legendum, honorem fructu. Idem ante judicavit Rigaltius, & Ursinus & nuper etiam Freinshemius, ac Buchnerus, Interpretæque Gallicus. Quibus etsi non repugnem, tamen contra libros temere nihil muto. Sensus loci hujus videtur esse: elegimus arbores nullos ferentes fructus, ne videamur, si quando in arboribus homines nos honorant, vendere fructum illarum arborum pro honore, & honorem velut pecuniam pro fructu recipere. Fructus sane arborum sunt Diis, non vero honor. Dii igitur non honorem vendunt, sed fructum. Præterea nec fructus arborum ad Deos veniunt. Et in universum præcipit hæc fabula, non fructum querere proprium, & suum, sed communiter fructum. SCHEFFERUS. An scribendum, Honorem fructu ne videamur pendere. Pendere, i. e. expendere, destinare. GUSTUS.

(11) At mehercule] Verba sunt Minerva refutantis Jovem. Ursinus porro legit: At hæc (Minerva scil.) me hercule, moxque narret. Quid? si faciamus: At mi, hercules, &c. ut mi sit, mihi. Sane mi, in me mutatum alibi quoque notabamus. SCHEFFER. Scribo, at me narrabit Hercule

quod quis voluerit; Τῆς ἑστῆς. GUIETUS. Forte at mehercule narret quisque quicquid voluerit. Vel potius at mehercule probaris, vel pararis, quod quis voluerit, vel denique at mehercule carum habebit quod quis voluerit, vel cari habeat. HEINSIUS.

(12) Narrabit] Proprie, velut de re ad se nihil pertinente. Donatus ad Ter. Andr. A. 4. sc. 3. Narrare aliena, & que nobis non sunt necessaria, dicimur. Est autem formula secute spernentis aliorum judicium. Cæterum pro narrabit, mallet ego equidem narravit, id est, narraverit, concessive, ut apud Ciceronem sapo, sic in Ver. 1. Seditiosus homo C. Carbo fuit. Fuerit alius, tibi quando esse capit. SCHEFFERUS.

(13) Propter fructum] Sic conjiciebat Rittershusius, & ediderunt Paris. Buchnerus legebat fructu'st. Addens posse etiam trahi est ex Glossa irreplisse, de prioribus dubito, an possit elidi lit. s. e. syllaba longa. FREINSH. Et ita Heinsius.

(14) Sapiens dicere] An scribendum dicere. Secunda personæ præsentis, i. e. merito sapiens habebis. GUIETUS. Huc alludit Martial. 1, 76. ut observat Rittershusius. PRASC. Lege dicere, vel diceris. HEINSIUS.

(15) Nisi

15 Nisi
 16 Nihil

(15) Nisi
 tionem, c
 pe sicut p
 boni alicu
 tes, quide
 tur, stult
 factio, qu
 utilitatem
 mum, q
 marmore
 descriptur

PAVO
 CANO
 ILLAM C

(1) Luscinia
 leritus &
 nem. Qu
 rtershusi
 reperiri
 nam apt
 ex quinc
 tur: H
 dulciore
 FABER.
 Rittershu
 drum re
 & in Glo
 tibi exte
 præavum.

(56) luerit,

ator: 10

Nisi

τῆς
 hercle na-
 luerit. Vel
 barit, vel
 luerit, vel
 urum habi-
 vel cari ha-

proprie, ve-
 pertinente.
 A. 4. sc. 3.
 e nobis non
 er. Est au-
 spernentis
 cterum pro
 o equidem
 averit, con-
 onem sap.
 s homo Cu.
 tibi quanda
 us.

rum] Sic
 us, & e-
 erus legebat
 le etiam tu
 s, de prior
 lit. s. cly-
 u. Et in

e] An scri-
 da persona
 sapiens ha-
 Huc alludit
 observat ibi
 lege dicitur

(15) Nisi

(57) Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria:
 Nihil agere, quod non profit, tabella admonet.

(15) *Nisi utile*] Reddit rationem, cur dicitur sapiens. Nempe sicut passim docet *Aristoteles*, boni alicujus causa agunt sapientes, quidquid agunt. Ergo sequitur, stultum gloriam captare ex facto, quod nullam plane habet utilitatem. Puto dictum esse optimum, quod habes repetitum in macmore antiquo Albæ Julix, ac descriptum apud *Gruterum pag.*

998. ut & *Buchnero* annotatum. SCHEFFERUS.

(16) *Nihil agere*] Scribendum est *nil agere*. Sic enim citatur versus hic *lib. 4. cap. 23.* licet pereram adductus in antiquis. SCHEFFERUS. Subintellige *oportere*: ἔλλείψει Græcis usitata. Occurrit, nescio an auctore Phædro, idem versus fab. 80. PRASC. Est versus confictus ex simili fab. 80. HEINSIUS.

(57) F A B. XVIII.

Pavo ad Junonem.

Pavo ad Junonem venit, indigne ferens,
 Cantus 1 luscini quod sibi non tribuerit:
 Illam esse cunctis 2 avibus admirabilem,

Sc

(1) *Luscini*] Luscinius & Luscinia, Simius & Simia, Galeritus & Galerita apud Varro- nem. Quod autem existimat Rittershusius apud unum Phædrum reperiri hanc vocem, fallitur: nam aptid Senecam epist. LXXVI. ex quinque Palatinis codd. legitur: *Habet vocem, sed quanto dulciorem mobiliorque Luscini?* FABER. Pro *lusciniæ*, putat *Rittershusius*, apud solum Phædrum reperiri. Ego tamen video & in *Glossis* ita scribi, quanquam ibi extet *luscinus*, quod puto esse pravum. Nisi forte sicut *luscinam*

dixere pro *lusciniæ*, quod itidem ibi reperitur, sic & *lusciniem*, pro *luscinio*. Sane *luscintum* observare ex antiquis *Senecæ* codicibus *Fabrum* quoque nunc animadverto. SCHEFFERUS.

(2) *Avibus admirabilem*] *Admirabilis alicui*, sicut *amabilis*, *venerabilis*, & id genus. Sed non dissimulabo, putare me, scripsisse nostrum esse e *cunctis*, ut sensus sit, inter omnes hæc potissimum in admiratione esse. SCHEFF. *Avibus V. C. Pith.* HEINSIUS.

(3) Si-

Se derideri, 3 simul ac vocem 4 miserit.

5 Tunc consolandi gratia, dixit Dea:

6 Sed forma vincis, vincis magnitudine;

Nitor 7 Smaragdi collo præfulget tuo,

Pictisque 8 plumis 9 gemmeam caudam explicas.

(3) *Simul ac*] Puto illud ac posse abesse, soletque Noster alias omittere. SCHEF. Sic fabula præcedenti 56. *Simul cognovi vocem laudari suam.*

(4) *Miserit*] Vid. ad fab. 68.

(5) *Tunc*] Leg. *hinc*. HEINS.

(6) *Sed forma vincis*] Hinc Firmianus, carmine de Phœnice, avem hanc a forma & magnitudine commendaturus, ait: *Effigies inter pavonis mista figuram cernitur, & mistam phœnidis inter avem.* Vid. AVIEN. fab. 15. PRASCHIUS.

(7) *Nitor Smaragdi*] Optime, nam nitor proprie gemmarum; auctor ad Heren. *Gemma nitore, & splendore auri. Smaragdi, qualis est in smaragdo.* SCHEF.

(8) *Plumis*] Id est, pinnis. Glos. Græcol. *πτερόν pinna, pluma, ala.* Aliæ *pluma πτερόν.* GUIET.

(9) *Gemmeam caudam*] Quomodo Plinius alicubi rotunditatem gemmeam dixit: *gemmatam caudam* vocavit Statius. SCHEF. Papinius Silv. 2, 4. *Quem non gemmata volucris Junonia cauda vinceret?* Lufimus & nos aliquando de pavone, nuda similia fabricantes, quæ descriptioni superbi aut formosi hominis subte-

xi possent. Placet ea, ne semper humane loquamur, in medium afferre: si qua varietas lectio voluptatem injicere possit:

I. *Haud secus ac pavo stellatis
Syrmatidis orbem
Explicat, & varias arrepto pe-
ctore pennas
Ostentat soli, triplicique insigni
coronâ
Fert sublime caput. Fauces mi-
rantur euntem,
Mirantur Nymphæ, sese stupet
ipse superbus.*

II. *Inter aves qualis præstanti cor-
pore pavo
Eminet, in justum pennas quoniam
digerit orbem,
Mille gerens oculos affixaque fe-
dera tergo.*

III. *Haud aliter Junonis avos fer-
rugine pulchra
Munitum attollit pectus, gem-
misque coruscans
In gyrum sinuat pennas, & sub-
tura miscet.*

IV. *Talia formosa præfert rota præ-
tæa volucris
Lumina, talis apex, tales sunt
vertice cristæ.*

V. *Pavoni similis, cui sola est curis
decori
Syrmatidis, inque sua semper qua
laude moratur,*

(57)
10 Quo
11 Fator
Tibi for
Auguri
14 Omn
Noli ad
Delusa

Area cu
gn
VI. Sic pav
mi
Poniciba
sp
Cristatog
ad

VII. - -
Pellora j
mo
Erigit.

VIII. Sple
ma
Expe
perb

(10) Q
aderunt in
Illud quo,
Est autem f
conoscimen
timidia tam
tur. Horat.
simina, si
tero 4. Ver
quo mibi, p
4. El. 3. Na
purpura su
Hansf. ad H
n. 167. Sc

(11) F
decille Mesur

(57) 10 Quo mi, inquit, mutam speciem, si vincor sono?
 11 Fatorum arbitrio 12 partes sunt vobis datae, 10
 Tibi forma, vires aquilæ, luscini melos,
 Augurium corvo, 13 læva cornici omina,
 14 Omnes quæ propriis sunt contentæ vocibus.
 Noli adfectare, quod tibi non est datum,
 Delusa ne spes ad querelam 15 recidat.

15
FAB.

Ara cui quæcunque potest angusta videri.

VI. Sic pavo graditur, forma qui munere fretus

Partibus vacuis semet circumspicit errans,

Cristatoque alte consurgit vertice ad auræ.

VII. - - - sic ardua pavo

Pellora fert hortis, plumæque monilibus auctas

Ergit.

VIII. Splendida sic pavo caudæ manzoniam jactat,

Expectans laudem, crescitque superbia viso. PRASCHIUS.

(10) Quo mi] Supple, Dii ledunt inquit Praschius. Recte.

Illud quo, integre est, quo sine.

Est autem formula indignantis, & contemnentis præsentia, itaque

timidia tantum sui parte proferunt. Horatius 1. cap. 5. Quo mihi

fortuna, si non conceditur usus? Cicero 4. Verr. Martis vero signum

quo mihi, pacis auctori? Propert. 4. El. 3. Nam mihi quo, Pænis si

purpura fulgeat ostis? Adde N. Heins. ad Heroid. c. 2. v. 53. & 4. v. 167. SCHEFFERUS.

(11) Fatorum] Putat quid ducelle Meursius. Sed hic rursus,

ut supra, personas loquentes non observat; verba ista Junonis sunt. Ait, debere ipsam acquiescere in voluntate Fatorum. SCHEFF.

(12) Partes sunt vobis datae] Desumpta et scena locutio, in qua alteri primæ, alteri secundæ adsignantur. Vid. Dan. Heinsium ad Horat. Sat. 1. v. 18. & locis ab illo notatis associa Epictet. Enchir. 22. PRASC. Romicius habet: partes omnibus datae. Ego nihil muto, partes absolute posuit, vult autem, cuilibet suam & peculiarem tributam esse partem. SCHEFFERUS.

(13) Læva cornici omina] Si una apparuerit; dextra, si binæ. Xanthus in vita Æsopi, cujus Max. Planudes auctor fertur: ἀγαθὸς γὰρ οἰωνὸς δὺο κορνίαι ἐπεὶ εἰ μίαν ἴδης, τοῦτο πονηρὸν. PRASC. Ut a læva sedens, faciat bona omina. Cicero de Div. 11. A dextra corvus, a sinistra cornix facit rata. Quæ Praschius habet, huc non pertinent. SCHEFF.

(14) Omnes quæ] Lege, omnesque propriis sunt contentæ dicitibus. HEINSIUS.

(15) Recidat] Forte scribendum recidat, ut reddunt, retulit,

tulit, tectudit, infra & similia, vide Indicem Gifanii. QUIETUS. Primam producit, exemplo aliorum: quos laudat Gifan. Ind.

Lucret, voc. *recidere*. PRASCIIUS. Cic. *pro Sylla*: *Ad luctum reciderunt ex lætitia*. SCHEFFERUS.

(58) F A B. XIX.

Æsopus ad Garrulum.

ÆSOPUS domino ¹ solus cum esset familia,
Parare cœnam iussus est ² maturius.
Ignem ergo quærens, aliquot lustravit domos;

Tan-

(1) *Solus cum esset familia*] I. e. instar familiæ, primo casu. Ita quoque intellexit Rigaltius Notulis ad Mart. xii. 89. ubi canit vates: *Qui solus inopi præstat & facit turbam*. PRASC. Bis in expositione hujus loci peccat Rittershusius: En tibi hominis verba, sed profecto non audienda. [Jungo & expono, inquit, *familia maturius*, id est, citius quam alias solemne erat familiæ, quæ tunc domo aberat. An, *solus familia*, id est, desertus ab aliis servis?] Hæc ille: quæ nihil aliud quam somnia, quam logi. Sensus est: Cum quidam dominus solum haberet Æsopum, neque præterea ullam familiam, id est, alios servulos haberet, &c. Itaque Æsopus unus solusque erat familia, quæ vox nil aliud hoc loco significat quam *οὐσνημα* seu *πλῆθος* famulorum. F A B E R. Rittershusium in loci hujus expo-

sitione non audimus. *Æsopus solus est familia*, pro constituit ipse solus familiam, non habuit ipsius Dominus aliam familiam, alios servos. Eadem video in mentem venisse Rigaltio, & adducere locum Sidonii, in quo legitur, *respublica nostra tota Camillus erat*, quanquam hic locus non bene conveniat. Firmat idem suo suffragio Faber & Prasibus, ut postea observavi. SCHEFFERUS. Eodem modo Propert. i. eleg. II. 23. *Tu mihi sola domus, tu, Cymbia, sola Parentes, omnia tu nostra tempora lætitia*. Et Ovid. Metam. 8. 635. de Baucide & Philemone: *Nec refert, domus illic, famulosve requiras, tota domus duo sunt*.

(2) *Maturius*] Ponitur absolute, ut *ocynus*, *celerius*, scilicet quam pro consuetudine. SCHÆFFERUS. Tempestivum convivium media die. HEINSIUS.

(3) L-

Tander
Tum c
+ Effic
Cæpit
Ælope
Homin

(3) Lu
tus Afri
estimã a f
orem diu
fueret. v.
(4) E
cit, aut
scilicet. S

(5) Qu
HEINSIUS

(6) M
tio die, u
dia quercu
in Liguri
Non dip
Temperam
regiones
Enam Sta
Treb. anno
est diversu
habet:

Sol oper

Lucent
Hic non f
sed medie
operibus,
operum p
corum pa
hoc loco
de sole,
hic ponit
Virgili, q
terium d
SCHEFFE

Tandemque invenit, ubi lucernam accenderet.
Tum circumeunti fuerat quod iter longius, 5
Effecit brevius: namque recta per forum
Cæpit redire. 5 Et quidam e turba garrulus,
Ælope, 6 medio sole, 7 quid 8 cum lumine?
Hominem, inquit, quæro, 9 & abiit festinans domum.

Hoc

(3) *Lucernam*] Cereum. *Plautus Afin. Act. 4. sc. 1. Si lucerna extinguita sit. Cicero ep. ad Att. Facere diutius, nisi me lucerna deficiat. v. infra 4. c. 10. SCHEFF.*

(4) *Effecit*] Pro simplici fecit, aut effecit per compendium scilicet. SCHEFFERUS.

(5) *Quidam*] *Leg. hic quidam. HARNSIUS.*

(6) *Medio sole*] Meridie, medio die, ut supra *media via, media quercu. Ita Martialis lib. 3. ep. in Ligurium.*

Non dispas medio perusta sole. Perperam ibi medium solem, regiones calidissimas exponunt. Enam Statium sic esse locutum V. Trüb. annotavit Rittershusius. Sed est diversus Statii locus. Ita enim habet:

Sol operum medius summo liberabat Olympo

Lucentes, cum staret, equos.

Hic non simpliciter est *sol medius*, sed *medius operum*, pro *medius in operibus*, qui ad medium suorum operum pervenit, qui mediam partem absolvit, quale nil hoc loco dicitur. Deinde *Stattius* de sole, ut de Deo loquitur: at hic ponitur pro *die*, imitatione *Virgilii*, qui sic *solem novum*, item *tertium* dixit. Meridiem intelligit. SCHEFFERUS.

(7) *Quid*] *Sc. facis, elliptice, ex consuetudine celerius loquentium, nam festinabat Æsopus. SCHEFFERUS.*

(8) *Tu cum*] Expungunt illud tu *Rittershusius & Buchnerus*, propter versum, quorum sententiam sequi se ait etiam *Freinshemius*, cum de dactylo in fine frustra cogitet hic *Meursius. SCHEFFERUS. Forte medio soli quid cum lumine? HEINS.*

(9) *Abiit*] Hic quoque propter versum volunt *abii Rittershusius, Meursius, Buchnerus. SCHEFFER.* Non hæc frustra addidit. Noverat quippe, eo ridiculos magis esse, quos occupatus profertiales, quo magis alieni, minusque expectati ac præmeditati; eo etiam mordaciores, quo videntur magis ferii. Itaque Phrygium istum derisorem, *abeuntis & festinantis* habitu nobis sistit; quo dicitur festivitatem adjuvet. Sic in illo fab. 16. *rapere atque abire semper adsuevit lupus; Tò abire ad exprimendam lupi facile elabentis τὰς ἀπορίας* efficax est: quum prima fronte abundare videatur. Eodem pertinet illud fab. 83. *nempe abigeris, quo venis: si Rittershusii expositionem admittimus. Et hoc Livii non multum*

tum

Hoc si molestus ille ¹⁰ ad animum retulit,
Sensit profecto, se hominem non visum seni
Intempestive qui occupato ¹¹ adluserit.

tum dispar: Legati, non impetrata pace, retro, unde venerant, domum reversi sunt. Qui locus ad vitium μακρολογίας a Fabio refertur Inst. Orat. 8, 3. Solipater addit, Inst. Gramm. lib. 4. Nullum enim pondus adiecit sententia longitudo, sed decorem abstulit. Quorum sententiæ non adscribi cupio. Frustratam enim non sine contemptu expeditionem hæc exprimere, immo & proverbium sapere crediderim. Atque ad hæc omnia mirifice quadrat vernaculus sermo. PRÆSC.

(10) Ad animum retulit] Con-

sideravit, examinavit animo. Puto autem referre ad animum dici, sicut referre ad se, considerandi scilicet causa, vel ad proceres aut senatum, sententiæ exquirendæ gratia. Vulgo animum referre ad aliquid in usu est. SCHEF.

(11) Adluserit] Jocari voluerit. Secutus est Virgilium, qui lib. 7. Æneid.

Hæc, etiam mensus consumimus, inquit Iulus.

Nec plura adludens - - - alludens, est jocans. Servius: vocat ad, & ludentem significat. Optime. SCHEFFERUS.

(59) F A B. XX.

Asinus & Galli.

Qui ¹ natus est infelix, non vitam modo
² Tristem decurrit, verum ³ post obitum quoque
Per-

(1) Natus infelix] Sic ex siderum dispositu in ipsâ natali hora, ut putabant, & tradebant Mathematici. Petronius: Hunc adolescentem, quem vides, malo fato natus est. Senec. 4. Benef. 4. Quis tam duro fato & in pœnam genitus. SCHEF. Ad rem pertinet Senecæ locus de Benef. 4, 43. Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato

& in pœnam genitus, ut non tantam Deorum munificentiam senserit? Ubi Lipsius notat Petronii verba: Hunc adolescentem quem vides, malo fato natus est. FREINSH. Vid. Ampl. Cupr. 2. Obs. 17.

(2) Tristem] Propter varias calamitates, laboriosam, arduam. SCHEF.

(3) Post obitum quoque] Im-

merito fo
pervellit
caprat m
utitur po
aliorum l
licentiam
semper ad
te placu:
liber, in
hæc om
pans pta
rorum c
Corpus ve
sepultura,
natur & v
facere imp
bonorum
cium habet
mors videt
tura quid
C. D. 1. 1. 3
Kirchm. A
Rom. c. 3
1. D. de ca
lstrandis
cula Marp
za Peirese.
rum animi
l. c. Nam
que conte
ferunt, v
spiant, &
consolande
lia patiunt
gostin. l. c.
quietem co
ideo a mo
tium alien
pium cred
tari. Und

+ Persequitur illum s dura fati miseria.

Galli

merito fortasse Phædrum iterum pervellit Meursius. Primum enim caprat *miserie* vocem, qua ille utitur populariter, & exemplo aliorum Poëtarum: cujusmodi licentiam ne Philosophi quidem semper adspernantur. Deinde Stoice plauē: *Sævias*, ait, *quantum libet, in demortui cadaver, nihil hoc omnino ad se pertinere sapiens putabit.* Sævitur vel in mortuorum corpus, vel in famam. Corpus vel excluditur tantum a sepultura, vel aliis modis inquietatur & vexatur. Omnia hæc ut facere impium, sic pati grave tot bonorum sensu consensuque gentium habetur: ita ut hæc altera mors vidēri possit. Et de sepultura quidem consule Augustin. C. D. 1. 13. Grot. I. B. & P. 2. 18. Kirchm. Append. ad lib. de Fun. Rom. c. 3. Dion. Gortoff. ad L. 1. D. de cadav. sepult. Quibus illustriandis servit historia de canicula Marphisa. apud Gaslend. Vita Peiresc. lib. 2. p. 188. & aliarum animantium, apud Kirchm. l. c. Nam illæ quidem sententiæ, quæ contemptum sepulturæ præ se ferunt, vel imprudentem fastum spirant, vel sunt figuratæ, ad consolandos eos, qui injuste talia patiuntur. Et sic intellige Augustin. l. c. 1, 12. Negligere autem quietem corporis post mortem, adeo a moribus moratarum gentium alienum est, ut maxime ipsum credant, sepultis eam precari. Unde illa:

Ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna.

Item, *Sic bene sub tenera parva quiescat humo.*

Unde legibus cautum, ne translatione corpora mortuorum inquietarentur. Legendus iterum Kirchm. de F. R. 3, 25. Piccart. Obs. Dec. IX. cap. 9. Dextræ vero post obitum fatiæ (quæ ipsius corporis supplicii etiam imminuitur) studium, honestati plane convenit. Quare aureum est illud Phædri fab. 48.

Excedo invidia; dummodo absolvat cinis.

Cum quo amice conspirat Pont. Paulinus ad Auson.

Studio propeperante laboro,

Si qua datur, ne morte prius, quam crimine, solvar.

Sed ad alia properamus. PRASC.

(4) *Persequitur*] Eleganter, ad exprimendam odii fatalis acerbitatem. SCHEFFER.

(5) *Dura*] Ex sententia communi moratarum gentium, apud quas pœnæ ac supplicia habentur, quæ sunt in corporibus defunctorum contra consuetudinem. Ac ne Philosophi quidem omnes adversantur. Imo *Socrates* & *Plato* sensum mortuos habere putabant eorum, quæ hic geruntur. Quibuscum facit ipse *Aristoteles*; ut ex 1. *Nicom.* cap. 12. apparet. Adeo hic non audiendus est *Meursius*, nostro se opponens. Cum præsertim ipse longe aliter in opusculo de *Futere* cap. 2. sentiat. SCHEFFERUS.

N

(6) Galli

imo. Puto
m dici, s
erandi scilicet
res aut de
exquirenda
referte ad
HEF.
cari voloe-
lium, qui
consumi-
ulus.
vius: va-
significat.
quoque
Per-
ut non
nificentiam
notat Pe-
dolecentem
o natus est.
Cuper. 2.
pter varias
arum
ogue] Im-
me-

6 Galli Cybebes 7 circum quæstus ducere
8 Asinum solebant, bajulantem farcinas.
Is quum labore & plagis esset mortuus,
Detracta pelle, sibi fecerunt 9 tympana.

(6) Galli Cybeles] Sc. sacerdotēs. Cybele est Isis, Terra Mater, Mater magna Deum: cujus sacerdotes castrati vocabantur Galli. SCHEE. Μητραγύρται, habet Æsop. fab. 245. PRASC. Sacerdotes Rheæ, qui castrati, unde ille Arcefilai apud Laërtium, ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν Γάλλοι γίνονται, ἐκ δὲ Γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. Unde dicantur notissimum est. Herodianus in Contmodo: Πάλαι μὲν Φρύγες ὠργιάζου ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλω παραβέβηντι, ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν Φέρεσιν οἱ τῆ θεῶ τομίαι ἱερομένοι. Ceterum dum eum locum huc transcribo, aliquot lineis superius animadverti gravissimum in illo scriptore vitium: nam ubi & Politianus & H. Stephanus legerunt, πόλεμον γενέσθαι περὶ ὄδων, legendum est περὶ ὄρων, Phrygas nempe de finibus adversus Lydos contendisse: Locum ipsum adito, nam mihi satis esse debet monuisse. FABER. Cybebes legendum docuit Gudius, cujus notas vide.

(7) Circum quæstus ducere] Faber locum hunc exponens, idem ait esse, ac quod Galli dicunt, alier à la quête. Ac iccirco illud quæstus non esse ellipticum, pro quæstus causa, ceu putabat Rittershusius. Puto autem Fabrum innuere modestam mendicantium

formulam, stipemque petentium, qua vitæ suæ genus definiunt. Ita quæstus erit ipsa mendicatio, quæstio, vel conquisitio stipis. Et erat proprium istorum Gallo- rum, stipem petere. Vide vel Rosinum de hoc more. Verum magis mihi probat conjecturam suam doctissimus Heinsius, qui scribit circum in quæstus ducere, & circumducere in quæstus dictum aut ut apud Claudianum, in quæstus venire. Nam quæstui ut sit dissyllabum, quod Ursinus comminiscitur, nimis licentiosum est. Audiamus, tamen, & quid sentiat perspicacissimus Gronovius. Quæ quid explicant, inquit, scribo circum cætus ducere, i. e. oppida, sira, conciliabula. Cic. in Somn. Concilia & cætus hominum juve sociati. SCHEFFER. De mendicantibus sacerdotibus stipem Diis suis, vid. Ampl. Cuper. 3. Obser. 4.

(8) Asinum] Solennem ad talia eorum ministrum atque bajulum. Hinc pars magna fabula Apulejanæ, quam habes libro 8. & proverbium, Asinus mysteria portans, de quo vide Erasmus, & qui illi citantur. SCHEE.

(9) Tympana] Quibus solenniter utebantur. Dionys. Hal. 2. Deam vicatim circumferunt maris suo circulatorio, pectora plangentes ad cantum tibiarum, tympanorumque sonitum. Erant autem ista tympana ex ligneo circulo,

cui super
parte est
ingie, q
de serv.
Dempster
do area
tybantim.
Quod vo
potuisset
Area an
tus Jaso
tybis cela
non tym
hoc Sene
sed in m
Lippium

(10)
mine, q
dus exp
libro oct
luna: Er
corpulent
calatinia
qui foris
tibus Dea
bulabat:
peris part
Scitoppin
liciz, pu
Petronius
delicia ej
tulus, li
cine de fo
Or. I, 2.
quidem pe
Nam qu
potius qu
nuic flagi
tum fere

Rogati mox a quodam, ¹⁰ delicio suo,
 11 Quidnam fecissent? hoc ¹² locuti sunt modo:

Pu-

Ro-
 tentium,
 definiunt.
 endicatio,
 itio stiri.
 um Gallo-
 Vide vel
 Verum
 onjecturam
 usus, qui
 s ducere, &
 dictum aut
 in quæstion
 sit dully-
 communi-
 um est. Au-
 quid sentia
 rius. Quic-
 scribo cir-
 ppida, si-
 Somn. Con-
 jure sociati.
 indicantibus
 is suis, vid.
 r. 4.
 mnera ad ta-
 atque bo-
 gna fabula
 abes libro 8.
 us mysteria
 Erasimus,
 CHEF.
 quibus soler-
 yf. Hal. 2.
 ferunt mar-
 ra plange-
 um, tympe-
 rant autem
 eo circulo,
 cu

eni superinductum ex una solum
 parte esset corium, illa plane ef-
 figie, qua exhibuit *Lawr. Pignor.*
de serv. Falliturque plurimum
Dempsterius ad Rosin. 2. c. 4. quan-
 do ærea fuisse scribit, & *æra Cory-
 bantina Virgilii* de ipsis accipit.
 Quod vel ex *Servio* ad eum locum
 potuisset discere, cum ita scribat:
*Æra autem cymbala Corybanti-
 bus Jasonis filii, quibus vagitum
 greis celeraverunt.* Cymbala vocat,
 non tympana. *SCHF.* Respicit
 hoc *Seneca de Vita Beata 13, 4.*
Id in manu tympanum est: ubi
Lipsium vide. *FREINS.*

(10) Delicio] Hic locus à ne-
 mine, quam Apulejo, commo-
 dius explicari potest, extremo
 libro octavo. Inter alia & hæc
 fuit: *Erat quidam juvenis satis
 corpulentus, choraula doctissimus,
 collatina stipe de mensa paratus,
 qui foris quidem circumgestan-
 tibus Deam cornu canens adam-
 bulabat: domi vero promiscuis o-
 peris partiarios agebat concubitus.*
*ScTIOPPIUS. Glossar. Petron. De-
 licite, pueri amati, παιδύια.*
*Petronius: Chiramaxio, in quo
 delicia ejus ferebantur, puer ve-
 talis, lippus, domino Trimal-
 cume deformior.* *Quintilian. Inst.*
*Or. 1, 2. Verba ne Alexandrinis
 quidem permittenda delitiis.* *PRAS.*
 Num quod esset ipforum, an
 potius quod unus ex ipsis, nefando
 hinc flagitio addictus? Solebant
 enim fere id genus simul corpore

quæstum facere. *Delicio* est, a *de-
 licium*, quod hic puerile scor-
 tum notat. Alii *delicias* vocant.
 Sed & *delicium* legitur apud *Mar-
 tianalem*, licet alio sensu. Hæc no-
 tavi olim, cum nuper amplissi-
 mus *Gronovius* me admonet, di-
 stinguendum: *Rogati mox a quo-
 dam, delicio suo quidnam fecis-
 sent, ex Salmasio ad Histor. Aug.*
p. 493. Quam cum nec habea-
 mus ipsi, nec aliunde habere pos-
 simus, eo lectorem relegamus:
 Interea non omitto addere, quæ
 me docet idem optimus *Grono-
 vius.* *Fallitur*, inquit, *Salmasius*
*in exponendo isto Copæ; Huc cal-
 lybita veni, fessus jam sudat asel-
 lus, parce illi, vestrum delictum
 est asinus. Nam membrana Peta-
 viana ora, cum linea in capite.*
*Unde scribendum Vestra delictum est
 asinus. Causam, cur Vestra deli-
 ctum dicatur asinus, habes apud
 Ovid. 6. v. 32. & Lactantium lib.*
1. c. 21. *SCHEFFER.* Delictum
 pro cinædo. Sic Galli apud *Apu-
 lejum.* Vid. *Gronov. ad Stat. com-
 mam Earini.* *HEINSIUS.*

(11) Quidnam fecissent] *Lege
 quianam (vel quid ita, ut fab. 9.
 quid ita cessarent pedes) necuis-
 sent? hoc jocati sunt modo: supr.*
*fab. 37. tum sic jocata est tanti
 majestas ducis.* *HEINSIUS.* Vid.
 eundem ad *Ovid. 5. Trist. 1. 20.*

(12) Locuti] *Supra lib. 1. c. 6.*
Sic est locutus, partibus factis, leo.
Item c. 28. Quem stans volturius

Putabat se post mortem securum fore, 10
 Ecce aliæ plagæ congeruntur 13 mortuo.

super, fertur locutus. lib. 3. c. 6. tum sic locuta est tanti majestas dicitur: Ita namque habuerunt veteres. Et lib. 4. c. 3. postquam interfecit, sic locutus traditur: & cap. 17. Sic est locutus ante pœnam Jupiter: & lib. 5. c. 5. Quas aspernatus ille, sic locutus est. Ostendit vel consensus iste, nil in locis his

mutandum, neque enim quantumvis supini librarii errare in omnibus potuerunt. SCHEFFER.

(13) Mortuo] Casus tertius, pro in mortuum. Flaccus 4. Argon. - - - crebros & Liber congerit
 itus
 desuper averso - - - SCHEFF.

Explicit Liber III.

Incipit

LIBER QUARTUS.

(60) F A B. I.

De Mustela & Muribus.

Joculare tibi videtur: & fane leve,

Dum

(1) *Joculare tibi videtur*] Male transpositi duo primores versus. Restituo in pristinum ordinem: Dum nihil habemus &c. Joculare &c. Sed diligenter &c. Evidens est correctio mea. MEUR. Sed malim respicere Poëtam ad priorem fabulam: & hic per ἀποσποφῆν alloqui Lectorem. Sicut ferme infra 64, 30. Quid tibi videtur? hoc quoque insulsum est, ais. FREINSHEMIUS, Mallet Hein-

sius; jocularis tibi videtur. Forte scripsit: jocular' oc tibi videtur, contracte, pro jocular' hoc. Cetero de L. L. c. 20. Joculare istud quidem, Pomponi, & a multis saepe derisum; vide quæ notant supra l. 3. cap. 9. Bene] Recte merito. Sed hæc est lectio Rigaltii. Priores habuerunt leve: et quo putabam: jocular' oc tibi videtur, est fane leve. Nunc vix dubito quin Noster scripserit hoc modo:

Dum nihil habemus 2 majus, calamo 3 ludimus.

Sed

Jocular' oc tibi videtur, & sane levi,

Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.

Levi calamo dixit ex Virgilio suo qui sic v. Ecl. 2.

In calamo inflare leves, SCHEFF.

Lege, jocularis tibi videntur, sit sane, levi, dum nihil habemus in manu, calamo ludimus. Vel jocularis tibi videtur, insane. HEINSIUS.

(2) Majus] V. C. Pithcei habet manu. Lege, in manu. HEINSIUS.

(3) Ludimus] Quoque est ex ejus 1. Ecl. 10. ubi ait:

Ludere quæ vellem calamo.

Quantquam simul respiciat ad remissionem illam animi per breve carmen, qualis proprie ludus dicebatur, & qui ea utebantur, ludere. Vide Plin. 7. ep. 9. & quæ nos pridem in opusculo de Stylo. Verum aliter hic Faber: Nullibi, ait, rem infelicitis gessit Schefferus. Quid ita? nam, & sane bene, concessio ironica est, quod sentire debuit. Scilicet non sensi ego hanc concessionem. Sed num, si ut ipse, ita ego eam sensi, hinc sequetur, esse retinendam? Non est quaestio de formulæ hujus sensu, sed de voce bene. Hæc ambigitur an retineri debeat, num pro ea scribi levi. Pro bene frat editio Rigaltii, incertum, an ex codice Remensi, cum non pauca immutavit ipse conjecturis ductus, ut ex collatione primæ secundæque editionis liquet facile. Pro

levi, editio Pithcei, & Virgilianna ratio loquendi, cujus Noster esse solet tenacissimus. An rem gerit infelicitur, qui non temere a lectione hac recedit? Sed pergit: Deinde existimavit hac argumenta ad tibiam cani. Unde vero hoc de me rescivit Faber? ubi, aut quo verbo dixi? Et quid quaeso? Annon possis hoc objicere, si bene, si levi legatur? Itaque revera nusquam (Ita enim malo ego, quam nullibi) rem infelicitus gessit Faber. Sensus loci hic est, videtur haud dubie tibi hoc scribendi genus jocularare atque contemptibile. Et profecto, solet hæc esse consuetudo nostra, quando non habemus argumentum aliquod grave, de quo scribamus, animi causa & veluti per jocum levi calamo ludimus ac arrepto quovis minuto argumento, aliquos effundimus vericulos. In commune loquitur, non privatim de his fabulis. Nisi plane retentum illud leve, quod est in veteribus, quis explicare malit per minutum quid: ut sit calamo ludere leve, canere rem levem, parvam, minutam. Quomodo alicubi ludere leta Ovidius usurpavit. Quod fortasse fuerit optimum. SCHEFFERUS. Ita Mantuanus olor Ecl. 1. Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti. Lulus est alioqui puerilis, qui fit calamo, seu arundine. Gr. κάρυλλον ἐπιλάβην, de quo Meursius Græcia ludib. pag. 22. PRASCHIUS.

Sed diligenter intuerere has 4 nœnias;
 Quantam 5 sub illis utilitatem reperies?
 Non semper ea sunt, 6 quæ videntur, 7 decipit
 8 Frons prima multos, 9 rara mens intelligit,
 Quod interiore condidit 10 cura angulo.
 Hoc ne locutus 11 sine mercede existimer

Fa-

(4) *Nœnias*] Vid. ad Præfat. lib. 3.

(5) *Sub illis*] V. C. Pith. *subtilis*. Lege *in fabellis*, vel *in vilibus*, ut supra, *viles nœnias*. HEINSIUS.

(6) *Quæ videntur*] Non de solis fabulis, sed & aliis generatim & per sententiam loquitur. Quæ videntur, ait, non semper ea sunt, videlicet quæ videntur, sæpe meliora, sæpe deteriora, quam primo intuitu comparent. *Quæ & ea* notant hic conditionem, naturamque. *Cic. in ep. ea nostra ratio est.* i. e. talis, huiusmodi. SCHEFFERUS.

(7) *Decipit*] V. C. Pith. *despici*. HEINSIUS.

(8) *Frons prima*] Prima species, ut apparet, cum primum, & negligenter aspicitur quidpiam. Sic *Fabius* & alii. SCHEFFER.

(9) *Rara mens*] Non obvia uniuscujusque mens, sed provida & perspicax, qualis esse solet rara. Similiter fere *Tacitus de Mor. Ger. cap. 31. rara cujusque audientia apud Catos in consensum vertit, crinem barbamque submittere*, &c. SCHEFFER.

(10) *Cura*] Scripserim: *Q. i. condidit cor angulo*. Alludit ad fabulam de Momo accusante Jo-

vem, quod pectus homini fenestratum non indidisset, quo cordis secretum perspici potuisset. MEMRSIUS. Non audimus *Memrsium*, pro *cura*, cor scribentem. Curam enim eam hic intelligit, qua sensus animi abdunt occultantque multi. Quorum instar esse potest *Tiberius*, *Tacito* non uno loco sic descriptus. SCHEFF. Leg. *quod interiore condidit cura angulo*. HEINS.

(11) *Sine mercede*] Existimat *Rittersh. & Rigalt.* (ut ex ejus *Funere Parasit. colligo*) ad morem alludi puerilem, quem tangit etiam *Plin. Ep. 2, 20. Assen.* inquit, *para*, & accipe auream fabulam. Hoc amplius, tres decimum fabulas redimi asse solitas, ex ejusdem verbis patet: *Sufficiunt duæ fabula; an scholastica lege tertiam nescis?* PRASCHIUS. Intelligo, Phædrum nostrum dicere, hoc præmii sese lectori suo daturum, ut fabellam de *Mustela* & *Muribus* sit narraturus. Scio aliter sensisse *Rittershusium*, & *Rigaltium*, sed quare ab utroque diversus abeam, nihil cause esse puto ut pluribus exponam. FABER. *Rittershusius* & *Rigaltius* existimant, alludere ad consuetudinem antiquam dandi asses

Fabellam ¹² adjiciam de mustela & muribus.

Mustela, quum annis & senecta debilis, 10

Mures veloces non valeret adsequi,

¹³ Involvit se farina, & obscuro loco

¹⁴ Abjecit negligenter. Mus, escam putans,

Adfluit, ¹⁵ & compressus ¹⁶ occubuit neci.

Alter similiter, ¹⁷ deinde periit tertius;

15
Ali-

ci, qui narraſſet fabulam. Et huc quoque *Prasæbius* inclinat. *Faber* autem dicere, hoc præmii sese lectori daturum, ut fabellam de mustela & muribus sit narraturus. Sed cur præmii hic meminisse debeat, ego non intelligo. An enim ipse præmii debet lectori? pro illa ipsius auscultatione vel lectione fortassis. At quid lector *Phædro* pro tanta utilitate? Quid? si sine mercede idem Nostro sit, ac gratias, frustra. Ut sit sensus, ne videat frustra dixisse, non intelligi a quovis, quid fabulis subsit eruditionis sapientiæque, en vobis aliquam de mustela & muribus, in qua potestis experiri vires vestras, & ostendere, quid innuat. Quod si deprehenditis, pro illa multiplici doctrina habebis mercedem à vobis, quia non poteritis non mihi agere gratias. Ita sine mercede, proprie erit, sine gratia, eo fere modo, quo *Gallus sans merci*. Sane etiam *Interpres Gallus* vertit *vainement*, hoc est, frustra. Suadet hanc interpretationem, quod in fabula sequenti morale ab auctore non, ut solet alias, subjicitur. SCHEFFER.

(12) *Adjiciam*] Lege *adjiciam*. HEINSIUS.

(13) *Involvit se*] Volvit se in farina, & volutando in ea, sic opplevit exterius, ut tota farina videretur. SCHEFF.

(14) *Abjecit*] Sc. se, eleganter, velut rem vilem, quam & iccirco, *abjectam* appellamus. *Abjicere se in herbam* dicit *Cicero* in *Or.* 1. SCHEFF. *Ovid. epist.* 7. 1. *Sic ubi fata vocant, udis abjectus in herbis, ad vada Maandri concinit albus olor.* Propert. 1. 14. 1. *Tu licet abjectus Tiberina molliter unda.*

(15) *Compressus*] Mallet *Rittershusius* *compressus*. Puto idem esse ac oppellus. *Cicero* in *Orat.* *Harusp.* *Jam ista serpens, quantum hic delitescit, tum se emergit, & fertur illuc, compressa atque illisa morietur.* SCHEFF. Lege, at *compressus*. HEINS.

(16) *Occubuit neci*] Rursum ad *Virgilium* respexit, ut solet. Is enim ita *Lib.* 2. *Æn.* v. 62. *sen certa occumbere morti.* Cæterum *Virgilius* ex *Ennio* desumpsit, uti *Servius* testatur. SCHEFF.

(17) *Periit tertius*] *Mendosi* sunt hi duo tres versus. *Emaculo* hoc modo:

Alter similiter deinde periit, at tertius

18 Aliquot secutis, venit & retorridus,
 Qui sæpe laqueos & 19 muscipula effugerat,
 Proculque infidias cernens hostis callidi,
 20 Sic valeas, inquit, ut farina es, quæ 21 jaces.

FAB.

Alios venit secutus velle terri-
tus,

Quia sæpe laqueos & muscipula
effugerat MURUS.

Sic optime Paris. Fuerat in aliis:
 Perit & tertius, quod quia non
 conveniebat numero, Rittershu-
 sius emendarat, perit & tertius.
 FRINSHEMIUS. Lege, *Alter si-*
militer deinde perit, & tertius.
 HEINSIUS.

(18) *Aliquot seculis venit*]
 Versus suadet: *post sæclis*, ali-
 quot sæclis post, ut, *Longo post*
tempore venit. Si legamus: *Ali-*
quot advenit sæclis, erit similiter
 dictum, ut illud Propertii: *Ven-*
turum paucis me tibi Luciferis,
 paucis post Luciferis, seu diebus.
 Et Catull.

Cenabis bene mi Fabulle apud me
Paucis, si tibi DI favent, die-
bus. SCHOPPIUS.

Non facit ad stomachum meum
 ulla, quam legerim, emendatio.
 Quod si meo iudicio res staret,
 expungerem hunc versum, ut
 qui videtur ex priori pullulasse,
 & legerem:

Alter similiter, deinde venit &
tertius,

Qui sæpe laqueos & muscipula
effugerat. PRASCHIUS.

Ita locum integrum edidit Rigal-
 tius, frustra occupatis omnibus
 in ejus restitutione, etiam nup-
 tis scriptoribus. Quos inter Ur-

sius scribit; aliquot venit septi-
 tis recte *territus*, non inepte. *Re-*
torridum Rigaltius, sic ait dicit,
 sicut apud Horatium, *recedens*
scriba Lib. 2. Sat. 5. Notatur ve-
 tulus, rugosus senio, quomodo
retorridus plantas macilentas, sic-
 cas, & contractas in rugas, Co-
 lumella dixit Lib. 3. cap. 12. Ni-
 miam siccitatem destituisse plantas
 dicit naturali alimento, aut in-
 tum necare, aut scabras & re-
 torridas facere. Cæterum tales,
 usu ipso edocti, sunt fere callidi.
 Vide Gell. lib. 15. c. 30. & que
 Salmas. in Lampridii Commodum,
 & Severum annotat. SCHEFFER.
 Columcl. 13. 17. *arbor retorrda.*
 HEINSIUS.

(19) *Muscipula*] Notari pot-
 est Muscipulum, quod haud scio
 an alibi reperias, nisi in Thesouro
 Philoxeni. FABER. Non dubito,
 quin & sic probati scriptores ex-
 tulerint. Ita enim & apud *Apa-*
lejum veterum verborum studio-
 sum, *decipula* leguntur. *Ast.* 5.
 11. Et in *Glossis Philoxeni*, *Mu-*
scipulum reperitur. SCHEFFER.

(20) *Sic valeas*] Id est, plane
 non valeas, sicut nec farina es,
 quam esse te simulas. SCHOPPIUS.
 Id est, Male pceas. Exempli
 gratia, si tibi cum simulatore &
 infido, quique tibi insensus es-
 set, ageres, posses dicere, Ita
 valeas ut mihi ex animo amicus
 es.

es. Nota e
 peccandi,
 tius apud C
 leganter,
 bat farina
 posses dice
 valeas, ut
 cus es. *Pla-*
te amabit
 & cap. 3. 4
 ut ut merr
 tius apud
 gust. Ita v
 quillam cr

FAM
 3 U
 Quam t
 Nondun
 Qui s

(1) Fam
 contendat h
 Alupo fab.

(2) Al
 vites nom
 pericas lig
 de R. R. c
 nec, alia e
 dais, ut in
 mes, ut qu
 sublimis &
 que hic al
 plisse altam
 sic alta uv
 SCHEFFERU

(3) Uva

es. Nota est ratio bene optandi, precandi, &c. qua nil frequentius apud Comicos. FABER. Eleganter, valeas velut intelligebat farinam non esse. Ita infido potest dicere, inquit Faber, ita valeas, ut mihi ex animo amicus es. *Plautus Aulul. 4. 10. Ita te amabit Jupiter, ut tu nescis. & cap. 3. 4. Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale. Antonius apud Sueton. cap. 69. ad August. Ita valeas, uti tu, hanc epistolam cum leges, non inieris*

&c. Quæ loca indicavit optimus Gronovius, SCHEFFER. Terent. Andr. 4. 2. Valeant, qui inter nos discidium volunt. Gruter. l. script. 7. 10. 10. Quisquis cum laetit, sic cum suis valeat.

(21) *Quæ jacet*] Respicit superius abiecit se, quasi diceret, simulas te jacere immobilem, farinæ instar; verum si accederem propius, fieres animata mobilisque, meque arriperes. SCHEFFER. In V. C. est *lacet*. *Legi ut farina mi places*, HEINSIUS.

(61) F A B. II.

Vulpes & Uva.

1 Fame coacta vulpis 2 alta in vinea
3 Uvam adpetebat summis saliens viribus:
Quam tangere ut non potuit, discedens ait:
Nondum matura est, nolo 4 acerbam fumere.

Qui 5 facere quæ non possunt, verbis 6 elevat, 5

Ad-

(1) *Fame coacta*] Qui vult, contendat hæc cum Gabr. fab. 18. *Æsopo fab. 159. PRASC.*

(2) *Alta in vinea*] *Vineam*, vines nominat; *alta* vinea est, ad petricas ligata & erecta. *Varro 1. de R. R. c. 8. Multæ species vineæ, aliæ enim humiles & sine vitibus, ut in Hispania, aliæ sublimis, ut quæ appellantur jugata, sublimis & jugata vinea Varroni; quæ hic alta. Nisi censeas, scripsisse altam, ac retulisse ad uvam, sit sit alta uva, quæ in alto pendet.* SCHEFFERUS.

(3) *Uvam adpetebat*] Distin-

guendus hoc modo locus, *uvam adpetebat; summis saliens viribus quam tangere* &c. HEINSIUS.

(4) *Acerbam*] Proprie. *Cicero de senect. Uva primo est peracribra.* SCHEFFERUS.

(5) *Facere quæ non possunt*] Hunc quoque locum ad *Phadri ambitionem* retuli in indice. Apparet enim, contra eos vibrari hoc dictum, qui fabulas ejus elevabant verbis, quod facillimum est factu.

Μωμύσεται τις βῆρον ἢ μωμύσεται. FREINS.

(6) *Elevat*] *Levia & vilia esse*

7 Adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

esse dicunt, continent. SCHEFF. V. sup. ad fab. 49.

(7) *Adscribere*] Verbum ex re numularia desumptum. Solebant enim creditores solutam sibi apud mensarium summam jubere transcribi in suas tabulas. Qua

de re nonnihil egi in opusculo de *Novis Tabulis* ante annos plusculos. Et hoc proprie *adscribere*, idemque est, ac accipere velut ex debito, & suum facere: eleganter. SCHEFFERUS.

(62) F A B. III.

Equus & Aper.

1 EQUUS 2 sedare solitus 3 quo fuerat sitim,
Dum sese aper volutat, turbavit vadum.
Hinc orta lis est. Sonipes 4 iratus fero
Auxilium petiit hominis; quem dorso 5 levans,
Rediit ad hostem. 6 Jactis hunc telis eques

5
Post.

(1) *Equus*] Hæc fabula, Æfopi non est, sed Stesichori, qua olim adversus Phalarin, tyrannum illum immanitate nobilem, præstantissimus poëta usus fuit, ut ex Aristotele discere est, II. Rhetoricorum cap. xx. locum ipsum legito; magnum enim operæ pretium fuerit. 1. Dicam obiter, initio capitis mendum esse, quod non vidit Ricobonus; sed à me alibi corrigitur. Ceterum hanc fabulam paulo aliter narrant Stesichorus, Horatiusque, aliter Phædrus: sed tamen in universum res eadem est. FABER.

(2) *Sedare*] Proprie. Lucret. lib. 5.

ad sedare sitim fluvii fontesque

vocabant. SCHEFFER.

(3) *Quo*] Refertur ad sequens *vadum*, pro in quo, omissa præpositione. Ordo verborum hic est: Aper dum sese volutat, turbavit vadum, quo equus sedare sitim solitus fuerat. SCHEFFER.

(4) *Iratus fero*] Sic Corod. Att. c. 17. *irasci eis nefas duceri.* SCHEFFERUS.

(5) *Levans*] Tollens e terra dum in se recipit sefforem. Schat.

(6) *Jactis telis*] Gronovius ad hunc locum, *video mutasse Regaltium: ad hostem latus.* Hunc Sc. Non placet. Nam apud Tacitum legisse memini, *telisque non in vanum jactis, & jacere signatas.* SCHEFFERUS.

(7) Pro.

(62) Postquam Lactor, Nam pr. Atque i. Tum m. Dum qu. 8 Hæc. 9 Impun.

(7) Pro. precanti S. (8) Hæc. xxi. ὁμοίως, telem Stesich. τῆς πολεμ. ῥιπασθαι,

Plus e. Narra. Quid. Unam fo.

(1) Quo. melius, qu. teccedat. Sc.

(2) Irat. prioribus. C. virum fuisse. SCHEFFERUS.

(3) De. mortuis leg.

(4) Rel. inter prop. 13. Dom.

(62) Postquam interfecit, sic locutus traditur.

Lætor, tulisse auxilium me 7 precibus tuis;

Nam prædam cœpi, & didici, quam sis utilis.

Atque ita cœgit frenos invitum pati.

Tum mœstus ille: Parvæ vindictam rei

Dum quæro demens, servitutem repperi.

8 Hæc iracundos admonebit fabula,

9 Impune potius lædi, quam dedi alteri.

(7) *Precibus tuis*] Pro tibi precanti. SCHEFFERUS. ἴππω, &c. FABER.

(8) *Hæc iracundos*] Οὕτω δὲ καὶ ὁμείεις, inquit, apud Aristoteliem Stesichorus, ὁρᾶτε μὴ τῶν πολεμίων βελόμενοι τιμωρεσθαι, τ' αὐτὸ πάθητε τῶν

(9) *Impune potius lædi*] Ellipt. pro potius esse, i. e. melius, lædi impune, h. e. nulla sequente pœna læsionem eam, clabente teo. SCHEFFERUS.

(63) F A B. IV.

Poëta.

PLUS esse in uno sæpe, quam ¹ in turba, boni;

² Narratione posteris ³ tradam brevi.

Quidam ⁴ decedens tres ⁵ reliquit filias;

Unam formosam, & ⁶ oculis venantem viros;

At

(1) *Quam in turba*] Nonne melius, quam turba? cum in antecedit. SCHEFFERUS.

(2) *Tradam*] Proprie, de scriptoribus. Cic. de Cl. Or. Sapientem virum fuisse memoria traditum est. SCHEFFERUS.

(3) *Decedens*] Proprie de mortuis lege naturali. SCHEFFER.

(4) *Reliquit*] Etiam hoc est inter propria. Corn. Nep. Attic.

(5) *Oculis venantem viros*

hereditate relictam. Plaut. *Anul.* Act. 3. sc. 1. Agri reliquit ei non magnum modum. Cornel. iterum in Epam. c. 10. Male in eo consuleve patriæ, quod liberos non relinqueret. SCHEFFERUS.

(6) *Oculis venantem viros*] Imitatione Plautina, ut notavit Rittersbusius, porto venari dicitur, quæ captat & vulnerat oculis. Quale genus locutionis & in Sæctis reperitur, V. Cant. c. 4. SCHEFF.

Vide

(7) Pro-

At alteram 6 lanificam, frugi & 7 rusticam;
8 Devotam vino tertiam, & 9 turpissimam.

Vide Barth. adv. 35. cap. 8. & 43. cap. 21. Ovid. 1. Am. 253. *Quid tibi femineos curtus ventatibus aptos enumerem?*

(6) Lanificam] Summisse ex Lucilio videtur, qui sic Sat. 6. apud Non. Sororem lanificam dici ficcam atque abstemiam ubi audit. SCHEFFERUS.

(7) Rusticam] Laboriosam. Nam, ut Posidippus ait, ἐν ἀγροῖς καὶ ὄρων ἀλγος, Sic formica rustica dicitur, sed contemtum, Fab. 80. ubi tamen aliam rationem assignamus. PRASCHIUS. Delenda est copula, vel post το frugi repetenda. BUCHNERUS. Pace clarissimi Viri dixerim, nihil mutandum. Duplex mulieris descriptio, quod fuerit lanifica, & quod frugi rustica. Sic enim conjungo, sicut apud Cicer. Tul. 4, 16. *Hominem frugi omnia recte facere:* & 3, 8. *Graci frugi homines* χρησίους appellant. FREINSHEMIUS. Laboriosam exponit Praschius. Ego aliter intelligo hæc verba, quia sequitur, dato lanifica rustica, nec enim jungere sic potuisset absque tautologia, si id voluisset, quod putabar Praschius. Credo igitur, opponere rusticam illi viros venanti oculis id est elegantia morum, amabilitate vultus, compositione docta omnium membrorum allicienti viros. Et sic eam intelligere, quæ sit rudis & agrestis, negligens illas artes, qui-

bus student alias placere puellæ. Sic rusticos homines vocat Belon apud Curtium 6. c. 11. quos actor prius dixerat, *civilis habitus rudes.* Virgil. Ecol. 2.

Rusticus es Coridon, nec munera curat Alexis. SCHEFF.

Non puto hic per rusticam, eandem & incultis moribus intelligi, sed quod videtur Praschius tenuere, talem, quæ ruri solebat lanæ & tela operam dare; nam veteres maxime in rure familiarum ancillarum lanificarum habebant, quarum curam hæc filia frugi videtur suscepisse, & hinc postea Mater Lanificæ agellos, pecora, villam & omne rusticum instrumentum seposuisse narratur, & Phædrus eam lanificam rusticam vocat. Sic in l. 12. §. 5. & 6. & l. 16. ff. de instr. & instr. leg. lanifica quæ familiam rusticam vestiunt memorantur. Sic infra fab. 80. formica rustica dicitur, quæ ruri vitam agebat. Et Horat. 2. Sat. 6. 80. *Rusticus Urbanum matrem mus paupere seruum Accepisse caro,* quem postea agrestem vocat, v. 117. & ita patet rusticam non cum frugi conjungi debere, & melius legi, at alteram lanificam, frugi & rusticam. Et ita Heinsius hunc locum legendum esse annotavit.

(8) Devotam vino] Hæc dicitur, ut recte Rittershusius (sic cet. perperam ex Virgil. 1. Æn. quippe ubi aliud significat,) dicitur

Ha

Harum
10 Sub c
Equalit
Ne dat
Habere
14 Cente
Athenas
17 Jurisp
Quo pac

stendit. V
nam alicui
Sueton. c. 6
his meis a
dubitaverit
ut & dona
(9) Ties
ferrem. V
(10) S
ge, hac l
propria ju
quis ff. a
dicit. SCH
(11) Pa
rem, bona
ii, quod no
Leo mib
d

Sic enim e
gendum a
locum hun
calesco,
tiam, atq
Asin. Pra
pam octo
vomis. It
pularium
(12) I
quarto cas
Exorari po
frui. Ita h

(63) Harum autem matrem fecit heredem senex,
 10 Sub conditione, totam ut 11 fortunam tribus
 H. Equaliter distribuatur, sed tali modo:
 Ne data possideant aut 12 fruuantur; 13 tum simul 10
 Habere res desierint, quas acceperint,
 14 Centena matri 15 conferant sestertia.
 Athenas rumor 16 implet. Mater sedula
 17 Jurisperitos 18 consulit; nemo 19 expedit,
 Quo pacto non possideant, quod fuerat datum, 15
 Fru-

stendit. Varro sic devotum ani-
 mum alicui dixit Et Tiberius apud
 Sueton. c. 67. Si quando de mori-
 bus meis devotoque vobis animo
 dubitaveritis. Cic. Tusc. 3. devo-
 tus & donatus studiis. SCHEFF.

(9) Turpissimam] Id est, de-
 formem. V. sup. fab. 43.

(10) Sub conditione] Hac le-
 ge, hac limitatione. Formula
 propria jurisconsultorum. Vide l.
 si quis ff. de Cond. cum l. seq. &
 aliis. SCHEFFERUS.

(11) Fortunam] Rem familia-
 rem, bona hæreditaria, in singula-
 ri, quod notandum. Horat. 1. ep. 5.

Quo mihi fortuna, si non conce-
 ditur usus?

Sic enim cum plerisque MSS. le-
 gendum atque exponendum esse
 locum hunc, vel ex hisce Nostri
 censet, contra Lambini sententia-
 m, atque aliorum. Apul. 3.
 Afin. Præter tantam fortune copiam
 octo pedibus auctiores reme-
 vimus. Item post: fortunam po-
 pularium inquirebamus. SCHEFF.

(12) Fruuntur] Frui data,
 quarto casu. Plautus Afin. 5. sc. 1.
 Exorari poterit, ut sinat sese hanc
 frui. Ita habent libri veteres, quod

nescio cur mutarint. Cato de R. R.
 c. 149. Pabulum frui occipito ex
 Kal. Sept. SCHEFFERUS.

(13) Tum simul] Tum est
 tunc, & refertur ad conferant.
 SCHEFFERUS.

(14) Centena] Hoc est cen-
 tum singulæ, quæ valent 2500.
 scutatos monete Italicæ vel 3000.
 Imper. Vide Cl. Gronovium in De
 Sestert. felicissimi ingenii ac pro-
 fundissimæ eruditionis opere.
 SCHEFFERUS.

(15) Conferant] Leg. ut con-
 ferant. HEINSIUS.

(16) Implet] Eleganter, ad
 exprimendam magnitudinem e-
 jus, propter raritatem casus. Sic
 Ovid. Orbem gloria complet. Sym-
 machus, aternam complebat nomi-
 ne Romam. SCHEFFERUS.

(17) Jurisperitos] Lege juris
 peritos. HEINSIUS.

(18) Consulit] Proprie de pe-
 ritis juris, unde & consulti nomi-
 nantur. Cicero in Mur. de Jitis,
 & vestrum illud LICET CON-
 SULERE. SCHEFFERUS.

(19) Nemo expedit] Ut sup.
 lib. 3. cap. 15. expedit quid feci.
 SCHEFFERUS. Satyricum agere
 hic

20 Fructumve capiant; deinde quæ 21 tulerint nihil,
 Quanam ratione conferant pecuniam.
 Postquam consumpta est temporis longi mora,
 Nec testamenti potuit 22 sensus colligi,
 23 Fidem advocavit, 24 jure neglecto, parens.

hic videtur: itidem ut Terent.
 Phorm. 2, 4. PRASCHIUS.

(20) *Fructumve*] Repetenda
 est negatio ex superiori versu.
 Quamquam ego mallet *fructum*
nec capiant. SCHEFF. *Fructum si*.
 V. C. Pith. HEINSIUS.

(21) *Tulerint*] Acceperint.
Plantus Merc. A. 2. sc. 3. Quod pos-
ses, feres. SCHEFFER.

(22) *Sensus*] Vide de hac vo-
 cis hujus significatione Cellarii
 curas posteriores p. 88.

(23) *Fidem advocavit*] Id est,
 (locus enim dignus qui explicetur,
) fide sua usa est mulier, &
 ut in testamento perscriptum fue-
 rat, ita fecit, ad priorem partem
 quod attinet, ut scilicet,
tribus aequaliter distribueret;
 conditionem autem appositam,
Sed tali modo ne. Sc. cum non
 videret quo pacto explicare pos-
 set, *Neglecto jure*, priori parti
 testamenti satisfecit. FABER.
 Sciendum enim, eorum quæ du-
 bia sunt, quædam solvi posse:
 hæc valent; quædam esse ejus
 generis, ut nulla ratione expli-
 cari queant: hæc habentur pro
 non scriptis. L. 2. De his quæ
 pro non script. L. quo tutela 37.
 §. 3. de R. J. L. si quis 27. De
 reb. dub. Hæc Cujac. Præf. ad
 d. D. tit. de reb. dub. PRASCH.
 Eleganter & proprie usurpat il-

lud *advocare*. Advocantur enim,
 a quibus jus exquiritur. *Afero*.
de Divin. Advocatus dicitur, qui
jus suggerit. Cæterum quia, qui
 suggerere jus debuerant, non po-
 terant id explicare, ideo hic *fi-*
dem advocat. Intelligit autem *fi-*
dem bonam, ex qua testamento
 studet satisfacere, quando ex jure
 non potest. SCHEFFER.

(24) *Jure neglecto*] Fecit mu-
 lier, inquit *Faber*, quod priorem
 partem testamenti attinet, con-
 ditionem autem appositam, cum
 non videret, quo pacto explicare
 posset, *Neglecto jure*, priori parti
 satisfecit. Vult itaque, quantum
 video, intelligere de eo jure, et
 quo talis conditio simul debuisset
 observari. At vero jus est nullum,
 quod ejusmodi conditionem ob-
 servare jubet, quin imo, quæ
 non possunt ratione ulla explica-
 ri, ea pro non scriptis haberi, ju-
 risperiti tradunt. Itaque cum sic
 negligi jus, quod fuit nullum,
 non potuerit, *neglectum jus* de
 consultis interpretor, quasi *No-*
ster diceret, non amplius curasse
 ipsos, nec expectasse diutius, si
 forte invenirent aliquid, sed quod
 posset, id fide bona fecisse. Ut
 sit *jus contrarium*, præcedentis
Fidei, hic positum sicut *lib. 3. c.*
1. servitus, & alia similia passim
 apud *Nostrum*. Nisi malis per ju-

(63)
 26 Sep
 27 Lavat

intelligere
 testamenti
 recur. Qu

La m
 drai &
 contenta
 SCHEFF
 (23) S
 Phædrum
 sed alibi lo
 ctas, ut p
 diem con
 Seponit n
 m

Lavatio
 ch
 Domum
 tu

Lanifica
 Et sic deino
 probat De
 Improbat
 nos subscri
 sequitur:
 quod de po
 ctus dubita
 sic eam in
 tam quæ l
 mia in he
 deque con
 citate con
 domo dica

(26) S
 versus He
 V. Barth. 2
 (27) L
 Ad luxum
 instrumen
 ad Symb.

25 26 Seponit mœchæ vestem, mundum muliebrem,
27 Lavationem argenteam, eunuchos, 28 glabros.

La-

intelligere, quicquid stricte ex
testamenti formula cuique debe-
retur. Quomodo *Interpres Gal-*
lim: La mere laissant ce qui étoit
de droit & de l'ordonance du mort,
se contenta d'agir en cela de bonne
foi. SCHEFFERUS.

(25) Seponit] Rigaltium in
Phædrum non videre contigit:
sed alibi legi, versus hos disje-
ctos, ut putat, sic ab ipso in or-
dinem conjici:

Seponit mœchæ vestem, mundum
muliebrem,

Lavationem argenteam, eunu-
chos glabros,

Domum politam, delicatos hor-
tulos,

Lanificæ agellos,

Et sic deinceps. Quam lectionem
probat Demisterus ad Rosin. I, II.
Improbat Meurfius ad h. l. cui
nos subscribimus. Nam & mox
sequitur: *tradet luxuria domum:*
quod de potrice dictum esse Phæ-
drus dubitare nos non finit, dum
sic eam insuper *περιφράζει,* vi-
tam quæ luxu trahit. Ne de ni-
mia in herciscundo inæqualitate,
deque consuetudine & commo-
ditate convivandi in hortulis ac
domodicam. PRASC.

(26) Seponit mœchæ &c.] Hic
versus Hexameter Jambicus est.
V. Barth. adv. 16. 14.

(27) Lavationem argenteam]
Ad luxum hic refertur lavationis
instrumentum. Videatur Gyrald.
ad Symb. Pyth. *Dextrum pedem*

prius induendum, sinistrum vero
prius lavandum. Petr. Angelus
Bargæus de Ædif. Urbis Romæ
everforibus p. 38. seq. In vet.
Notis conjunguntur B. V. V. Bal-
nea, Vina, Venus. PRASCHIUS.
Vas ingens lotioni destinatum,
uti vult *Rigaltius*, adducto testi-
monio *Ulpiani ex leg. 25. ff. de*
Auro, argen. ubi de mundo mu-
liebri: *vasa unguentaria & si qua*
similia dici possunt, veluti lavatio,
riscus. Quanquam lectionem
hanc non omnes habeant libri,
sintque, qui *alabastriscus* pro po-
stremsis vocibus substituant. Sane
si res mei foret arbitrii, *lavatio-*
nem argenteam ego dicerem in-
nuere, supellectilem omnem
balnearem, ut strigiles, guttos,
urceolos, & id genus, maxime
cum sequatur ex opposito de in-
strumento rustico. Quanquam
possit hoc intelligi etiam per vas
illud velut principale. Citat sane
concham, lavationem argenteam,
ex *Sidonio Rigaltius*, si fides est
Preinsbemi. Sed & ipsum *Cicero-*
nem. Ita accepit doctissimus *Gro-*
novius lib. 9. fam. ep. 5. ubi legi-
tur: *ut lavatio parata sit.* SCHEF.

(28) Glabros] Leves, imber-
bes, vide *Juvenal. Sat. 6.* SCHEF.
Rectissime & ingeniose, ut solet,
Gudius *Eunuchos a Glabris* distin-
xit. Glabri autem maxime in de-
licis erant luxuriosis. Senec. de
brevit. vitæ c. 12. *quanta celeri-*
tate, signo dato, Glabri ad mini-
steria

Lanificæ agellos, pecora, villam, operarios,
Boves, 29 jumenta, & instrumentum rusticum.
Potrici plenam antiquis 30 apothecam 31 cadis, 25
32 Domum politam, & 33 delicatos hortulos.
Sic destinata dare cum vellet singulis,
Et approbaret populus, qui illas noverat,

Æso.

seria discurrant. Gloss. ἀεὶ ποδὶς γλαβρῶν, delicatus, molliculus.

(29) *Jumenta*] Equos intelligit. Atque sic a bovis distinguit. *Columella* quoque lib. 1. c. 6. Non alius edita esse præsepia convenit, quam ut bos aut jumentum sine incommodo stans vesci possit. SCHEFFERUS.

(30) *Apothecam*] Cellam, ubi disponebant, & custodiebant cadis. *Columella* dicto loco. *Apotheca* recte superponitur his locis: unde plerunque funus earum exoriatur, quoniam vina celerius vetustescunt. SCHEFFERUS.

(31) *Cadis*] Cadus est vas vinarium ingens, capiens vini libras centum, vide *Petrus de Mensuris* p. m. 58. Cæterum antiquis addit, quia tales pretiosiores. Quo enim vetustius vinum, eo delicatius & melius. Hinc apud *Petronium* titulus amphoræ: *Falernum Opimianum annorum centum.* SCHEFFERUS.

(32) *Domum politam*] Rigaltius hunc versum transponit. Non assuetior. Et vis sententiæ meæ fulcrum? Ecce, in sequentibus, cum Æsopus male data ex testamenti sententia mutat.

Domum, & ornamenta, cum venustis hortulis,

Et vina vetera date lanificarum.

Nihil clarius, nihil certius: mutat Æsopus nihil in rebus, sed alias iis tantum personas assignat. MEURSIUS. Perfectam absolute tamque omni ratione. Vide *Varonem* lib. 1. de R. R. c. 2. *Plant. Mostel.* 1. sc. 2. *Festus*, Omnes perfectiones antiqui positiones appellabant. SCHEFF.

(33) *Delicatos*] Non satis memini an olim apud Epigrammaticum legerim *delicatum vinum*; sed ad hoc scio, legisse me apud Ciceronem in *Verr.* *delicatissimum littus*, & apud Plinium *Secundum*, *Anno delicatissimum annuum* lib. VIII. *Epistola XVII.* quæ sane dignissima est quam legas. FABER. Ut *littus delicatum* apud Cicer. in *Verr.* & *annus delicatus* apud Plinium 8. ep. 17. quemadmodum Faber notat. Sed & *domum delicatam* dixit *Seneca* in *Hippol.* Mox *venustos reddit.* SCHEFFERUS. *Delicatum* dictum omne quod pretiosum, molle, nitidum, ad pompam & ostentationem compositum est, recte docuit *Vir Amplif. Cuperus* *Ostler.* 1. c. 3. Sic apud *Petron.* c. 33. *Notariique rem omnium delicatissimam.*

(34) 0

Æsopus
O si
Quam
Interp
Rogatu
Domum
Et vina
Vestem
Illi adfig
99 Agro

(34) 0
perisset, lu
Insula d
reg
Et paulo p
Trojaque
quo
Adhuc Lib
-- quid
m
Ignoras p
m.

Cicero de I
quercus, he
luff. Orat.
Nanque ho
quod imper
Elegantem d
qui ante ha
posset cond
videre, qu
ligatis ejus
sic Virgiliu
4. Æn. si Tr
SCHEFFERUS
(35) Vol
testamento
tima. Plin.
lari, ut def

Æsopus media subito in turba constitit:
 O si maneret condito sensus patri,
 Quam graviter ferret, quod voluntatem suam
 Interpretari non potuissent Attici
 Rogatus deinde, solvit errorem omnium.
 Dumum & ornamenta, cum venustis hortulis,
 Et vina vetera date lanificæ rusticæ.
 Vestem, uniones, pedissequos, & cætera
 Illi adsignate, vitam quæ luxu trahit.
 Agros, vites, & pecora cum pastoribus

Do-

(34) O si maneret] H. c. superasset, superaret. Virgil. Æn. 2. Insula æves opum, Priami dum regna manebant.

Et paulo post:

Trojaque nunc staret, Priami-
 quo arx alta maneres.

Ahuc Lib. 4.

- - quid si non arva aliena do-
 mosque

Ignotas peteres, & Troja antiqua
 maneret?

Cicero de LL. I, I. Si manet illa quercus, hæc est profecto. Quintil. Inst. Orat. 3, 1. de M. Antonio: Namque hoc solum opus ejus, atque id imperfectum, manet. PRAS. Eleganter de defuncto, quippe qui ante habuerit. Si, inquit, posset conditus sepultusque nunc videre, quam malè vos intelligatis ejus voluntatem. Atque sic Virgilius sapissime. Ut lib. 4. Æn. si Troja antiqua maneret. SCHEFFERUS.

(35) Voluntatem] Optime de testamento, quia est voluntas ultima. Plin. 2. ep. 16. legem mihi hanc, ut defunctorum voluntates,

etiamsi jure deficerentur, quasi perfectas tuerer. SCHEFFER.

(36) Potuissent] Puto plane scripserit Nostrium pot' essent, pro possent, exemplo Plauti, Terentii, & aliorum. SCHEF.

(36) Suam] Pro ejus. Cicero 4. Philip. Quod autem erat presidium salutis libertatisque vestre, si C. Casaris fortissimorumque sui patris militum exercitus non fuisset. Contra Cornel. ejus dixit pro Jure Themist. cap. 8. Hic cum propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret. Atque sic hæc crebro permittantur. Vid. Voss. de Constr. c. 56. SCHEF.

(37) Solvit] Eleganter, quia eo tenebantur, velut vinciti, sic solvere metum, Virgilius usurpavit. SCHEF.

(38) Trahit] Valde eleganter, velut reluctantem & invitam, quando vita ebriorum morti est similior, quam vitæ. Ita senium trahere luctu apud Claudianum est in 3. de raptu. SCHEF. Vido sup. fab. 21.

(39) Agros & vites] Legge, agros & vites.

(63)
 um.
 25
 Ælo-
 nificaru-
 ius: mu-
 bus, sed
 is assignat.
 n absol-
 Vide Var-
 2. Plaut.
 s, Omni
 tiones ap-
 a satis me-
 gramma-
 em nenu-
 e me apud
 delictu-
 Plinuum
 icatissimus
 tola xvii.
 e quam le-
 us delicia-
 r, & amati-
 8. ep. 17.
 notat. Sed
 xit Seneca
 istos reddit
 atum duo
 , molle,
 & osten-
 est, recte
 perus Ob-
 tron. c. 37.
 a delicati-

(34) 0

Donate mœchæ. Nulla poterit 4^o perpeti,
 Ut moribus quid 4^r teneat alienum suis. 4^o
 Deformis cultum vendet, ut 4² vinum paret.
 4³ Agros abjiciet mœcha, ut ornatum 4⁺ paret,

At

avitos & pecora. Liv. 2. 23. Agro paterno avitoque se exuisse. Flor. 3. 15. de Graccho. Qui cum paritumultu & terrore plebem in avitos agros arcesseveret. Columel. præfat. de Cincinnato. Ad quatuor jugerum avitum herediolum rediit, vel legi potest, agros, vineta & pecora: Sic agros suos a vincis distinguit Ausonius de villa sua. V. C. Pith. habet, agros utiles. HEINSIUS.

(40) Perpeti] Terent. Heaut. 4. 4. 13. Non possum pati, quin tibi caput demalceam. Hæc monstrant, quemadmodum supplenda sit ἔλλειψις in trito loquendi genere, Non possum quin hoc faciam. PRASCHIUS. Ferre, sustinere, id agere, eleganter, ad signandam difficultatem faciendi ejus, quod ingenio repugnat. SCHEFFERUS.

(41) Teneat] Retineat. SCHEFF. Teneat, hic est quod supra possidere dixit, exempla apud Ciceronem & JCTos obvia. V. l. 15. ff. de his, qua ut indig. auf. l. 18. ff. de acceptil.

(42) Vinum paret] De hoc loco sic Gronovius ad me: lego, ut vinum petat. Suet. Claud. 40. Descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim & ipse petere. Rectissime, nam sequitur mox ornatum

paret, ingrata repetitione. SCHEFF.

(43) Agros abjiciet] VIII pretio vendet; itidem ferme Terentius de psaltria, quam adulescens, ut oblectaret ætatulam suam, mercatus fuerat,

Quæ, quantum potest,

Aliquo abjicienda est, si non pretio, gratis. FABER.

Sic M. Tullius ædificationem dixit abjicere. Dares Phryg. de Exc. Troi. Hec̄tor muliebria verba abjicit. Quæ si cogitasset Myningerus, forte non scrupulum ipsi injecissent verba §. 47. Inst. de R. D. quod dominus ea mente abjicerit. Ad quæ ita commentatur:

argumento hujus verbi (abjicitur) videtur hoc de rebus tantum mobilibus, quæ abjici possunt, intelligendum esse: verius tamen est, res solo quoque hærentes, & quæ immobiles habentur, pro derelictis fieri. PRASCHIUS. Faber optime hoc loco: abjiciet, vili pretio vendet; itidem ferme Terentius de psaltria, quam adulescens, ut oblectaret ætatulam suam, mercatus fuerat.

--- Quæ quantum potest,

Aliquo abjicienda est, si non pretio, gratis.

Hæc Faber optime, ut dixi. Alio aliter, sed frustra. Nam & Plautus ita in Mostellaria Act. 3. sc. 3. Nun-

At illa
 Quacu

Nunquam
 usquam
 basce. Ul
 Gronovius
 Obl. 3. 2
 11. Reci
 contentus
 lore tanta
 sed abjicer

(44)
 pecunia,
 Att. Cogit
 aliquos pa
 co: Si tan
 hant, hic
 aut in Cap
 addit pretio

(45)
 nus luxur
 structa est
 dicit, &
 xurix. Q
 fno. 2. sc. 1
 Ter. 2. sc.
 tis. Cicero
 citam sup
 via Attic.
 perii usurp
 dum domi
 catonis di
 terpres. E
 nob. Du. E
 dum sibi
 Licri, et
 nali offer
 parum int
 rupisse in
 est valde
 mus; illu

At illa gaudens pecore & lanæ dedita,
Quacunq; summa tradet 45 luxuriæ domum.

Sic

Nunquam edepol me scio vidisse
usquam abjectas ades, nisi modo
hæc. Ubi simul consule Clariss.
Gronovium. SCHEFF. Vid. Gronov.
Obl. 3. 21. Seneca de benef. cap.
11. Recipe, non desidero, meo
contentus sum. Interim non red-
dere tantum libet quod acceperis,
sed abjicere.

(44) *Paret*] Comparet sibi
pecunia, emat. Ita Cic. in ep. ad
Att. Cogito trans Tiberim hortos
aliquos parare; & in Or. pro Flac-
co: Si iam te Crasfi agri delecta-
bant, hic tunc in Crustumino,
aut in Capenati paravisses. Plautus
addit pretio parare. SCHEFF.

(45) *Luxuriæ domum*] Do-
mus luxuriæ, pro ea, quæ in-
structa est ad luxum, & quæ de-
dita, & consecrata velut est lu-
xuriæ. Quomodo Plautus in Ca-
stro. 2. sc. 1. stabulum nequitie, in
Ter. 2. sc. 2. hospitium calamita-
tis. Cicero in de Leg. Agr. domi-
cilium superbiæ, & Cornel. Nepos
vita Attic. cap. 3. domicilium im-
perii usurpant. Ad eundem mo-
dum domum luctus, domum pre-
catonis dixit veter. Bibliorum In-
terpres. Hæc scripseram, cum
nob. Dn. Heinsius significat legen-
dum sibi videri licituris domum.
Liceri, esse pretium pro re ven-
nali offerre, idque verbum, ut
parum intellectum, passim cor-
rupisse inscios librarios. Quod
est valde verisimile; nisi pute-
mus, illud *Luxuriæ* non mutau-

dum, quia velut causam continet,
cur, cum omnino ædes ali-
quas debuerit habere, illas ven-
dere voluerit, nempe quia vidit,
luxui servire potius, quam habi-
tationi. SCHEFFERUS. Conje-
cturam, quam cum Scheffero,
Nobil. Heinsius olim communi-
caverat, in libro suo induxit,
ita ut videatur postea sententiam
mutasse, adscripsit vero locum
Cic. 2. Agraria. Capuæ in domici-
lium superbiæ; atque in sedibus
luxuriæ collocasset, & Liv. 23. 8.
luxuriosa domus. Non recte au-
tem videtur Gudius vocem *Luxu-
riæ* hic dativo casu accipere, &
explicare per *luxoriosos*, nam *do-
mus luxuriæ*, est ea, ut recte
Schefferus interpretatur, quæ ad
luxum & magnificentiam est in-
structa; sic de domo Agefilai C.
Nepos c. 7. *Quam qui intravit
nullum signum libidinis, nullum
luxuriæ videre poterat.* Et Ovid. 6.
Fast. 644. de domo Cæsaris sive Ju-
liæ: *Hæc æquata solo est, nullo sub
crimine regni, sed quia luxuriâ visa
nocere suâ.* Et ita Curtius 3. 11.
20. *Ingens auri argentique pon-
dus, non belli sed luxuriæ appa-
ratum; vocat & Jutlin. 2. 14.
Græcos, diviso inter se auro Per-
sico, divitiarum Luxuriæ cepit.*
Ex quibus omnibus patet, *Luxu-
riam* Latinis proprie dici, ni-
mium & profusum sumptum,
& ut Nonius explicat, *contra
pudorem & supra modum profusio.*

Sic nulla possidebit, quod fuerit datum,
Et 4⁶ dictam matri conferent pecuniam,
Ex pretio rerum, quas vendiderint singulæ.

Ita quod multorum fugit imprudentiam,
Unius hominis repperit solertia.

Quod & ex lib. 9. cap. 1. Valerij Maximi apparet, qui ei libidinem comitem facit, ut & Terent. Heaut. 5. 1. *Ut illius animum, qui nunc Luxuria & lascivia distulit, retundam.* Et su-

pra C. Nep. loco laudato.

(46) *Et dictam*] Præscriptam, constitutam summam Terent. *dotem dicere* ait, Heaut. 5. 1. 64. & 69. PRASCHIVS. *Et dictam* V. C. PICH. HELNSIVS.

(64) F A B. V.

Pugna Murium & Mustelarum.

Quum victi mures mustelarum exercitu
(Historia quorum ¹ in tabernis pingitur)
Fugerent, & artos circum ² trepidarent ³ cavos;

Ægre

(1) *In tabernis*] Ex consuetudine. Vide quæ scribo in opusculo de *Pictoria* cap. 4. Mallet autem *Neveletus* legere: *Historia nunc quorum in tabernis pingitur.* *Heinsius*, *Historia quorum hæc Sc. Schefferus.* Legit, *historia eorum ut in tabernis pingitur*, *Salmasius* de usur. p. 350. Vel lege, *historia quorum & in tabernis pingitur.* *Heinsius.* Sic in tabernarum librariarum postibus, nomina scriptorum venalium, scribebantur. *Martial.* 1. ep. 118.

Contra Cæsaris est forum taberna,
Scriptis postibus hinc & inde totis
Omnes ut cito perlegas pœtas.

(2) *Trepidarent*] Pro *expaverunt* (id est expaverunt) accepit *Rigaltius*; *Miror*; nam longe alia vis est in τῶν trepidare. Quippe vel *Servio* teste *Festinare* est: quid enim illud *Virgilii*, *dum trepidant ala?* sed piger isthæc retellere ex *Livio*, *Saluttio*, & c. *Faber.* Non est *expavescerent*, aut *paverent*, ut vult *Rigaltius*, sed per sollicitudinem *festinarent* intrare, ut recte notat *Faber*, *Servio* auctore. *Scheff.*

(3) *Cavos*] *Cava* dixit *Cato* in *R. R. c.* 128. Hæc *murium* domicilia. Sed *cavos* usurpavit & *Varro* lib. 3. c. 15. ubi de *gliribus* agit.

Ægre
5 Duce
Suis 6
Haber
8 Hæle
Quos 9

Videtur N
illud Horat
stela ad vu
Macra

qu
(4) Re
2. *Æneid.*
in mania p
patut, un
rum nome

(5) Dr
at barum.

(6) Lig
aut ligaran

(7) Ca
etiam ubi
pus fab. 2.

lio Cæsare
porcus scilicet
G. 7, 88.

ram, ut p
notam, q
ficerent.

docet *Vege*
centuriones
transsump

fanibus n
pufferunt g
c. 16. *Cent*

serreas, se
latis cristis
remur. In

tales, apud
vum, quo

(64)
45

Ægre 4 recepti, tamen evaserunt necem.
5 Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis 6 ligarant, ut 7 conspicuum in prælio
Haberent signum, quod sequerentur, milites;
8 Hæfere in portis, suntque capti ab hostibus;
Quos 9 immolatos victor avidis dentibus,

Ca-

Videtur Noster in animo habuisse
illud Horatii lib. 1. cap. 7. ubi mu-
stela ad vulpem:

Macra cavium repetes arcum,
quem macra subisti. SCHEF.

(4) Recepti] Sc. *cavium*. Ut Virg.
2. *Æneid.* ne recipi portis, aut duci
in mania possit. De loco tuto usur-
patum, unde quoque receptaculo-
rum nomen. SCHEF.

(5) Duces eorum] Lege, duces
at horum. HEINSIUS.

(6) Ligarant] Pro *alligarant*,
aut *ligarant in capitibus*. SCHEF.

(7) Conspicuum] Ut essent
εὐκρινότεροι. Ita brevius *Æso-*
pus lib. 2. 46. Tale signum in Ju-
lio Cæsare fuit *color vestitus*, pur-
pureus scilicet, ut ipse prodit B.
G. 7, 88. PRASC. Non tesse-
ram, ut putat *Rittershusius*, sed
notam, qua duces a gregariis di-
sternerent. Sic enim solebant, ut
docet *Veget.* 2. cap. 13. *Antiqui*
centuriones bellicosos, loricatoros,
transumptis casidum cristis, ut
facilius noscerentur, singulas
passerim gubernare centurias. Et
c. 16. *Centuriones habebant galeas*
ferreas, sed transversis & argen-
tatis cristis, ut facilius agnosce-
rentur. Inde *insigniti milites* hi
tales, apud *Varronem*. Neque no-
tum, quod de cornibus Noster ha-

bet. De *Pyrrho* rege *Plutarchus*,
agnitus fuit ab eximia crista &
cornibus hircinis. De *Nabide Silius*
Lib. 25.

Casside cornigera dependens in-
fula - -

Adde quod in opere eruditissimo
de unicornu cap. 1. observavit *Vir-*
clarissimus, veterique amicitia
conjunctissimus mihi *Dr. Tho-*
mas Bartholinus. Locum, sic,
nec aliter, accipiendum vel id
arguit, quia subditur, *quod se-*
querentur milites. Nam tesseram
non sequuntur, sed observant,
ut a suis hostes dignoscant. SCHEF.

(8) Hæfere] Pro *obhæfere*, ob
amplitudinem cornuum. SCHEF.

(9) Immolatos Sc.] Hic & al-
ter versus grandioris spiritus sunt
& majestatis tragicæ; cujus ge-
neris versus cum humiliori cha-
racteri intermiscerentur, nulla res
est quæ ad ridiculum faciat ma-
gis. *Plautus* in ea re aliquando
mirabiliter pugatur: *Horatius*
quoque in *Satyris* & *Epistolis* ea-
dem arte sæpe usus fuit. Hujus
generis est apud *Terentium*:

Qui templa cæli summa sonitu
convocavit.

Ibi enim *nebulio* quidam ob ere-
ptam puellæ virginitatem ovans,
Jovem illum Opt. Max. in tegu-
m. O 3

Præcri-
nam. Te-
Heaut. 5.
s. Edi-
tus.
o.
VOS;
Ægre
o. Et per
ceptu Ri-
tione alia
Quippe
e est: quid
lum trop-
hæc refer-
c. FABR.
aut pe-
rius, sed
narent in-
aber, So-
xit Cato de
um domi-
it & Varr
tibus agri.
Vi.

10 Capacis alvi merfit tartareo specu.
 Quemcunque populum tristis eventus 11 premit,
 Periclitatur 12 magnitudo principum,
 13 Minuta plebes 14 facili præsidio latet.

las granditate carminis devocat.
 FABER. Grandius, ut augetur
 risum in humili hac re, uti bene
 Faber observat. Manet autem in
 similitudine. Solebant nempe vi-
 ctimas post victoriam offerre
 Diis. Vide *Helioid. Æth. lib. 10.*
 SCHEFFERUS.

(10) *Capacis alvi*] Quod *ba-
 rathrum* aliis. In Anonymi fab.
 21. clamant ranæ: *Nos sepelit
 venter.* PRÆSC. Ita poetica ex-
 aggeratione Virg. 9. *Æneid.* 700.
*dixit reddit specus arvi vulneris
 undam spumantem,* teste Servio.
 Et Silius Italicus Virgilium imi-
 tatus lib. 6. 276. *Tabificam spi-
 rat saniem specus ultima.*

(11) *Premitt*] *Heinsius* pro
 hoc, ut insolentiori, scribit pre-

mat. SCHEFFERUS.

(12) *Magnitudo*] Eleganter,
 tum, ait, cum premit, pericli-
 tari solent principes, propter suam
 magnitudinem. SCHEFF.

(13) *Minuta plebes*] Miræ
 veteres technicos, & Rittersbr-
 fium ipsum existimare in nomi-
 ne *plebes* pro *plebs* esse archai-
 smum, cum certum sit Livium
 nunquam aliter locutum; ut nec
 Salustium, nec ejus imitatorem
 Tacitum. FABER. Petron. *Fragm.*
*Trag. Itaque populus minutus
 laborat.*

(14) *Facili præsidio*] Quia si-
 cile præsidium aliquod invenit.
 Ita *facilis vindicta* Lib. 1. cap. 3.
 SCHEFFERUS.

F A B. VI.

Poeta.

TU qui 1 nasute scripta 2 dstringis mea,
 Et hoc jocosum legere fastidis genus,
 3 Parva libellum 4 sustine patientia,

Seve-

(1) *Nasute*] Ordo: *tu nasute,
 qui dstringis* &c. Itaque non ad-
 verbium est, sed nomen, frustra
Rittershusio ambigente. *Nasutus*,
 qui sagacius aliis se putat homi-
 num errores vitiaque odorari.
 SCHEFFERUS.

(2) *Dstringis*] Recte *N. Heinsius*
dstringis. SCHEFF. V. *Illustr.*
Virum Cuper. Observ. 4. c. 5.

(3) *Parva*] Id est, brevi, ut
 jam docuit *Rigalt.* *Ursinus* cor-
 rigit *parum libellam sustine,* ait
 que

(64)
 Sever
 Et
 Utina
 Pinu
 Nec a
 Fabri

que gen
 dualis. N
 (4)
 jice stati
 minutæ

(5)
 en, in a
 cta, ait
 nec te p
 deat in c
 novo & t
 mone u
 quod vo
 tum *Æs*
 2. *Trist.*
 Et ded

Quæq
 th
 Meursi
 sus & C
 fuerunt.

(6) N
 res scrip
 bi, nec
 idem, a
 Simulac
 tragedia
 ordium
 in transi
 Vide *Fab*

(7) F
 in memor

(64) Severitatem frontis dum placo tuæ,
 5 Et in cothurnis prodit Æsopus novis.
 Utinam 6 nec unquam 7 Pelii nemoris jugo
 Pinus bipenni concidisset Thessala ;
 Nec ad 8 professæ mortis 9 audacem viam
 Fabricasset 10 Argus opere Palladio ratem,

In-

que genus esse locutionis proverbialis. Non placet. SCHEF.

(4) *Sustine*] Tene, non abjice statim fastidio quodam tam minutæ descriptionis. SCHEF.

(5) *Et in cothurnis*] *Meursius*, et, in cothurnis. Fructra. Expecta, ait, non abjice libellum donec te placem, & Æsopus prodeat in cothurnis, id est, donec novo & tragædiæ convenienti sermone utentem cum audias, id quod vocat *novum*, quia inusitatum Æsopo, fabulisque ejus. *Ovid.* 2. *Trist.*

Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis,

Quaque gravis debet verba cothurnus habet. SCHEF.

Meursii conjecturam tamen *Heinius* & *Gudius* recipiendam censuerunt.

(6) *Nec unquam*] Puto veteres scripsisse junctim, sicut *neubi*, *neunde* & similia. Næc hic idem, ac non, ut sæpe apud *Virg.* Simulat autem, se scripturum tragædiam, & joco hoc velut exitium facit, quomodo *Ennius* in translatione *Euripidis Medææ*. Vide *Fabium* 5. *Inst. c. 10.* SCHEF.

(7) *Pelii nemoris*] *Lege Pelii in nemoris jugo.* *Ennius: Utinam*

ne in nemore Pelio. *Catull.* *Quorum post abitum princeps e vertice Pelii.* *HEINSIUS.* *Heinsius: Pelii in nemoris*, quia sic & *Euripides* & *Ennius*: *utinam ne in nemore Pelio*: Optime, nam *Pelei*, parentis nomen est. SCHEF.

(8) *Professæ mortis*] Sic ob certitudinem periculi loquitur, quasi palam testarentur se ambulare ad mortem, qui navigant. *Senec. Med. Professæ produnt odia.* SCHEFFERUS. *Ovid.* 3. *Amor.* 14. *Solaque famosam culpa professæ facit.* Sic apud *Apulej.* *Apollog.* I. legi debet: *Paupertas Philosophiæ vernacula, est frugi, sobria, parvo potens, æmula laudis, adversa divitiis, professæ, habitu securo &c.* cum in vulgaris nullo sensu, legatur *adversum divitiis possessæ.*

(9) *Audacem viam*] Ad imitationem *Ovidii* de *Dædalo*. 2. *Art. Am.* 22. *Audacem pennis reperit ille viam.*

(10) *Argus*] *Naupegus.* Vide *Val. Flacc. Lib. 1.* *Hyginus fab. 14.* *Dux Jason regnavit. Faber Argus Danai filius.* SCHEF.

(10) *Opere Palladio*] Quæ fingitur ipsa dejecisse arbores ad eam necessarias, ut jam *Rittershusius*

11 Inhospitalis 12 prima quæ Ponti sinus

busius docuit ex *Claudianis*. Et consentit *Callistratus* in imagine *Æsculapii*. SCHÆF.

(11) *Inhospitalis*] Proprie, nam olim *Axeinus* appellabatur, qui deinde *Euxinus* est dictus, propter crebra latrocinia: vide *Geogr.* SCHÆF. Proprie, neque sine respectu ad priscam appellationem; quippe olim *ἄξενος* dicebatur. *Pindarus* in *Pythiicis*:

— — — — — Ἐπ' Ἀξείνης [Πόντου]
Στόμα κειπόμενοι ἡλυθόν. —
Lucianus in *Toxari*: Μῆτε προσ-
σηγορίαν [τοῦ Πόντου] κα-
ταδείσαντες, ὅτι Ἀξένος ἐνα-
λείτο, αἶα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν
περιοικούντων. Sed facere non pos-
sum quin & locum alium ex *O-*
vidio afferam; quod equidem fa-
cerem minus, ni mihi persuasum
foret gratificaturum esse me *Na-*
sonis *Manibus*. Quid velim, jam
scies, audi modo. Locus est in
extrema *Elegia* xiii. lib. III. quæ
sane perquam est elegans, & in-
geniosa, si qua ejus scriptoris a-
lia est. Alloquitur autem natalem
suum, rogatque ne ad sese re-
deat, quamdiu in regione *Pon-*
tica morabitur:

Si tamen est aliquid nobis hæc
luce (die natali scil.) pe-
tendum,
In loca ne redeas amplius ista
precor.

Dum me terrarum pars pæne
novissima Ponti
Euxinus falso nomine dictus
habet.

Hæc legunt omnes puerique se-
nesque: hæc probant omnes;
quæ tamen corruptissima esse,
jure videor posse contendere: nam
quid istuc, pars novissima terrarum
Ponti? videlicet in tertio ver-
su legendum:

Dum me terrarum pars pæne no-
vissima, Pontus,
Euxinus falso nomine dictus,
habet.

Non temere ait *Pontum Euxinum*
esse pæne novissimam partem
terrarum: cum veterum quidam,
ut cuius qui vel prima tantum
elementa τῶν γεωγραφικῶν λε-
git, notum est, non longe à
Ponto Euxino *Oceanum Bore-*
lem esse, & mare *Hyrcanum* epe-
sinum existimant. At imperiti,
qui nobis hunc locum corrupere-
runt, credidere, loqui *Ovidium*
de parte novissima *Ponti*, in
quam scilicet relegatus fuerat:
quod ita ineptum ridiculumque
est, ut alium querendum esse
existimem, qui nugatoria illa ca-
pita resellat: nam mihi alio pro-
perandum est. FABER.

(12) *Prima*] *Prima* Deum ma-
gnis canimus freta perovia nautis;
ut orditur epos suum *Val. Flac-*
cus, quod explicat *Gisan. Ind.*
Lucr. voc. prima. *Ovid. Met. lib.*
6. fin.

Vellera cum *Minyis* nitida ra-
diantia villo
Per mare non notum prima pe-
tiro carina.

Idem tamen in descriptione *de-*
lyvi navigiorum, ut rei usitatiss-

Patefecit
Namque
Et regn
Quæ fac
Illic per
Hic cæd
Quid til
Falsoqu

finæ, me
hæc Digre
plum opp
nari postu
Orat. Lib.
Sed pro Poë
quidem pri
tamen prin
hoc est, m
nam galæa
leidam. Hæ
VII. H. N. 5
salonem pr
Istephanus

(13) *Ju-*
venis. Agam-
em jacens
(14) *Id-*
em reg
tando *Virg-*
ilii *Odseus*
ita involat
tas *An. 16.*
mod. *Heins-*
bit apud *N-*
tum apud *A-*
hinc appell
turus evol
tium *Me-*
hanstus.

(15) *E-*
spectu ad

(64) Patefecit, in perniciem Grajūm & Barbarūm.
 Namque & superbi luget Ætæ domus,
 Et regna Pelix scelere Medæe¹³ jacent,
 Quæ sævum ingenium variis¹⁴ involvens modis,
 Illic per artus fratris¹⁵ explicuit fugam, 15
 Hic cæde¹⁶ patris Peliadum¹⁷ infecit manus.
 Quid tibi videtur? Hoc quoque insulsum est, ais,
 Falsoque dictum; longe quia¹⁸ vetustior

Ægea

simæ, meminit. Et Phædrus in hac Digressione Minois exemplum opponit. Quæ sic conciliari possunt verbis Vossii Inst. Orat. Lib. v. cap. 11. sect. 7. *Sed pro Poëta dixerit aliquis, non quidem primam fuisse navem, at tamen primam navem longam, hoc est, ut vulgo loquuntur, primam galæam, galeonem, aut galædam. Hoc nos docet Plin. Lib. VII. H. N. 56. Longa, inquit, nave Julonem primum navigasse, Philostephanus auctor est. PRASC.*

(13) *Jacens*] Everfa scil. Ita Senec. Agam. v. 170. de Troja. *Tran- sili jacens paves Micenas. SCHEE.*

(14) *Involvens modis*] Occulens, tegens; eleganter. Imitando Virgilium qui 6 Æneid.

Obscuris vera involvens - -
ita involutos fraudibus dicit Tacitus An. 16. cap. 32. unde quoque nob. Heinsius pro modis, dolis scribit apud Nostrum. Cum præsertim apud Apollonium πολυκερδής hinc appelletur. SCHEE. Lege, curus evolvens dolis. Sic apud Ovidium Medea: Neve doli cessent. HARNSIUS.

(15) *Explicuit*] Eleganter in respectu ad oppositum *involvens,*

usurpatur in re ardua, ex qua non nisi consilio singulari datur elabi. Cic. pro Pomp. *Siciliam undique circum periculis, celeritate consilii explicavit.* Nempe cum Medea fugeret, insequeretur eam cum Jasone pater Æetes, imminenti ergo, & jam capturo per membra dissecti fratris objecit partes, ut dum singulis colligit, ipsa interea tempus haberet elabendi. Atque hoc est explicare iter per artus fratris. SCHEE.

(16) *Patris*] Forte patria. HARN.

(17) *Infecit*] Dum persuadet ipsis, reddituras ita eum juvenem. Nota est fabula, descripta Ovidio lib. 7. Met. 5. ordo: *infecit manus Peliadum, cæde patris. SCHEFFERUS.*

(18) *Vetustior*] Minos, eorum quos auditu cognovimus antiquissimus, classem comparavit &c. Thucyd. 1, 1, 17. Adde Strabon. lib. X. Aristot. Polit. 2, 10. Pausan. lib. I. Nic. Damascenum in Excerptis ab Valefio editis. Euseb. num. DCCLXV. Cedrenum, Remeccium in Regno Cretensi, Bœclerum in Minoë. Sed quomodo dici potest longe vetustior; si verum putabitur, quod ex

Clidemo scripsit Plutarch. in Theſeo cap. XVII. *Decretum fuiſſe Græcis commune, ne quo navigaret triremis ulla, quæ plus quinque viris caperet, ſed ſolus navis Argus dux circumvohetur Jaſon, ad latrocinia mari ſummovenda. Quum Dædalus autem navigio perſugiſſet Athenas, Minoa qui præter decreta perſequeretur eum longis navibus, in Siciliam tempeſtate ejectum, vita ibi finem feciſſe.* Nimirum ante Trojana tempora vix quidquam eſt in Hiſtoria Græca ſatis certum. FREINS. Sanè vetuſtior quibusdam viſus eſt, ſed qui pote, cum conſiſtet ex Diodoro, Hygino, Apollodoro, aliis, Theſeum una cum Jaſone Colchos eſſe profectum? At idem Theſeus cum eſſet in flore ætatis miſſus eſt in Cretam, aut, ut alii volunt, ultro ivit. Erat autem tertius tributi perſolvendi annus, ut annotavit Plutarchus. Qui ergo fieri poſſit ut ille Minos multo antiquior ſit Argonautis? At tandem, inquires, tandem, Jaſone antiquior eſt Minos. Sanè, inquam, bene: ſed non ille ipſe quem tu rere. Duo namque hujus nominis olim in Creta regnarunt: alter Jovis filius, alter nepos. Ille ſuperior inſignis fama juſtitix fuit, unde & apud Orcum judex eſſe credebatur: alter autem crudele illud & inhumanum tributum Athenienſibus impoſuit, quod diligenter obſervandum fuerat. Erit itaque *ἀντιγόνη* Phædri: (nam hanc moroſi lectoris objectionem ut veram admittit) quam tamen, qui æquus fuerit, ei condona-

verit, ubi didicerit Platonem que duobus locis eundem errorem erraſſe in dialogo, cui Minos nomen eſt. Quin & Plutarchus utrumque confudit, quavis verum inavidiffet. Nam infelarium quorundam meminim. (locus eſt in Theſeo,) qui duci fuiſſe Minoas prædicabant, quibus admonitus, in viam redire debebat. Diodorus autem alterum ab altero rectè diſtinxit pag. cclxxiii. editionis Rodomannianæ. Sed, inquires, idem Diodorus lib. V. aliter ſcribit: ſcitor, ſed ibi rem ex traditione Cretenſium narrat; non autem ex ſuo judicio. Eum legito, ſi vacat; nam tam proluxa *ἱστορία* huc transferre operoſius eſt, & locum oſtendiſſe ſat eſt. Sed ecce tibi aliud non minori cura obſervandum: Argonautas videlicet omnium primos navibus uſos, & primos in Colchicam pertraſſe, falſum eſt. Qui tandem inquires; Æetes Corinthius erat, & in eas oras una cum filia Medea ſeſe contulerat. Teſtis mihi in eam rem eſt Eumelus, hiſtoricus poëta. Eſt autem antiquiſſimus ſcriptor, & Homero æqualis. Nam haud dubie floruit Homerus, quidquid vulgo dicatur, circa tempora Romæ naſcentis. At Eumelus circa nonam Olympiadem (æſt circa tertiam) vixit ex Clemeñte Alexandrino conſtat: unde vix eſt ut ſtare poſſit quod dixit vir doctiſſimus & inſinitæ prope lectionis Voſſius Græcos nullum ſux gentis nominare poſſe qui non quingenta & amplius annis recentior ſit bello

Ægea M
Iultoqu
Quid er
Si 23 ne

Trojano.
locus lect
ri apud S
Oden xii
de ea quæ
diſſerte aſſ
rem opini
indecenter
hanc
males ſer
doct. Qu
rit Jaſonus
lix oſtend
viti cap. i
bes omni
nem. Sch

(19)

maris imp
nihil præ
diligenter
quæ nunc
eniam, cu
dideram r
menſi, qu
a me pop
unas. Qu
tam con
de perſidia
per eam
pulcherrim
Germania
los. SCH

(10)

perna. Ca
bilſimi e
Em eos o
que edere.

Tro-

(64) *Ægea Minos classe* 19 *perdomuit freta,*
Iustoque vindicavit 20 *exemplo* 21 *impetum.* 20
Quid ergo possum facere tibi, lector 22 *Cato,*
Si 23 *nec fabellæ te juvant, nec fabulæ?*

No

Trojano. Eius autem scriptoris locus lectione dignissimus occurrit apud Scholiasten Pindari in Oden XIII. Pythionicarum; unde ea quæ superius dicta à me sunt, dilerte asseruntur. FABER. Saltem opinione vulgi, ex qua non indecenter nasuto illi Noster tribuere hanc sententiam. Alias æquales fere fuere, ut recte *Faber docet*. Quamquam alia ratio fuerit *Jasonis*, alia *Minois*, ut prolixè ostendi *Lib. 1. de Milit. Naval. cap. 1. & Lib. 2. c. 1.* ubi habes omnium horum expositionem. SCHEFFERUS.

(19) *Perdomuit*] Instituto matris imperio, de quo egi nonnihil prædicto opere, agamque diligenter in illius nova editione, quæ nunc est sub manibus. Sic enim, cum ista scriberem, crederam typographo Amstelodamensi, qui ultro editionem istam à me poposcerat, per litteras non minus. Quo justiore habeo causam conquerendi etiam publice de perfidia ipsius, cum præsertim per eam mihi erepta sit occasio pulcherrima edendi ejus operis in Germania jam ante annos plusculos. SCHEFFER.

(20) *Exemplo*] Supplicio, poena. *Cæsar. 1. B. G. Obsides nobilissimi cujusque libertos poscere, & in eos omnia exempla cruciatuque edere. Terent. Eun. 5. sc. 5.*

- - - *furera exempla dicunt in eum indigna.*

Donat. Graves poena, qua possunt cæteris documento esse, exempla dicuntur. SCHEFFER. V. Gellium 6. 14.

(21) *Impetum*] Incursum piratarum intelligit, & id, quod de inhospitali Ponto præcesserat, respicit. Vide *de Mil. Naval.* Scio, alios accipere de injuria, per eandem *Anatogei filii facta Minoi ab Atheniensibus*, atque ita & *Interpres Gallus*. Sed qua ratione *impetus* vocari possit, equidem haud video. Etenim *impetus* hic positus, pro *impetentibus*, sicut *Lib. 1. c. 5. improbitas*, pro *improbis cap. 13. stupor* pro *stupido &c. SCHEFFER. V. C. Pithæi: imperium. Lege, justique vindicavit exemplum imperi*, quasi dicat, acquisivit sibi laudem justî imperii, pro exemplo justî Principis est habitus; sic *vindicare laudem, honorem*, apud *Paterculum sæpe. lib. 2. c. 121. HEINSIUS.*

(22) *Cato*] Proverbialiter, de eo, qui morositate ingenii omnia carpit. Sic usum quoque *Martianum, Rittershusius* ostendit. Puto autem hic ponendum punctum interrogationis, non in versu demum sequenti, ut sit vulgo, SCHEFFERUS. *Lector Cate, V. C. Pith. HEINSIUS.*

(23) *Nec fabella nec fabula*]

Fa-

Limam momordit: Illa contra contumax,
Quid me inquit, ⁶ stulta dente captas lædere,
Omne adsuèvi ferrum quæ corrodere?

eruditissimusque Dn. Gronovius lib. 3. Obs. cap. 24. Quibuscum Faber quoque facit, in Animadversionibus suis, & Gujetus ad Terent. Phor. Act. 4. sc. 4. ubi vide. SCHEFFER. Ita & Voss. de constructione cap. 7. Lege tamen, Si quis spes esset cibi. HEINS.

(6) Me stulta] Ab eadem mente est illud Mart. lib. 13. Quid dentem dente juvabit Roderet? carne opus est, si satur esse velis. Quo retuleris etiam gemitum sagittarum aquilæ, apud Gabriam fab. 27. βαβαί, πτερόν με τὸν πτερωτὸν ὀλλύει. quum deberet fieri, quod Anonymus præsentem fabulam explicans p. 523. occinit: *fortem fortis amat.*

Rem nomine suo dignam facerent, si hæc ad animum referrent, inter litteratos multi. PRAE. Stulta casus est penultimus, & ad viperam refertur, ut supra, si qui stulti nauseant. At captare, est studiose quærere, & captare, ut apud Columellam, captare acquirere, Verba ejus Lib. 8. c. 2. Sed ne hæc tamen cura aliena est agricola; captantis undique voluptates acquirere. Vid. Ovid. 10. Met. 4. 58. ibique Nob. Heinsius notata. SCHEFFERUS.

(7) Omne adsuèvi] Similis plane locus Horatii, -- *fragilis quarens illidere dentem Offendet solido.* SCHOPPIUS.

(66) F A B. VIII.

Vulpes & Hircus.

HOMO ¹ simul ac venit in magnum periculum,
Effugium reperire ² alterius quærit malo.

Quum

(1) Simul ac] Laborat versus, nisi illud, ac, delectas. Simul & hic, ut sæpius, pro simulac. SCHOPPIUS. Non laborabit versus, si venit præsentis hic temporis esse cogitas. FREINS. Heinsius quoque minime neces-

sariam Schoppii correctionem esse notavit, quin & ultima in homo potest produci.

(2) Alterius quærit malo] Periculo alterius, quærit opem, nec curat, i cet ferentem sibi eam opem videat in malum incidere. SCHEFF. (3) Cum

(66) Qu
Et 5 al
Devenit
Simul
Et copi
Descend
Volupta
Immitit
Evafit p
Hircum

(3) Cr
lodunt nim
lopi. PRA
(4) Im
rare subel
ker. ad H
cier. Pare
cap. 4.
(5) A
HEINSIUS.
(6) Cl
tur propter
nus pollet
uatione. Pa

Ecce ma
obico
(7) M
flumine, i
tura nem
propria put
tur fontes.
plano. V
Lib. 9. cap
claves ad p
ferentiam d

(8) Nis

3 Quum decidisset vulpis in puteum 4 infcia,
 Et 5 altiore 6 clauderetur 7 margine;
 Devenit hircus sitiens in eundem locum,
 Simul rogavit, esset an dulcis liquor, 5
 Et copiosus? Illa fraudem moliens;
 Descende, amice, tanta bonitas est aquæ,
 Voluptas ut satiari non possit mea.
 Immisit se barbatus. Tum vulpecula 10
 Evasit puteo, 8 nixa celsis cornibus,
 Hircumque 9 clauso liquit 10 hærentem 11 vado.

FAB.

(3) *Cum decidisset*] Non ab-
 ludant nimis fab. 4. & 284. Æ-
 sepi. PRASCHIUS.

(4) *Infcia*] Id est, cum igno-
 raret subesse puteum. V. Munc-
 ier. ad Hygin. fab. 100. & Pin-
 cier. Parerg. Or. Marpurg. I.
 cap. 4.

(5) *Altiore*] Malo altiori.
 HENSIUS.

(6) *Clauderetur*] Cohibere-
 tur propter altitudinem quo mi-
 nus posset egredi. *Virgiliana* imi-
 tatione. *Poeta sic in 10. Æn.*

*Ece maris magno claudit nos
 obice Pontus.* SCHEF.

(7) *Margine*] Quod ripa in
 flumine, id margo in puteo, stru-
 ctura nempe ea, qua includitur,
 propria puteorum, qua destituun-
 tur fontes, fluentes scilicet in
 plano. Vide *Palladium. Plin.*
*Lib. 9. cap. 97. Gadibus fons in-
 clusus ad putei modum. Habes dif-
 ferentiam & inclusionem.* SCHEF.

(8) *Nixa celsis cornibus*] Hir-

ci. Ergo *nixa est innixa. Cicero
 de Har. Resp. Vix innixa in o-
 mnium nostrorum humeris coha-
 rebunt.* Et sic plane censeo le-
 gendum: prima syllaba in *innixa*
 propter similitudinem sequentis
 extrita vel omissa est a librario.
 SCHEFFER.

(9) *Clauso*] Propter clausum
 vadum egredi non valentem.
 SCHEFFER.

(10) *Hærentem*] Eleganter, in
 respectu ad difficultatem elaben-
 di, ac incertitudinem consilii in
 malo præsentissimo. *Cic. Acad.*
 1. *Hærebat nebulo, quo se verteret,
 non habebat.* SCHEFFER.

(11) *Vado*] *Vadum* Poëtis
 quivis locus æquoris aut flumi-
 nis. *Silius Italicus, lib. 2. Cæ-
 raleo provelta vado jam Dardana
 puppis.* Phædro vero etiam pla-
 cuit, vadum agnoscere in puteo.
*Barth. ad Claud. Epith. Honor. &
 Mar. ψ. 142.*

(1) Pro-

(67) F A B. IX.

De Vitiis Hominum.

PERAS imposuit Jupiter nobis duas:
 1 Propriis repletam vitiis post tergum dedit,
 Alienis ante pectus suspendit 2 gravem.
 3 Hac re videre nostra mala non possumus;
 Alii simul delinquent, censores fumus.

FAB.

(1) *Propriis repletam vitiis*]
 Elegantissime Horatius Satyr. I, 3.

- - - egomet mi ignosco, Mævius inquit.

Stultus & improbus hic amor est,
 dignusque notari.

Cum tua pervideas oculis mala
 lippus inuentis,

Cur in amicorum vitiis tam cernis
 acutum? &c. FREINS.

(2) *Gravem*] *Gravatam*, vel
 ut ante, *repletam*. Cætera dixit &
 Suet. in Cajo 32. *manibus abscis-*
sis, atque ante pectus e collo pen-
dentibus circumducebatur. SCHEFF.

(3) *Hac re*] Pro hac ex re,
 sicut dicimus, *qua re*, pro qua
 ex re, ut est plene apud Cornel.
 Nep. in Datam. cap. 2. *qua ex re*
majoribus copiis præesse caperat:

qua ex re, est *qua re*, vel con-
 junctim, *quare*. Ita hac re, &
 ea re. Ut rursum Cornel. vita Mil.
 cap. 4. *Vidit hostes eadem re facti*

tardiores. Curt. c. 9. *Ea re parati*

Artabazo. Mutant hoc, sed ab-
 que ratione. Possit quoque plene,
qua de re, interpretari. Nam

& sic Cornelius in Alcibiade cap.
 4. *qua de re*, ei cum nuntius

missus esset, non parere valuit.

Sic enim accipiendum distinguen-
 dumque locum illum arbitra-

mur, ut qua de re, sit, quare,
quamobrem. SCHEFFERUS. Vid.

Giphan. Indic. Lucret. in hac re,
 & his rebus. Et Gronov. ad Gell.

4. i. Supr. i. fab. 13. *Hac re*
probat, quantum ingenium col-
let.

L Ucc
 1 Ip
 4 Onuf
 Repent
 Maloru
 Mihiqu

(1) Ip
 nit autem
 figura. Sc

(2) Ca
 Ca. i. de i
 possunt, fa

pilant, sp

(3) Su
 greis quoe

Sic Cicero

rit homin

nam nate

na curru

de expon

Hanc hom

Philacta

Ita legitur

epus, uti

tionem sciol

(4) On
 ribus, q
 cap. 4. ob
 Keuchenius

(5) Va
 ris] H. e.
 mo habuiss

(1) Ipsum.

(68) F A B. X.

Fur Aram compilans.

L Ucernam fur accendit ex ara Jovis,
 1 Ipfumque 2 compilavit ad lumen 3 fuum;
 4 Onuftus qui facrilégio quum difcederet,
 Repente 5 vocem fancta mifit religio;
 Malorum quamvis 6 ifta fuerint munera,
 Mihique invifa, ut non offendar fubripi;

Ta-

(1) *Ipfumque*] *Jovem*; ponit autem pro ipfius fano; nota figura. SCHEFFERUS.

(2) *Compilavit*] *Exspoliavit*. Cic. 1. de N. D: alii omnia, quae poffunt, fana compilant, h. e. expilant, fpoliant. SCHEFFER.

(3) *Suum*] *Proprium* ipfius Jovis quod ab eo fur acceperat. Sic Cicero de Har. refp. Sua concio rifti hominem. Curtius 3. cap. 1. fuaam naturam plerumque fortuna corrumpit, vulgo haec non recte exponunt. Lactant. 1. cap. 9. Hanc homines Deum putant, fed Philoftra fuis haeres non putavit. Ita legitur in optimo MS. non ejus, uti eft in editis ex emendatione fciolorum. SCHEF.

(4) *Onuftus*] *Ira* folent de futuris, quod ad lib. 1. Frontini cap. 4. obfervavit eruditiffimus Kenchenius. SCHEF.

(5) *Vocem fancta mifit Religio*] H. e. Deus. Videtur in animo habuiffe illud Virgilii l. 3. Aen. - - namque omnem curfum

mihî proftera dixit

Religio. Quamquam ibi religio fignificare videtur illud potius; quod exquirendarum rerum futurarum gratia ex praefcripto religionis adhibetur, ut facrificium, & id genus; *mifit*, eft *emifit*, ut *sup. 3. c. 19.* SCHEF. V. C. Pith. *Sanctam*. HELINSIUS. *Vocem mittere*; eft loqui. Lucan. Panegyrt. *Defenfura reos vocem facundia mittit*. Cicero pro Cael. 22. *An aliquam vocem putatis ipfam pro fe cauffam, & veritatem poffe mittere*. Et fic apud Valer. Max. 3. 2. 23. *Quoniam excellenti virtute dubium reliquifti inter undasne pugnam fortiozem edideris, an in terra vocem miferis*; Quod merito Vorftio placet, praerulgato *emiferis*.

(6) *Ifta*] *Quae* tu abftulifti nunc furto; *munera* vocat *donaria*, quae vulgo dari Diis, & in templis eorum fufpendi folebant. *Dona templorum dixit Tacit. 5. A. cap. 6.* SCHEF.

P

(7) *Scet*

Tamen, 7 sceleste, spiritu culpam lues,
 8 Olim quum 9 adscriptus venerit pœnæ dies.
 Sed ne ignis noster facinori præluceat,
 Per quem 10 verendos excolit pietas Deos,
 Veto esse tale 11 luminis 12 commercium.
 13 Ita hodie nec 14 lucernam de flamma Deum,
 Nec de lucerna fas est accendi 15 sacrum.

Quot

(7) Sceleste] Mallet N. Heinsius, scelesto, ut sup. miserum spiritum dixit. SCHEE.

(8) Olim] Potuit studiosis invidiari, olim eleganter de futuro dictum, ut Horat. Non si male nunc, & olim sic erit. q. d. etiam si nunc male sit, tamen non semper in futurum male erit. Hic quoque infra: Olim sentio debilem Frustra adjuvare bonitas nitetur tua. SCHOPPIUS.

(9) Adscriptus pœna dies] Fatalis, decretorius. κυρία ημέρα, dictum fatorum tempus, ut mox appellabit. PRASCHIUS. Scriptura Fatis, definitus; vide, quæ notavi olim ad invidiosissimum Pacati Panegy. cap. 18. ibi enim causa, quare scriptus, seu adscriptus dicatur. SCHEE.

(10) Verendos excolit Pietas Deos] V. C. Pith. colendos. Forte colendos extulit. HEINS.

(11) Luminis] Lege luminis. HEINSIUS.

(12) Commercium] Usus; vult, vetasse Deum, accendi in posterum lumen de igne sacro, sicut fur fecerat, & contra, de lumine ignem sacrum. Sic apud Ovidium, lingua commercia usurpantur, 5. Trist. el. 8. apud Vel-

lejum l. 2. c. 65. commercia epistolarum. SCHEE.

(13) Itaque] Malim, Ita habet. FREINSHEMIUS.

(14) Lucernam de flamma Deum] Mos antiquissimus is quidem. De tempore Justiniani Procopius lib. I. Vandalic. templum Cypriani apud Carthaginem describens: οἱ μὲν ἐν τῶν Ἀρμενῶν ἱερῶς τὸ τε ἱερόν ἐνάθησαν ἅπαν, καὶ τὰ λύχνα ἐν παρασκευῇ ποιῶσάμενοι. Et superius &c. lib. de exploratoribus Marcorum: τὰ τε γὰρ ἱερὰ ἐνάθησαν, τήντε κόπρον καὶ εἰ τῆδελο ἔχ' ὀπίως ἐπεκεῖτο, ζῶντα μελεῖα πολλὰ ἀφελόμενοι τὰ τε λύχνα ἕκασταν ἅπαντα. Marcellin. 22, 31. accensis certa ex usu. FREINS. Petron. Hælofi Trojæ. Ab aris aliis accendit faces. HEINS.

(15) Sacrum] Sacrificium, victimam. Scilicet non ex culina, sed cælo petebant ignem, quo in hoc negotio utebantur. Serv. ad 12. En. Apud majores ara non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebant altaria. Vide Stacium de Sacrif. pag. m. 102. SCHEFFERUS.

(16) Ex-

(68) Quot
 Non 16
 Significa
 Tibi 19
 Secundo
 Fatoru
 Novissim

(16) Ex
 versus ad P
 latus est in
 men verum
 sacrum ver
 interpretem
 ra loqui; u
 lgi non po
 prudentib
 Non necesse
 eam ipse, o
 ductus su
 Freinsheimius
 SCHEFFERUS
 HEINSIUS.

(17) Qui
 intelligit. U
 num fabula
 Phædrum. S
 (18) Alia
 voces promo
 lora vestim
 licet ab eim
 (19) In
 13. ubi vide

(20) Con
 stites. SCH
 e. de Ling.
 Phædrum
 et, inimici
 (21) Sce
 le, quæ nu
 tifici Pagan

Quot res contineat hoc argumentum utiles,
 Non ¹⁶ explicabit alius, quam ¹⁷ qui repperit. **15**
 Significat primo, sæpe, quos ipse ¹⁸ alueris,
 Tibi ¹⁹ inveniri maxime ²⁰ contrarios.
 Secundo ostendit, ²¹ scelera non ira Deum,
 Fatorum dicto sed puniri tempore.
 Novissime ²³ interdicit, ne cum malefico **20**
 Quot **Usum**

rcia qui
 Ita ho
 flamma
 is qui
 ani Pro
 emplum
 nem de
 A pecc
 mabunt
 v pupu
 superius
 us Mau
 evādy
 Et tū
 Et dū
 vci. tū
 pcora.
 is cerea
 on. Ha
 us accen
 ificium,
 x culina,
 n, quo
 tr. Serv.
 ores ut
 gnam dū
 ont, qui
 vide Stac
 m. 101.
 16) Ex

(16) *Explicabit*] Hic quoque
 versus ad Phadri ambitionem re
 latus est in Indice. Alioquin ta
 men verum est ipsum quemque
 factorum verborum optimum esse
 interpretem. Attamen vitium est,
 ita loqui; ut quod sentias intel
 ligi non possit etiam ab eruditis
 et prudentibus. FREINSHEMIUS.
 Non necesse erit, ut explicet alius,
 cum ipse, qui excogitavi, nunc
 loquor sum. Aliter exponit
 Freinshemius, sed non persuadet.
 SCHEFFERUS. Forte *explicaris*.
 HANSIUS.

(17) *Qui repperit*] Se ipsum
 intelligit. Unde discimus, pri
 mum fabulæ hujus auctorem esse
 Phadrum. SCHEFFER.

(18) *Alueris*] Foveris, ad ho
 mores promoveris. Cic. Att. 7. 5.
 bene resistimus ei, quem per annos
 bene aluimus. SCHEFF.

(19) *Inveniri*] Ita sup. 1. c.
 17. ubi vide not. SCHEFF.

(20) *Contrarios*] Adversarios,
 hostes. SCHEFFER. Sic Varr. lib.
 4. de Ling. Latin. *Quod fulmine*
alio Phacibon contrarius Diis, id
est, inimicis, infestis.

(21) *Scelera non ira &c.*] Sup
 ple, quæ nulla est: nam Deum
 scilicet Pagani negabant. Locum

unicum afferam ex Cic. Off. 3.
Num iratiam timeamus Jovem? &c.
 Nobis vero Christianis Dei in
 contumaces iram, h. e. puniendi
 voluntatem, passim describunt
 sacra folia: Exod. 15, 7. Num.
 14, 18. Ezech. 7, 19. Joan. 3, 36.
 Rom. 2. 8. & 3, 6. Est enim ira
 in Deo effectus, qui in homine
 ab ejusmodi affectu gignitur. Et
 huc pertinet Lactantii liber de Ira
 Dei. PRASC.

(22) *Fatorum dicto tempore*] **15**
 Ita sc. quod ex superioribus repe
 tendum. Per *Fata* puto *Parca* in
 telligere, & opponere Diis, quos
 hic excellentiori significato solos
 superos appellat; vide simile quid
 infr. 5. 7. 5. SCHEFF. Proprie,
Dicto. Sic infra: *Rediit hora di
 cta*, id est, *constituta*. Terent.
 Andr. *Hic nuptiis dictus est dies*.
 Sic Cæsar 1. de bell. Gall. *Omni
 bus rebus ad profectiorem compa
 raris diem dicunt, quæ die ad vi
 pam Rhodani omnes conveniant*.
 SCHOPPIUS.

(23) *Interdicit*] Absolute. Sic
 Terent. Hec. 4. sc. 1. *Interdico,*
*ne extulisse extra aedes puerum us
 quam velis*, hoc est, *prohibeo*.
 SCHEFFERUS.

24 Usū bonus confociet ullius rei.

(24) *Usū bonus confociet*] Quippe, ut feliciter ille extulit, τὸν συνόντα πάντοτε ἀνθρώποις πονηροῖς, ἢ παθεῖν, ἢ μαθεῖν ἀνάγκη τι πονηρόν. PRASCHIUS.

Cic. lib. 3. de Fin. Nec vero rectum, cum amicis aut bene meritis confociare aut conjungere injuriam. SCHEFFERUS.

(69) F A B. XI.

1 *Malas esse Divitias.*

2 *O*pes invisæ merito sunt forti viro,

Quia

(1) *Malas esse divitias*] Et hoc & reliqua harum fabularum lemmata (excepto lemmate fab. 60. quod ad præcedentem versum spectat) non a Phædri manu esse, nemo abnuet, qui ponderabit tit. fab. 3. 6. 25. 32. 47. 48. 65. 72. 85. 87. 88. 89. Hos & computes partim esse mancos, partim ἀπροσδιόνους, denique ex primo aut proximo versu temere inspecto natos, ipsa res, opinor, indicat Quo magis minor, adjudicatos Phædro a doctissimo Meursio, ut ex notatis ad hanc fabulam constat. Sed etiam si Phædri esset hoc lemma, tamen primus ille hoc non diceret. Vid. Not. Rittersh. ad h. l. Plinius aurum ait præcissum convitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ reperiunt, Hist. Nat. 33. 1. Cæterum esse rem bonam in genere naturæ, addubitate nemo sanus potest, qui videat, tot quotidie homines, tot civitates,

instrumento hoc servari. τὸ ἄριμα ὄργανον πρὸς ζωὴν ἐστίν, estatum est Philosphi. Unde Hebræorum voce commoditatem significat opes: sicut Latinis bona dicuntur, quod beam, id est, profunt. L. 49. D. V. S. & beati divites. Quid igitur? schema est, communi loquendi consuetudine receptum: sicut ferrum noxium dicimus, quod haud per se nocet, verum ab hominibus ad hominum perniciem confertur. PRASC.

(2) *Opes invisæ*] Non recte philosopharis, Phædre. Odisse opes, non est viri fortis: immo non cadit hic adfectus in eum, cujus omnis virtus consistit in æquanimitate patientia, & generoso contentu. At sapienti viro dicere fortasse voluisti. Sed neque sic evadis. Nunquam oderit vir sapiens divitias, quippe quas se sine culpa & crimine se admittere posse. Hoc tantum faciet. Si obtulit Honesti respectus, con-

(69) temere dic, soddentur tErras pro quo malveram vo fuit, se tuncur. errorem

ciam, H non dicit divitem c dere debi

Malas esse Sed sane l sandri dic ex Stratey dobitatur belles esse

Et volupta magis mō Agelilai Plutarchi V. Equitit Epistolum que injuriam equum vix tunc subibi considerant sunt. Me

Scipionis videtur A lib. XXI. pianus Pu lites post pericula nam perdo

Horat. Ep nondas av rions mul quadam qu de, inquis de, tibi qu vitam exi

temere

remnere se illa posse ostendet. Et dic, sodes, bona fide. Itane videntur tibi *opes invisæ merito?* Erras profecto; ut & in lemma, quo *malus* esse contendis. Audi veram vocem. Non divitiarum malæ sunt, sed mali qui illis male utuntur. Præterea, ut porrò tibi errorem tuum manifestum faciam, Hercules ille in tua fabella non dicit odisse se divitias, sed divitem corruptorem. Hoc attendere debueras, & lemma facere: *Malus esse corruptelas.* MEURSIUS. Sed sane Phædrum defendit Onofandri dictum relatum a *Rigaltio*, et *Strateg.* cap. I. Neque etiam dubitatur, dices ut plurimum imbelles esse. *Quanto pecunia dices, & voluptatibus, opulentos, tanto magis imbelles.* Tacit. 3. 46, 4. Hinc Agesiæ Stratagema narratur in *Plutarchi Apophth.* Laçon. cap. V. *Equitibus cum destitueretur, Epheum reversus est, opulentisque innoxii, ut pro se quisque equum virumque præberet, ea ratione subito equi equitesque idonei nimidorum divitumque loco collecti sunt.* Melius hoc explicat *Livius*, Scipionis factum referens, qui videtur Agesiæ imitatus, pr. lib. XXIX. Meminit etiam *Appianus Punicis.* Sed & strenui milites post opes quæritas abnuunt pericula. *Ibi ea quo vis, qui Romanam perdidit, inquit ille apud Horat.* Epist. 2, 2. Hinc *Epaminondas armigerum suum comperturus multum pecunia accepisse a quodam qui captus fuerat.* *Proinde, inquit, scutum tu mihi redde, tibi que cauponam eme, in qua vitam exigas.* Dives enim unus

beatorum factus, non vales adhuc pericula adire. *Plutarch. Apophth. cap. C.* Propter lemmata vero frustra Phædrum accusari reor. Nam illum ea quidem adscripsisse non existimo: quum tam male quærent fabulis. ut f. XXXIII. *Annus diligens juvenem:* quum dilectam potius quam diligentem inducat fabula: *Virum autem ætatis mediæ:* non vero juvenem. Inspice etiam inscriptionem fab. LXV. LXXXV. & alias, unde nec ullam inscriptionum istarum rationem habendam censui. Reliquam accusationem Phædri dispinget nota ad 70, 5. FREINS. Quæ hic *Meursius* disputat contra philosophiam Nostri, profus aliena sunt, nec scribi a tanto viro debuerunt. SCHEFFERUS. *Sallust. Or. 1. de Rep. Omnes vitiores divitias contempserunt, & vitii cupiverunt.* Ergone, inquires, opes invisæ merito, aut contemptu dignæ? Primum dico, quod contemnere vel odisse sæpe est, non nimium sectari; ut opponatur avaritia. Qui vero ad hunc modum ipse se vincit, cupiditatesque suas refrenat, ac paupertatem sustinet patientia, cur viri fortis titulo sit fraudandus, rursus non assequor. Deinde meminisse debemus, opes simpliciter non esse contemnendas: sunt enim inter illas *δόσεις αγαθῆς*, quas *Apostolus* *Jacobus ait, καταλείπειν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν Φάτων*, Ep. 1, 17. Sed comparatione instituta inter bona ista quæ *τίμια* vocat *Stagirita* (in quibus Christianis maxime sunt cœlestia) possunt ac debent

Quia 3 dives arca veram laudem intercipit.
 4 Cælo receptus propter virtutem Hercules,
 Quum 5 gratulantes perſalutaſſet Deos.
 Veniente 6 Pluto, qui 7 fortunæ eſt filius,

Avertit

quodammodo contemni, ὁ γὰρ πλοῦτος, ὄντων, ὅτι ἔ τὸ ζήτῳμενον ἀγαθόν. Quo modo multa Patrum Ecclesiasticorum dicta dextre explicare licet. PRÆS.

(3) *Dives arca*] Eleganter arca, propter sequens intercipit, velut excipula insidias struens laudi alienæ. Habebant alias in arcis pecuniam ac fere in foro. *Juvenal. Sat. 10. Prima fere vota, crescant ut opes, ut maxima toto nostra sit arca foro.* Adde ibi Scholiasten veterem. Hinc illud: *Quantum quisque sua nummorum possidet arca. Cicero Parad. Animus hominis dives, non arca appellari solet. Catullus epist. 21. Cui neque servus est, neque arca. SCHEFFERUS.*

(4) *Cælo receptus*] Et hanc fab. executus est Æsopus fab 194. PRÆSCHIIUS.

(5) *Gratulantes*] Ipsi novos istos honores; *perſalutare*, est salutationem omnium finire, sicut *perorare* dicimus, & *perſanare*, & id genus. SCHEFF.

(6) *Pluto*] *Plutone* V. C. Pit. HEINSIUS.

(7) *Fortunæ eſt filius*] Aliter tamen ἐγενεαλόγησεν Hesiodus, qui Plutum, Ceresis filium fecit: & recte ille quidem. Nam, ut iis, qui Græce penitissime sciunt, notum est, prisca temporibus πλοῦτος fruges & alia ad

annonam ac penum pertinentia, significabat. Quod hoc loco probarem, nisi id V. Cl. Daniel Heinsius in notis ad Hesiodum ostendisset. Quem locum si legeris, e re tua feceris. Ergo, dicitur Schoppius aliquis, erravit Phædrus. Hem! bona verba, nam & Hesiodum, ut omnes in Græcia pueri, legerat; & rem πλοῦτος τὰ ἡθικὰ referre maluit. Quid enim? an non verum est, κατὰ γὰρ τὰς ἡθικὰς, Plutum, id est τὸ χρήματι esse à Fortuna? Ad dam amplius, Non omnes veteres hac in re secutos esse Hesiodi auctoritatem. En tibi hominem, qui & simulacrum Plu in sinu & manibus Fortunæ vidit olim, quique præterea rationem addit cur illum Fortunæ filium esse nonnulli censerent, is est, Pausanias ἐν Βοιωτικῆς pag cccxiv. edit. Wecheliana. Καὶ πλοῦτον Τύχης ἐστὶν ἑρμῶ. Φέρει μὲν δὴ Πλοῦτον παῖδα. Deinde rationem subdit: σοφῶν μὲν δὴ καὶ τούτοις τὸ βέλτερον, εἰθεῖναι Πλοῦτον εἰς τὰς χεῖρας, ἅτε μητρὶ ἢ προφῶτι Τύχῃ. FABER. Ex quorundam non omnium mente. Vide Pausan. in Bœoticis, quem locum opportune Faber notat. Quamquam hoc jam olim quoque obleraverit Gyraldus. SCHEFF.

(8) Can-

Avertit
Odi,
Simul

Duplici
dici pot
ipsum e
hibetur
enim θ
quorum
nera, e
in Aur.
quæ d
(quæ t
Pœtis,
Dorum
tiffimos
rius;
humani
15, 21.
Guevar

(9)

UT

(1)

sincere
fuerit,
obliquo
in usu.
Placere
quere,
gio ad

Avertit oculos. ⁸ Causam quaesivit pater.
 Odi, inquit, illum, quia malis ⁹ amicus est,
 Simulque ¹⁰ objecto cuncta corrumpit lucro.

(8) *Causam quaesivit pater*]

Duplici ratione Hercules pater dici potest Jupiter: primo, quia ipsum ex Alcmena procreasse perhibetur: dein, quia heros. Hi enim θεῶν παῖδες usurpantur, quorum nomen, naturam, genera, cultum explanat Hierocles in Aur. Pyth. ad illud ἐπειθ' ἡρώων ἀγαυός. Jovis etiam filios (quae tertia potest esse ratio) a Poëta, quos ipsos Plato *filios Deorum* vocat, appellari praestantissimos virtute, prudentia, viribus; Neptuni, alienos ab omni humanitate, observavit Gellius 15, 21. Vide etiam Antonium de Gaevara Epist. P. 2. p. 16. PRAS.

(9) *Amicus est*] Active scilicet,

amans eos. Cic. 1. ep. 8. Pompejum tibi, valde amicum esse cognovi. Vide Luciani Timonem. SCHEFFERUS.

(10) *Objecto*] Eleganter, velut esca volucris obijcitur, quae capiuntur: corrumpit omnia, inquit, dum pecunias & lucrum monstrat. Active namque hoc intelligo, ut in illo Tacit. 4. An. 60. Drusium traxit in partes, spe objecta principis loci. Aliter Cic. 1. ad Brut. Splendore falsi honoris objecto aciem boni ingenii perstringunt. At hoc velle Nostri non existimo. SCHEFFER. Forte legendum, simul cum objecto &c. HEINSIUS.

(70) F A B. XII.

Leo regnans.

UTILIUS homini nihil est, quam recte loqui;
 Probanda cunctis est quidem sententia,

Sed

(1) *Recte loqui*] H. e. aperte, sincere, ideo enim sequitur de sinceritate. Oppositum hujus est, oblique loqui, quod est passim in usu. Sed & recte sic usurpavit Plautus Amph. 3. sc. 3. Recte loquere, & Capriv. 5. sc. 2. ubi Hecio ad servum.

Si eris verax, tua ex re facies,
 ex mala melius sculam.
 Recta & vera loquere. Sed neque vere, neque recte adhuc fecisti unquam. - SCHEFF.

(2) *Probanda*] Lege, probata cunctis haec quidem sententia. HEINSIUS.

P 4

(3) Ad

Sed ad 3 perniciem solet agi sinceritas.

Quum se ferarum Regem fecisset leo,
Et æquitatis vellet famam consequi,
A pristina deflexit consuetudine,
4 Atque inter illas tenui contentus cibo,
Sancta incorrupta 5 jura reddebat fide:

(3) *Ad perniciem solet agi*] Adduci, trahi, solet in exitium præcipitari. Quomodo Livius: *Captas mentes velut furialibus stimulis, ad omne scelus & omnem libidinem agerent.* SCHEFF.

(4) *Atque inter*] Lege, utque. HEINSIUS.

(5) *Jura reddebat*] Curtius 8. 4. 9. *Rex cum capillum pectit atque ornat, tunc jura popularibus reddis.* Sic vulgo omnes. Deest autem reliquum hujus fabulæ

cum nonnullis aliis, & initio sequentium, quod quia erat spurcum, pium lectorem (monachum fortasse) commovit, ut totam paginam hic erueret. Ita non modo spurca illa, sed & cætera, una cum fine hujus fabulæ perierunt. Quin enim una alterave integra fabula hic desideretur, dubitare nequeo. Quale quid & locis aliis accidisse videtur. SCHEFFERUS.

F A B. XIII.

Postquam 6 lavare cœpit 7 pœnitentia
8 Affictione veretri 9 linguam mulicris,

(6) *Lavare*] Coniicit *labare*, Rittershusius. Ego refero ad sequens linguam. Gronovius firmat priorem sententiam: sic autem ait: *lego, Post hæc, vel, Postea labare cœpit pœnitentia i. e. mutato animo deficere a proposito.* Ut Cic. 8 Att. 22. *Scito labare illud meum consilium, quod jam satis fixum videbatur.* Quid. 5. Met. *ex nimia mentem pietate labare sensit.* SCHEFFER.

(7) *Pœnitentia*] Lege, *penitentio.* HEINSIUS.

(8) *Affictione*] Quid sit notum est; illud videlicet quod apud Suetonium dicitur, *illudque capiti matronarum.* Mulier autem τούτο πασχούσα dicebatur *ore morigerari*, apud eundem in Tiberio, ubi Atalanta & Meleagro. Sed si plura addam, te violem, ô Pudor, quod nolim. FABER. Veteres: *A fitione.* Non inquito curiose, quid sit rectius, nam hæc ignorare adeo non est in vitio, ut mereatur laudem. Faber ita scribit: *Hoc quid sit, notum, il-*

Ad-

(1) R
conjugi cu
cum prod
tam in
unde orta
ces libidini
ate mem
scilicet ill
eundem a
grem nef
tous illiq
satisfacere
laiffe. Nif
tum, pro

(2) Tr
ad L. 3. C.
etis mem
70. Post
pous maxi
πῆξυ. De
facio Divi
vnum ded
Qui Phæd
puræ sunt
romine ge
Etrusca &
sua. Dict
qua Græci
tatione. V

24 Noli molestus esse 25 omnino literis,
Majorem exhibeant ne tibi molestiam.

Hoc illis dictum est, si qui 26 stulti nauseant, 25

Fabellas dicit, puto, quas ipse tractat; *fabulas* ex diverso, quas Poëtæ majorum, ut sic loquar, Gentium; velut Ovidius in suo Cyclo. Differunt, quod hæc splendidiore, humiliore illa. Fere ut trægedia differt à comœdia: it. quod illæ prorsus finguntur, verisimiliter tamen. Inde finiuntur, λόγος ψευδῆς εἰκονίζων ἀληθειαν, id est, oratio ficta, verisimili dispositione imaginem exhibens veritatis. Hæc plerumque veris intexta habent falsa & incredibilia. Palæphatus: γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπιστότερον καὶ θαυμασιώτερον τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοῦ ἀνθρώπου. Quod etiam tot exemplis monstrat. Lege, sodes, Lactant. 1, 11. Et hæc discrimina, si animum attendas, subministrat ipse Phædrus. Aliter tamen Vossius Inst. Or. 4, 11, 4. PRASCH. Nec minora scripta; qualia fabulæ *Æsopiæ*, nec majora, qualia *Trægedia*, seu Tragica argumenta, quorum specimen nunc proposui. Sic exposueram hæc, cum video *Fabrum* ad eundem fere modum: nec apologi, ait, nec argumenta ex historia fabulari petita. SCHEFF.

(24) Noli molestus esse.] Minatur adversariis, more Poëtarum proprio. Junge fab. sublequentem. Sic Horatii in Cassium Severum comminationes extant Epod. 6. Terentii in Lavinium,

prologis fabular. Catulli in Asinium, non longe a principio. Virgilium Nolanis propter injuriam acceptam (de qua in Nolan urbem extat lusus Sanazarri Epigr. lib. 2.) non minatum esse modo, sed quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo ipsos derassisse, auctor est Gell. 7, 20. Quod tamen refellit Jov. Pontan. in Actio. Adde Platonem in Minoe. Inde magnis Principibus ac Civitatibus inter arcana, Poëtæ in oculis ferre. Exempla congerit P. Mexia Var. Lect. 3, 9. PRASCHIIUS.

(25) Omnino] Defatigando & vexando ingenium tuum morosum, dum nil afferunt, nisi quod tibi displiceat. Alii aliter exponunt, & de vindicta accipiunt, qua Poëtæ uti adversus inimicos suos consueverunt. Sed alterum purò magis velle Nostrium; saltem quoad speciem externam. SCHEFFERUS.

(26) Stulti] Pro, si qui nauseant, non quod subit causa, sed quia ipsi stulti sunt, & rem non intelligunt. Ursinus, qui stultitiam; nempe veteres editiones habebant, Si qui stultitiam. Sed mihi hæc correctio non placet, mallem cum Rittershusio: qui stultitia nauseant. SCHEFFERUS. Lege, si qui stulte has nauseant, scilicet literas, vel si qui hic stulte nauseant. HEINSIUS.

(27) Cæ-

(65)
Et, ut

(27)
cunt ca
na ipsu

MC
H
In
Hæc

(1)
hic affat
Æsopa
Contet F
Schoppius
men prov
in Scalig
liter, inc
errupa
corior,
cads, & q
fere ut a
lodicere
affecta &
partimeca

(2) In
Dixi alibi

(3) H
bac, qui
para, Scr

(4) T
Solute. fr
Roma cor

SCHEFFER
(5) R

(64) Et, ut putentur sapere, ²⁷ cœlum vituperant.

(27) *Cœlum*] Deo ipsi faciunt convicium, ac imprudentiæ ipsum accusant. *Proverb.* ut ex *Suida & Zenodoro* docuit *Ritshius*. SCHEFFERUS.

(65) F A B. VII.

Vipera & Lima.

Mordaciorem qui ² improbo dente adpetit;
Hoc argumento se describi sentiat.

In officinam fabri venit vipera,

³ Hæc quum ⁴ tentaret, ⁵ si qua res esset cibi,

Li-

(1) *Mordaciorem*] Dissidet hinc affabulationi, ut persæpe, *Æsopæ* fab. 187. PRASCHIUS. Conter Horatii *Satyrar.* 1, 7. Sic Schoppius ad maledicendi certamen provocat amicos Scaligeri, in Scalig. *Hypobol.* pag. 359. Sciunt, inquit, qui te ipsum *μήτρον ἰσόγοιο* non modo nihil curor, sed in tuis etiam castris cibus, & quod vix videbatur natura ferre ut accidere posses, bene maledicere doceo, is alicujus credo *ἄσπεκτα* & *subverdoris* tui maledicta portenseam &c. FREINSEMI.

(2) *Improbo*] Sævo, violento. Dixi alibi. SCHEFFER.

(3) *Hæc cum*] Non placet hæc, quia proxime præcessit *vipera*, Scribo: *heic* &c. SCHEFF.

(4) *Tentaret*] Quereret, absoluit. *Juvenal. sat.* 7. *Cum Poeta Lima conducere furnos tentarent.* SCHEFFERUS.

(5) *Res esset cibi*] Id est Ci-

bus, *χρῆμα τροφῆς*. Nil Græce crebrius, præsertim apud Atticos & Ionas (id est novos & veteres Atticos:) Ita sæpe apud Aristophanem & Herodotum. Exempla passim, ut *χρῆμα σὺς μέγα, magnus aper*, *χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον*, *vehemens tempestas*, & alia sexcenta, quæ a me alibi notata sunt. Ita denique Plutarchus de Octavia dixit, *χρῆμα θαυμαστὸν γυναικὸς, mulier plaus mirabilis*. Vol. I. DCCCXXXIX. editionis majoris. Quid autem illud Luciani, *πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένος formosissima puella*, quid venustius dici aut fingi potest? Sed solens more suo facit Lucianus: neque enim temere quemquam reperias tersiorem elegantioremque. FABER. Si quid esset, quod in cibum posset utile esse, si cibus esset. Sic jam olim locum hunc exposuit *Ritshius*, & postea optimus,

CLV.

Adfinitatem traxit inde obscœnitas.

videlicet, quod apud Sæcænum dicitur, illudere capiti matronarum, &c. Non probò. SCHEE. Lege, affrictione. HEINS. (9) Linguam] Lege Lingua. HEINSIUS.

(71) F A B. XIV.

Prometheus.

Rogavit alter, 2 tribadas, 3 & molles mares
Quæ

(1) Rogavit] Mallem hæc coniungi cum superioribus. Puto enim produxisse Nostrum quem piam interrogantem *Æsopum*, unde orta sit scelerata illa species libidinis in scæminis; cuius ante meminit: Cumque satisfecisset illi fabula præcedente, eandem amplius quæsiuisse originem nefandæ veneris cum matribus, illique quæstioni Nostrum satisfacere verbis sequentibus voluisse. Nisi centeas id *alter* positum, pro *alto* ut sup. SCHEE.

(2) Tribadas] Conf. Gottofr. ad L. 3. C. de Adult. Prioris generis meminit etiam Martialis 7, 70. Posterioris mentione an Sæcænum maxime perstringatur, è *πρωγ.* De eo certe rumor Apicio Diviti & prodigo stuprum venum dedisse. Tac. Ann. 4; 1. 3. Qui Phædro *molles mares*, Scripturæ sunt *κύνες*. Galli speciei nomine genus dicunt. In lingua Etrusca & Castiliana sunt *barbafra*. Dictos etiam reperias *saxa* qua Græcis, qua Latinis, proba ratione. Vid. Mauflac. ad Plut.

περὶ ποταμῶν p. 32, 2. Alia nomina ut præteream. Flagitii re-
pensor memoratur Thamyris, Philammonis & Argyopes Nym-
phæ filius. Tradit rem Apollo-
dor. Lib. I. p. 7. Fœditatem cri-
minis alii libertate usus, alii ra-
tionum gravitate passim demon-
strarunt: inter quos Philo de spe-
cial. LL. P. II. p. 782. Pœnam,
quam representavit in *ἀρσενο-
κοίτας* Justinianus. iudicat Grot.
ad Nov. 141 eandem scilicet,
quam Ægyptii & Athenienses ce-
perunt in Adulteros, quæque in
vet. Notis P. Diaconi sic expri-
mitur A. T. A. B. Utriusque ra-
tio, quæ eadem, in apico est.
PRASCHIUS. Cum videlicet τὸ
θῆλυ κατὰ φύσιν ἀρσενούται,
ut ait Lucianus, vel θηλειῶν
πρὸς θηλείους furiosa libido (Plato
de legib. lib. 1.) Hoc ipsum est,
quod tangit D. Paulus Epistola
ad Romanos cap. 1. Locus est no-
tissimus, quique pluribus expo-
nendus non sit. FABER. *Plautus*
Latina voce *subigatrices* dixit. uti
Rittersbusio notatum est. Intel-
P 5 ligun-

itio fe-
t spur-
mona-
it, ut
ct. Ita
d & cæ-
fabelle
na alte-
fidere-
ale quid
videtur.

Ad-
fit no-
quod 2-
illudere
r autem
tur ore
n in Ti-
eleagro,
violam,
FABER.
inquinto
, nam
in vicio,
aber ita
am, il-
lud

4 Quæ ratio procreasset? exposuit 5 senex:
 6 Idem Prometheus, auctor vulgi 7 fictilis;
 8 Qui simul 9 offendit ad fortunam, frangitur;
 Naturæ 10 partes, veste quas 11 celat pudor,
 Quum separatim toto finxisset die,
 Aptare mox ut posset corporibus suis,

lignuntur autem ex, quæ apud alias fœminas virorum officio funguntur. Plura dicere nefas est. SCHEFFERUS.

(3) *Molles mares*] Contrarium præcedenti genus, ii scilicet, qui viris loco fœminarum sunt, *cinædi* vulgo, atque *exoleti* dicti. SCHEFFER. Catull. *Cinæde Thalle mollior Cuniculi capillis*. HEINSIUS. Petron. c. 23. *Molles, veteres, Deliaci, manu recissi*.

(4) *Quæ ratio*] Eleganter, quia contra rationem est, cum sit contra naturam, quæ est summa ratio. SCHEFFER.

(5) *Senex*] *Æsopus*. Ita supra 3. c. 3. *navis emundata senex*, & alibi. SCHEFFER.

(6) *Idem Prometheus*] Tò idem referebat ad *Æsopum Rittersbusius*. Melius *Rigaltius*: præcedentem fabulam de Prometheo quoque fuisse. Forte *Rittersh.* non ad vocem *idem* notatum voluit *Æsopum* intelligi; sed ad vocem *senex*, quod verum esset. De Prometheo *Symmachi* locum citat *Rigaltius*, Epist. 4, 33. *Patere igitur ut homellus Promethei manu factus mandare cessem papyro, quæ dudum in vatium foliis non leguntur*. FREINSHEMIUS. Qui

scilicet id egit, de quo prius. Atque nescio num non huc respexerit illud a *fibione*, pro quo nunc *affictione* legitur. Verum sicut forte non difficile fuerit rem totam divinare, ita melius opinione mea ignoratur. SCHEFFER. Fabulam Promethei norunt quonondum ære lavantur. E Titapum numero fuit. Dicta ab coherba Prometheios, de qua *Plur.* de *Fluv.* in *Phasi*. PRASCHIUS.

(7) *Fictilis*] Sic appellatur in respectu ad *Prometheum*, qui eluto formasse homines dicitur: fabula est notissima. De quo *Prometheo* haud dubie & in superioribus præcessit. SCHEFFER.

(8) *Qui*] *Lege, quod*. HEINSIUS.

(9) *Offendit ad fortunam*] Ita *Cicero de Memmio* apud *Fur.* 6. cap. 3. *Caput ad fornacem Esobii offendisse*. *Fortuna* hic velut res dura fingitur, ad quam vulgus, (nam illud qui, quod ante simul, ad vulgi, non *Prometheus* est referendum,) formatus et luto, sicut testa frangitur, elegant. SCHEFFERUS.

(10) *Partes*] Proprie *membra*, quibus sexus distinguitur. SCHEFFERUS.

(11) *Celat*] Forte, *celat*. HEINSIUS.

(71)
 Ad coc
 Ubi 12
 13 Sero
 Tum
 Adplic
 Et ma
 Ita nu

(12)
 ceiter &
 quitur,
 qui sic E
 tum bes
 Jaccho.
 & ebriet
 qua Rit
 caula P
 de medic
 cap. 6. C
 patere m
 nis. Ita l
 que ibi
 die in co
 (13)
 pert. 1.
 nem v
 rent sev
 vide qu
 (14)

Ad cœnam est invitatus subito a Libero.

Ubi ¹² irrigatus multo venas nectare,

¹³ Sero domum est reversus titubanti pede;

Tum semisomno ¹⁴ corde, & ¹⁵ errore ebrio,

Adplicuit ¹⁶ virginali generi masculino,

Et masculina membra adplicuit fœminis.

Ita nunc libido pravo fruitur gaudio.

FAB.

(12) *Inrigatus venas*] De-
center & modeste sic de Deo lo-
quitur, exemplo tamen *Virgilii*,
qui sic *Eclog. 6. de Sileno*: *Infla-*
tum hesternis venas, ut semper,
Jacobo. Porro venis recipi vinum
& ebrietatem vetus opinio, de
qua *Rittershusius*. Nec alia ex
causa *Philippus ad Alexandrum*
de medicata potione apud Curt. 3.
cap. 6. Oro quæsoque, omisso metu
patere medicamentum concipi ve-
nis. Ita legendum distinguendum-
que ibi est, contra quam fit ho-
die in editis SCHEE.

(13) *Sero domum &c.*] Pro-
pert. 1. 3. *Ebria cum multo tra-*
horem vestigia Baccho, & quate-
rent sera nocte facem pueri, ubi
vide quæ adnotat Passeratius.

(14) *Corde*] Unde alias in-

tellectum & consilium. Vide,
quæ notamus ad *Pacatum cap. 44.*
SCHEFFERUS.

(15) *Errore ebrio*] Eleganter
& sententiose. Ebrietas privatio
rationis est. Salomo in Symbolis
23, 29. inter alia de ebrio: *Et*
eris sicut dormiens in medio mari,
summo navis malo. Valgatus
reddidit: *Seris quasi sopitus gu-*
bernator, amisso clavo. Apposite
utrumque, &c. PRASC. Pro-
errore ebrietatis. Sicut apud *Flac-*
cum 1. Argon, cursus aquoreus,
pro cursu æquoris. SCHEE.

(16) *Virginale*] Sc. *membrum*,
quod huc ex sequentibus trahen-
dum. Licet quoque ita simplici-
ter usurpetur. SCHEFFER. Vid.
Muncker, ad Hygin. fab. 184.

(1) Cæ-

(72) F A B. XV.

Capellæ & Hirci.

BArbam capellæ quum impetrassent ab Jove,
 Hirci mœrentes indignari 1 cœperant,
 Quod 2 dignitatem fœminæ 3 æquassent suam:
 Sinite, inquit, illas gloria vana frui,
 Et usurpare vestri ornatum 4 muneris,
 5 Pares dum non sint vestræ fortitudinis.

Hoc argumentum monet, ut 6 sustineas tibi
 Habitu esse similes, qui 7 sunt virtute impares.

FAB.

(1) *Cœperant*] Forte *cœperunt*.
 HEINSIUS.

(2) *Dignitatem*] Autorita-
 tem, quam præ ipsis habebant
 antea ex barba. Nam, ut ait La-
 tantius 7. *Op. Dei. Barba ratio,*
incredibile est, quantum conferat
ad decorem virilitatis ac roboris.
 SCHEFFERUS.

(3) *Æquassent*] Æqualem ha-
 berent. Sic Virgilius 6. *Æn. æquat-*
que Sicheus amorem. SCHEFF.

(4) *Muneris*] Virile munus
 est, gravem esse, huc barba per-
 tinet. Contra in fœminis mo-
 rum vultusque amabilitas lauda-
 tur. SCHEFFERUS.

(5) *Pares fortitudinis*] Recte
 Genitivo jungi *par & dispar*, ex-
 emplis docet Th. Bangius *Obs.*
Phil. 2. p. 857. Causam ex Pa-
 scasio Grossippo, seu Gaspare
 Schioppio, explicat Mariang. a
 Fano Bened. Auctar. Gram. Phil.

p. 16. PRÆSE. Recte, nec est opus
 Rittershusii emendatione. Cicero
in Pis. Illum, cujus paucos pa-
 res hac civitas tulit. Lucianus
lib. 5.

Quem metuis, par hujus erat --
 Adde Vosium. SCHEFF. Hei-
 sius tamen mallet fortitudini.

(6) *Sustineas*] Absolute, pati,
 perferre. Balbus apud Cic. 9. *Att.*
ep. 9. Sentio, non posse tuam fa-
mam & officium sustinere, ut
contra eum arma feras. Suet. Ju-
 lio c. 74. Cornelio Phazeta nun-
 quam sustinuit nocere. SCHEFF.
 Cicero. 5. fam. 10. *Si me hercules*
Appii os haberem, tamen hoc su-
stinere non possem. Ovid. 1. *Me-*
tam. 5. 30. *Sed enim non sustinet*
ultra perdere blanditias juvenis
Deus: Eleg. ad Liviam, 135. Tene
ego sustineo positum scelerata cre-
dere?

(7) *Sunt*] Lege, *sint.* HEINS.
 (1) For-

Qu
 A
 Vexata
 Inter
 Facie

(1) F
 focessu
 igitur hic
 na. Plau

Postquam
 tur mecu
 ait, sese
 Sic Teren
 alibi. Sc

(2) F
 detur: F
 Gujerus
 ter, bar
 mallet di
 mus Cup
 legendos
 Vexata

Inter
 Faciem

Ferri f
 Laudo in
 compelli
 tiones ta
 accedere.

(3) I
 Phædri v

(73) F A B. XVI.

Gubernator & Nautæ.

Quum de ¹ fortunis quidam quereretur suis;
 Æsopus ² finxit consolandi gratia.

Vexata ³ sævis ³ navi tempestatibus,

⁴ Inter vectorum lacrymas, & mortis metum,

⁵ Faciem ad serenam ⁶ subito mutatur dies.

⁵
 Ferri

(1) Fortunis] De improspere
 successu rerum suarum. *Fortuna*
 igitur hic in plurali, pro *fortuna*.
Plautus Milite. Act. 2. sc. 1.
Postquam occasio est, conquiritur
mecum mulier fortunas suas,
ait, sese Athenas fugere cupere.
Sic Terent. Andr. Act. 1. sc. 1. &
 ubi. SCHEFFERUS.

(2) Finxit] Scribendum vi-
 detur: *Finxit hoc solandi gratia.*
Guyetus. Absolute pro finxit
hoc, hanc fabulam. Buchnerus
mallet dixit, aut inquit. Doctissimi
Cuperus ita putat versus hos
legendos Lib. 2. Obs. c. ult.

Vexata sævis navis tempestatibus

Inter vectorum lacrymas, &
 mortis metus.

Faciem ad serenam subito mu-
 tat ut dies

Ferri secundis tuta cepit flatibus.
 Laudo ingenium, sed ubi nulla
 compellit necessitas, ad emenda-
 tiones tardius ego quidem soleo
 accedere. SCHEFFERUS.

(3) Navis] Qui breviter
 Phædri vult cognoscere, compa-

ret Æsopi fab. 272. Exempla
 tempestatibus fastus descripta au-
 notavit ex Radero Cl. Freinsh. ad
 Curt. 8, 4, 2. PRAS. Sic Paris.
 Uti priusquam inspexissem, lo-
 gendum conjeceram. Fuerat an-
 tea navis: quod quia efficiebat
 orationem pendentem, subvenire
 tentarunt viri docti, ut statim
 apparebit. FRINSHEMIUS. *Navi.*
 Excerpta Rigaltii. HEINSIUS.

(4) Inter] Notat celerem
 mutationem, dum metuunt, dum
 plorant, *Flor. 1. c. 6. Ergo inter*
Tarquini mortem substitutus in
locum regis. SCHEFF.

(5) Faciem ad serenam] Spe-
 ciem, habitum. Vide Gellium
 13. cap. 28. *Curtius Lib. 3. c. 2.*
Contra si quis aciem Macedonum
intueretur, dispar facies erat. Ita
enim ibi est legendum, non a-
cies, quod servatum hactenus in
omnibus editionibus miror. Por-
ro ad faciem mutari dictum, ut
apud Cicero. 3. de Or. Idque ad
omnem rationem mutatur & verti-
tur. SCHEFFERUS.

(6) Subito mutatur dies] Tu,
 Rit-

Ferri secundis 7 tuta cœpit flatibus,
 8 Nimiaque nautas hilaritate 9 extollere.
 Factus 10 periculo tum gubernator 11 Sophus;
 Parce gaudere oportet, & 12 sensim queri,
 Totam 13 quia 14 vitam miscet dolor & gaudium.

FAB.

Rittershusi, anacoluthi veritus mavis; *mutato die*. Non malè, nisi quod minime à ductu litterarum devians malo: *mutatus dies*. subintell. fuit: ut solet Phædrus tuus. r. & s. caractere Longobardico nihil divortunt. Divinabam quoque: *subito mutat ut dies*. Ut vel postquam dies mutavit ad serenam faciem. *Mutavit*, pro, *mutatus est*, cuius plura exempla in Verisimil. Schop. Suspectum mendii locum hunc habent viri docti, & rectè: placetque emendatio Schoppii: *subito mutat ut dies*. Mihi tamen in mentem veniebat: *F. a. serenam tibi commutatur dies*. Arbitrium esto penes Lectorem. MEURSIUS. *Lege, ut subito mutatur dies*. HEINSIUS.

(7) *Tuta*] Forte *tuta ut*, vel *uti*, *cœpit*. HEINSIUS.

(8) *Nimiaque*] Forte *nimia*, ecce *nautas* *Hilaritas extollere*, vel *nimiaque nauta se hilaritate extollere*. HEINSIUS.

(9) *Extollere*] *Elatos quasi & superbos reddere*, tanquam nihil mali amplius posset accidere. Ita enim fit in tali gaudio, ut in metu contra, & luctu jacent. Cic.

Lib. 10. ep. 12. Incredibili gaudio sum elatus. SCHEFF.

(10) *Periculo*] *Scribe, periculo*. GUJATUS.

(11) *Sophus*] Non nude sapiens, sed *Philosophus*, & qui alios posset docere, ut liquet ex sequenti monito. Sic usurparunt veteres. Ita *Martialis Lib. 7*. Ita ipse *Noster supra Lib. 3. cap. 14*. Dixi jam, in de *Nat. Philosoph. Pythagorica*. SCHEFFER. Posset interpretari *doctum*. Sic Cicero 3. *Tuscul. versum Euripidis, ἐγὼ δὲ τοῦτο περὶ σοφοῦ τινὸς μαθήσων*. *Reddit*: Nam qui hac audita a docto meminissim viro. Et sic Propert. 2. 28. *Credit & illa sua docta Puella malo*.

(12) *Sensim*] Ita *sensim & moderate* junxit Cicero in *Verrin. 5*. SCHEFFERUS.

(13) *Quia*] *Que V. C. Pith. Forte aque*. HEINSIUS.

(14) *Vitam miscet dolor &c.*] Vide pulcherrimam orationem Pauli Æmilii apud Livium 45. 41. FREINSHEMIUS. *Quemadmodum Ovid. 4. Trist. El. 10. de canitie, antiquas miscueratque comas, pro permixta erat comis*. SCHEFFERUS.

(1) Ca'

Canum Legati ad Jovem.

(74) F A B. XVII.

CANes legatos olim misere ad Jovem.
 2 Melioris vitæ tempus oratum suæ,
 Ut sese abriperet hominum contumeliis,
 Furfuribus sibi 5 conspersum quod panem darent;
 Fimoque turpi maximam explerent famem.

Pro-

(1) *Canes legatos*] Βαμολό-
 (ut monui in εἰσαγωγή) hoc agit Phædrus: quem arguere possumus verbis Ambrosii Off. 1. 23. Cavendum etiam in fabulis, ne insectant gravitatem severioris propositi. Sed idem Melchianensium Antistes in alterum certentem eo loco labitur, dum omne jocorum genus damnat: id quod facile sanctitati propositi in gravissimo viro condonatur. Alterum certum est, non omnia loca esse vetita, quod legitimum vitium & honestum habent. Exemplum est Reg. 1, 18, 27. Distinctioni igitur locus esse debet inter bona & mala. Talia vero ex materia & forma facile cognoscuntur. PRASC. Recte judicatur J. Meursius V. Cl. multos verba hinc illinc ex hac fabula excelsisse. FABER.

(2) *Melioris vitæ tempus*] Tempus quo meliorem vitam possent vivere; quam ea est, quam hactenus vixerant. Corrigitur hic Ursinus, meliora vitæ tempora oratum suæ. SCHEFFER.

Lege; *Meliora vitæ tempora oratum sibi.* HEINSIUS.

(3) *Ut sese abriperet*] Eriperet. Notanda autem est locutio, abripere aliquem contumeliis, pro rapere aliquem a contumeliis, nam vulgo præpositionem addunt. Nisi putes, scripsisse Nostrium, *hominum e contumeliis*, nam potest fieri, ut illud e ob similitudinem sequentis litteræ sit absorptum. Ita Cicero e complexu parentum abreptos filios, dixit. SCHEFF. Lege, *ut se subriperet.* HEINS.

(4) *Furfuribus*] Neveleto panis sordidus, ut est apud Plautium. Nonius appellat acerofum, quia est ex paleis acereve. SCHEFF.

(5) *Consersum*] Forte confarrum qui. HEINS.

(6) *Fimoque turpi*] Quia canes a veteribus non aliter habiti, ut vult Rittershusius; Imo quia ipsi ad hoc genus propensi. Ideo mox scrutantur escam in stercore. Firmat Arnobius lib. 7. ubi ait, si animantia offerre deberent, quibus ali moris est illis; imponerent avis canes ossa, & huma-

Profecti sunt legati non celeri pede,
Dum naribus scrutantur escam in stercore.
7 Citati non respondent. Vix tandem invenit

Eos

ni stercoreis proluviem cremarent.
SCHEFFERUS. Sic & Cyprii Bo-
ves erant *κροτάφος*. Dioge-
nian. in proverb. Βοῦς κροτάφος.
Erasmi. Chiliade I, IO, 95. ubi &
de Bœoticiis bubus. FRINGS.

(7) Citati non respondent]
Præcesserint sine dubio aliqua,
quæ exciderunt ; nam hæc non
coherent. Sed totam hanc fabel-
lam nimis negligenter exscripsit
librarius, versibus aliquot hic il-
lic per oscitantiam dicam, an fe-
stinationem, omisis. Sic itaque
hæc edi debent :

*Profecti sunt legati non celeri pe-
de,*

*Dum naribus scrutantur escam
in stercore.*

* * *

*Citati non respondent : vix tan-
dem invenit*

*Eos Mercurius, & turbatos ad-
trahit.*

*Tum vero vultum magni ut
viderunt Jovis,*

*Totam timentes concacârunt re-
giam.*

*Propulsi verò sustibus vadunt
foras.*

* * *

*Vetat dimitti magnus illos Ju-
piter.*

* * *

*Mirati sibi legatos non revertier,
Turpe astimantes aliquid com-
missum a suis,*

*Post aliquod tempus alios ad-
scribi jubent.*

* * *

*Rumor legatos superiores prædi-
dit,*

*Timentes rursus aliquid ne si-
mile accidat,*

*Odore canibus animum sed multis
replent. MURSIUS.*

Ait *Mursius* deesse quippiam.
Ego non existimo, sed ut in aliis,
ita hic brevem esse Nostri puo.

Arbitror autem verum præcedentem non cum superiori, verum hoc proposito esse conjungendum, subiata distinctione majore, ut sit sensus : ideo non respondisse, quia occupati in quaerenda esca, vocem citantis non observarant. Citatos autem intelligo solenni voce præconis

Mercurii, exemploque quodam veteris aulae, si convenire vellent regem, ut nunc facerent. Eam non audiverant canes, absentes quippe, ac sic occupati, ut dixi.

Aconius Verrina 3. Apud veteres, & Judices, & rei, accusatores, & defensores a voce præconis citabantur. Adde *Apulejum lib. 10.*

Asin. Habes citationis hujusmodi exemplum apud *Lucianum* in bis accusato, ubi *Mercurius a Jove* emissus clamat *Athenis* :

Audite populus, forum atque judicium, quod felix fastumque sit, constitimus hodie, mensis Fe-

bruarii

- 8 Eos Mercurius, & 9 turbatos attrahit.
 Tum vero vultum 10 magni ut viderunt Jovis, 10
 Totam timentes concacarunt regiam.
 11 Propulsi vero fustibus, 12 vadunt foras:
 13 Vetat dimitti magnus illos Jupiter.
 14 Mirati, sibi legatos non revertier,

Turpe

bratii die septima. Quicunque
 vitare abhones detulere, in vicum
 Martium veniunt. SCHEP. Forte
 vitatis. HEINSIUS.

(8) Eos] Heinſius legebat eos,
 eo ſenſu, quo ſic appellantur,
 quicunque cauſam dicunt, vide
 ſeſum & Nonium ea voce. SCHEP.

(9) Turbatos] Quod tam ne-
 gegentes fuiſſent officii, nec ex-
 ſpectaſſent, aut attendiſſent tem-
 pus idoneum, ſed requiri debuiſ-
 ſent a Mercurio. SCHEP.

(10) Magni] Proprium Jovis
 cognomen. Itaque mox; ve-
 tat dimitti magnus illos Jupiter.
 Propert. 2. Scribam ego per ma-
 gnum eſt ſalva puella Jovem.
 Ped. Albinovanus ad Liviam:
 Nos erimus magno maxima cura
 Jovi. Et iterum: Nec minor eſt
 magni conjuge juiſſa Jovis. Terent.
 Adelph. 4 ſc. 6. Te cum tua mon-
 ſtratione magnus perdat Jupiter:
 Et ſic Græci ſæpiſſime. Scilicet ut
 Juno Magna, ſic & Jupiter ap-
 pellabatur. Vide dictum Propert-
 tium 2. El. 32. & 34. Gyraldus
 hoc omiſit. SCHEP. Ovid. 1.
 Art. Am. 713. Jupiter ad veteres
 Juppiter Heroïdas ibat, Corripuit
 magnum nulla puella Jovem.

(11) Propulsi vero] Lege, pro-
 pulsi ut vero. HEINS.

(12) Vadunt foras] Mart. U-
 xor vade foras. HEINS.

(13) Vetat dimitti] Præceſ-
 ſerit hic minimum verſus unus,
 rationem complectens, qua mo-
 tus Jupiter dimitti illos ita no-
 luerit, eſſi ejectos poſt tam tur-
 pe facinus. MEURSIUS. Ego ni-
 hil deeſſe puto, nec enim opus
 eſt narrare circumſtantias, quas
 ipſe poteſt ſibi ſubjicere lector.
 Atque idem judico de ſequenti-
 bus: Mirati &c. Itemque: Ru-
 mor legatos ſuperiores prodidit.
 Eſt enim commatica narratio,
 ut debet, quum narrare breviter
 volumus ſaltidii vitandi gratia.
 Vide quæ notavi in Curtium 6,
 1, 17. FREINS. Rurſum exci-
 diſſe verſum putat iſto loco Meur-
 ſius. Ego contra ſentio. Vult,
 ejectos putidos iſtos canes cum
 veniſſent e regia, præ metu ac
 pudore penitus voluiſſe abire:
 Sed Jovem iratum præcepiſſe ſuis,
 ne dimitterent, & abire ipſos pa-
 terentur, ſed tenerent in custo-
 dia. Itaque ſtatim cum exiſſent,
 ſunt retenti. SCHEP.

(14) Mirati sibi] Exciderint
 heic verſus duo tres præcedentes,
 quibus comprehenderit Phædrus,
 quid Jupiter, poſtquam dimitti
 vetuiſſet, cum illis egerit: i los

Q

VCS

Turpe 15 æstimantes aliquid commissum a suis, 15
 Post aliquod tempus alios 16 adscribi jubent.
 17 Rumor legatos superiores 18 prodidit.
 19 Timentes 20 rursus aliquid ne simile accidat,
 21 Odore canibus anum, 22 sed multo, replent,
 23 Mandata dant, 24 legati mittuntur, statim 20
 Adeunt.

vero præ pudore facti ad suos reverti aulos non fuisse: itaque cum emaberent, alii canes *Mirati sibi legatos* &c. MEURSIUS. Et hic putat verum abesse. At qui si ex primo versu vocem *canes* hic intelligas, sententia est integra. Et solet Noster ita loqui. *Sibi*] Elegantissime abundat, ut tamen vim habeat eam, quasi non reverteretur ii, quos reverti sua interesset. Ita *Terent. Adel. 5. sc. 8. suo sibi gladio hunc jugulo.* Cicero 1. *Attic. ep. 11. Hic tibi rostra Cato advolet.* *Apulejus 6. Asin. Anum cum suo sibi funiculo devinctam dedere præcipitem.* Vide *sup. lib. 3. cap. 6.* SCHEFF. Forte *miravi hi sibi.* HEINSIUS.

(15) *Æstimantes*] Uti *supra lib. 3. c. 5.* SCHEFF.

(16) *Adscribi*] Superioribus illis, ante a se missis ad *Jovem.* pro *associari, adjungi,* si modo lectio est integra, de quo tamen valde dubito. SCHEFF. Forte *adsciri.* HEINSIUS.

(17) *Rumor legatos*] Hic præcellerit versus us aliquis talis: *Cum interea se gessisse quam turpissime*

Rumor legatos &c. MEURS. Notant hic iterum lacunam. Nempe deest, dum hoc faciunt,

dum jubent adscribi alios, interea rumor hæc prodidit. Sed jam ante motui, connexiones istiusmodi omittit Noster, studio brevilitatis. Ita *MOX.* SCHEFF.

(18) *Prodidit*] Aperuit notumque fecit, quam turpiter se in *Jovis* regia gessissent. SCHEFF.

(19) *Timentibus*] Rectius duæ primores editiones, *Timentes.* Quas cur Rigaltius securus non fuerit, nescio. MEURSIUS.

(20) *Rursus aliquid ne simile*] Forte, *ne quid simile rursus.* HEINSIUS.

(21) *Odore*] *Atomatibus recte Rittersbusius* expovit. Atque sic *Arnobius lib. 7.* SCHEFF. Forte *adore.* HEINSIUS.

(22) *Sed multo*] Elegans usus particulae *sed.* Plautus saepe ea utitur, & *Rudente Act. 3. sc. 5. Affer huc duas clavos. LA. Clavos? DAE. sed probas: propera cito.* Sic enim isthic in utroque magni amici nostri *Camerarii Codice* perscriptum. Vulgo omittitur ea particula pessimo exemplo. SCHÖPPIUS.

(23) *Mandant * dimituntur*] Fuerat olim, *Mandant * dimituntur.* Restituebat cum *Rittersbusio Meursius: Mandata dant, dein mittuntur.* Bene & illud. Sed nos

25 Adeunt. Rogantes aditum, continuo impetrant,
26 Confedit genitor 27 tum Deorum maximus,
28 Quassatque fulmen: tremere cœpere omnia.
Canes, 29 confusus subito quod 30 fuerat fragor,

Re-

nos Parisienses sequimur, ut præ-
diximus. FREINS. Veteres edi-
tiones habuerunt, Mandant, di-
mittuntur statim. Ex quo Ur-
sinus faciebat: Mandant eadem,
lein dimituntur statim. SCHEFF.
Forte, Mandata dantur, & di-
mittuntur statim. HEINS.

(24) Legati] Mallet ego le-
gatus, ut respiciat præcedens ca-
pitulum, & subijcere punctum.
SCHEFFERUS.

(25) Adeunt] Eunt ad fo-
rens, iter eo suscipiunt. Quid
tamen, si legamus abeunt, h. e.
proficiscuntur: Videtur enim mel-
lius, quia mox sequitur de aditu.
SCHEFFER. Forte, vadunt. Sic
supr. vadunt foras. HEINS.

(26) Confedit] Bene tanquam
Rex, & Judex. Virgilius 7. Æn.
Solia medius confedit avito SCHEFF.
(27) Tum] Forte ut vel dum.
HEINSTIUS.

(28) Quassatque] Quod Jovi
pro sceptro est. Neque alia qual-
ificationis causa hic loci. SCHEFF.

(29) Confusus subito] Quid
hic est confusus fragor? Non capio
sensum hujus vocis in hoc
loco. Mallet scribere confusi,
& referre ad canes, ut sit sensus,
quia subito factus est fragor ex
concussio fulmine, ideo, ut ex-
te inopinata, vehementer terre-
factos esse. Virgilius 12. Æn.

Obsupuit varia confusus imagi-
ne terram,

Fabius lib. 1. cap. 10. Non eodem
confusus metu exercitum perdi-
disset. Et propius in decl. 2. Scia-
tis, neminem fuisse in domo, quem
non fragor ille confuderit. SCHEFF.

(30) Fuerat fragor] Lege
ruevat. Senec. Hippolyto. 674.
Omnis impulsus ruat aether. Mart.
3. 100. Imbribus immodicus cœ-
lum nam forte ruebat. Ovid. 3.
Fast. 367. Et gravis aethereo ve-
nit ab axe fragor. Sic ruina cæli,
pro tonitru. Virgil. 1. Æn. 129:
ubi v. Serv. Et 3. Æn. Horrificis
rui Ætna ruinis. HEINS. Mallet
Nob. Heinsius ruevat, Horatio
auctore, qui alicubi: non tremens
do Jupiter ipse ruens tumultu.

Quem locum tametsi Faber cen-
seat huc parum pertinere, atque
adeo, an ruevat fragor, dici La-
tine solet, haud sciat, derogare
tamen Heinsiana huic sententiæ
nil potest. Id quod ipse N. Heins-
sius suo tempore ostendet. Pro-
pius ad veterem scripturam sic
Clar. Gronovius: Lege, confusus
subitus quos fecerat fragor. Ut
Ovid. Nec minus est confusa Ve-
nus moriente Tibullo. Petronius,
tristem confusumque, & alibi
confusus & consilii egenus. Quid
vero isto loco Faber? Mirabilem
versum, canes confusos subito
quos fecerat fragor. Nec Æscula-
pius cum Machaone; nec tota A-
sclepiadarum familia remediuntur

Repente odorem mixtum cum merdis cacant.

31 Reclamant omnes, vindicandam injuriam.

32 Sic est locutus ante pœnam Jupiter:

33 Non est legatos regis non dimittere,

34 Nec est difficile, pœnas culpæ imponere.

Sed hoc 35 feretis pro judicio 36 præmium:

30
Non

illi faciant, ita misere in lecto cubat. Aliud itaque ante oculos habuit Schefferus, aliud scripsit. Ego aliud habuerim ante oculos, aliud scripserim? Possum reipsa demonstrare diversum, si necesse sit. At Faber, cum edidisset ego, confusus subitus, ille fecit confusos subitis. Ut videre debeat, in quem jure potiori hoc dicitur conveniat. Quanquam facile ignoscamus homini occupatissimo, & tum, cum ista scriberet, ægrotato. Illud non omiserim, me aliter nunc emendatum locum istum a viro summo in Addendis ad lib. 31. cap. 45. incomparabilis editionis Livianæ nuper adornatæ deprehendere. Verba ista sunt: Apud Phædrum fab. 74. legitur. Canes confusus subito quod fuerat fragor; quem legendum sit: Canes confusus subito fecerat fragor, vel: Canes (confusus subito fecerat fragor.) SCHEFFERUS.

(31) Reclamant] Iterum clamant, ut nuper fecerant, cum priores legati sic se gessissent. SCHEFF. FORTE exclamant, vel proclamant. HEINSIUS.

(32) Sic est locutus] Mallet Meursius, hic est locutus, quod non displicet, vide lib. 1. c. 13. SCHEFFERUS.

(33) Non est legatos] Non est regis, pro, non decet eum, non modo hic propter jus gentium, de quo hic Rittersbusius, sed & famam suam, magnitudinemque, tanquam non posset punire in ipso domino tale delictum SCHEFF.

(34) Nec est difficile] Lege, nec res difficilis. HEINS.

(35) Feretis pro judicio] Lego: Sed hoc ferent ii. Alloquitur enim Jupiter non legatos, sed collegium Deorum, qui omnes clamant vindicandam injuriam: nam ecce de legatis statim loquitur in tertia persona:

Nō ventrem continere non possunt suum.

Itaque mox legendum quoque:

Illi autem qui miserant hostium futiles. MEURS.

At nihil vetat, aliquem, præsertim commotiorem, & qui propter dignitatem solet sine reprehensore loqui, modo ad hos, modo ad illos dirigere sermonem. Exemplo sit Dido apud Virgil. Æn. 2, 365. & seqq. FREINS. Pro sententia, & pœna in vos merito decernenda. Vertit se quasi a suis Jupiter ad canes legatos, & ait: vos quidem feretis hoc præmium, licet supplicio & pœ-

(74)
Non v
Ne v
Illi au
Nunq

nae adju
Forte se
vel vind
(36)

ita voca
mem, v
eos doc
SCHEFF

(37)
ur. Hei

(38)

desse ve
cacionis
ritit: N
addere:
cizi. Ex
cno prof
illum in
cap. IV.

hinc v
Siquid
que sequ
dum ali
novis 7
verbum
ysoth.

vna Agr
semper,
tenus q
contentu

entia no
nre. Sc
rem alia
nihil. 27

non succ
Terentii
Secti, v.

(74) Non veto dimitti, verum 37 cruciari 38 fame,
 Ne ventrem continere 39 non possint suum.
 Illi autem, qui miserunt 40 vos tam 41 futiles,
 Nunquam 42 carebunt 43 hominis contumelia.

Ita

nae adjudicare deberem. SCHEFF.
 Forte sed hoc paratur pro delicto,
 vel vindicta premium. HEINS.

(36) *Premium*] Per ironiam
 ita vocat, non imperatam famem,
 verum artem illam, qua
 eos docuit continere ventrem.
 SCHEFFERUS.

(37) *Cruciari*] Lege, *crucian-*
ur. HEINSIUS.

(38) *Fame*] Notandum est,
 desse verbum contrariae signifi-
 cationis τῷ *veto*. Cum enim di-
 zerit: Non veto dimitti, debuit
 addere: Verum fame jubeo cru-
 ciari. Exemplum ex Paulo & Ta-
 cito proferré possim, nam apud
 illum in Epist. 1. ad Timotheum
 cap. iv. v. 11. ubi legitur κα-
 λυόντων γαστέρι, ἀπέχεσθαι
 βρωμάτων &c. necesse est ex iis
 quae sequuntur, intelligere ver-
 bum aliquod contrariae signifi-
 cationis τῷ, καλυόντων, quod

verbum praepositur τῷ, ἀπέ-
 χεσθαι. Apud Tacitum autem in
 vita Agricolaë legitur: Nec pœna
 semper, sed sapius pœnitentia con-
 tentus esse, ubi manifestum τὸ
 contentus esse cum pœna & pœni-
 tentia non posse ex æquo conve-
 nire. Scio apud eundem scripto-
 rem alia quoque esse τοῦ αὐτοῦ
 κόμματος, sed nunc memoriae
 non succurrunt. Tale est & apud
 Terentium in Andria Act. 111.
 Scen. v.

*Namque hocce tempus praevidere
 mihi me, non se rescisci finit.*

Ubi pro *finis* debet intelligi *cogit*
 in priori membro *divinatus*. Adi-
 modo doctissimum interpretem
 ad Paulum. Ceterum Rigaltius
 ad hunc Phædri locum annota-
 vit tale esse illud Juvenalis Sat. iv.

--- *Quem furam nemo timeret
 Caulibus aut pomis, & aperto
 viveret horto.*

Quod cur fecerit, neminem ar-
 bitror intelligere, est enim plane
 εἰδέν πρὸς ἕπος. FABER.

(39) *Non possint*] Repetita
 negatione, ad indicandam neces-
 sitatem futuræ continentiae; *ven-*
trems continere, oppositum supe-
 riori *cacare*. SCHEFFER.

(40) *Vos*] Lege, *Hos*. HEINS.

(41) *Futiles*] Proprie tanquam
 qui nil possint continere. *Futiles*
dicuntur, qui silere tace-
nda nequeunt, sed ea effundunt, sic
& vasa fistilia a fundendo vocata.
 SCHEFFERUS. Terent. Andr. 3.
 5. 3. *Servone fortunas meas me*
commisisse futili, ubi v. Donat.

(42) *Carebunt*] Omni tem-
 pore afficientur. Bene, licet ipsi
 canes nollent. Diversum censet
 Cicero *Tusc.* 1. quem est operæ
 pretium videre. SCHEFFER.

(43) *Hominis*] Puto homi-
 num oportere scibi, sicut su-
 pra. SCHEFFERUS. Lege, *Omni*.
 HEINSIUS.

Q 3

(44) Ita

4+ Ita nunc legatos expectant & posteri:
Novumque venire qui videt, 45 culum olfacit.

(44) Ita nunc legatos expectant] Duos hos postremos versus mendosos esse manifestum est, atque ita corrigendos:

Ita nunc legatos expectantes posteri,

Novum venire cum vident, culum olfaciunt.

Et hæc Bongarsii quoque sententia est. MEURSIUS. Legebatur enim apud priores Editores:

Ita nunc legatos expectantes posteros,

Novum venire cum videt, culum olfacit.

Sed optime se habet, quod ex Parisiis representavimus. FREINS.

(45) Culum olfacit] Verbis hæc explicat argumentum fabulæ. Vult enim reddere causam hujus consuetudinis inter canes, sicut alia fabula in superioribus ostendere causam vitæ cinædicæ, aliarumve pravarum libidinum conatus est. SCHEFFER.

(75) F A B. XVIII.

Homo & Colubra.

Qui fert malis auxilium, ¹ post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam ² colubram sustulit,
Sinuque ³ fovit ⁴ contra se ipse misericors.
Namque ut ⁵ refecta est, ⁶ necuit hominem protinus.

Hanc

(1) Post tempus] Jul. obseq. f. 27. Post tempora potuit. HEIN.

(2) Colubram] Vulgo Colubrum vocamus. Reperitur tamen & hoc genere apud Lucilium, & alios. SCHEFFERUS.

(3) Fovit] Proprie. Curtius lib. 4. c. 4. Ipse tunc maxime refovebat artus. SCHEF.

(4) Contra se ipse] Pari modo magister Amorum 3, 8.

Contra te sollers hominum natura fuisti.

Exaggeravit hanc misericordiam Anon fab. 10. Simplicius Ætop. fab. 173. PRASCHIUS. In penitenciam suam. Cic. 7. Att. ep. 5. Per annos decem aluimus contra nos. SCHEF.

(5) Refecta est] Recteata, eleganter, de paulo ante penit mortua. SCHEF.

(6) Necuit] Putat Valla, non in usu esse verbum hoc, nisi ubi sermo sit de certo mortis genere. Et profecto ita Ennius:

Hæc

Hanc Respo

Hos
Sed tan
Priscianu
surpati d
leno me
dissimule
Plin. p. 2
cit, vide

VUL
2 A
Perven

(1) E
videtur,
gl. Cur
quis are
telum. C

(2) A
l. 3. B. G
gerem vi
Canticulo
SCHEFFE

(3) L
scimus
des defol
opum,
credunt.
sic de po
drium,
breviato
opaziv

Hanc alia quum rogaret causam facinoris,
Respondit: Ne quis discat prodesse improbis.

Hos pestis nocuit. - -

Sed tamen vel hic locus docet, Priscianum rectius ostendere, usurpari de perempto quovis violento modo. Cæterum, ne quid dissimulem, Salmasium Exercit. Plin. p. 25. ubi verba hæc adducit, video non nocuit, sed nocuit

legisse, simul & locutionem hanc, nocere aliquem, Latinam, bonisque auctoribus receptam testari. Verum istam lectionem suam mihi equidem haud probat. Ovidius: Parva nocet morsu speciosam viperam taurum. Adde 4. Trist. El. ult. v. 44. SCHEFF.

(76) F A B. XIX.

Vulpes & Draco.

Vulpis cubile fodiens, dum terram eruit,
Agitque plures altius cuniculos,
Pervenit ad draconis speluncam ultimam;

Cu-

(1) Eruit] Ruit scribendum videtur, i. e. fodit, ὀρύσσει, Virgil. Cumulosque ruit male pinguis arena. A ruo ruitum, ruitum. GUYETUS.

(2) Agitque] Proprie. Caesar l. 3. B. G. c. 21. Cumulis ad aggerem vineasque actis. Cic. 3. Off. Cuniculos agit ad ararium. SCHEFFERUS.

(3) Draconis] Quos hinc discimus jam olim habitos custodes defossarum aut reconditarum opum, sicut hodieque vulgo credunt. Sic de vellere aureo, sic de pomis aureis Atlantis traditum, ut ex Ovidio liquet. Festi brevior. Dracones, ἀπὸ τοῦ ὀρυξέειν dicti, quia ea causa in-

cubantes eos thesauris custodia causa antiqui finxerunt. Adde Martialis. 12. in Paternum. SCHEFF.

(4) Ultimam] Terent. Phorm. 1. sc. 4. Sed quis hic est senex, quem video in ultima platea. Idem in Heaut. 5. sc. 1. Est mihi in ultimis conclave adibus. Curt. 4. cap. 10. in ultimas terras trahi se querebantur. Verum mallet eruditissimus ac humanissimus N. Heinsius scribere, ultimo, ut sit sensus, tandem illud venisse. Et posset propius scripturam veterem legi, ultimum, ut ultimum esset pro ad ultimum. Livius: Ultimum de celo, quod comitia turbaret intervenit. SCHEFFERUS. Lege, ultimo. Vide Salmaf. ex-

Custodiebat qui thesauros abditos.
 Hunc simul aspexit; 5 Oro ut imprudentiæ
 Des primum veniam; deinde, 6 si pulcre vides,
 Quam non conveniens aurum sit 7 vitæ meæ,
 Respondeas 8 clementer, quem fructum capis
 Hoc ex labore, quodve 9 tantum est præmium,
 10 Ut careas somno, & ævum in tenebris exigas?
 Nullum inquit ille: verum hoc a summo mihi
 Jove 11 attributum est. 12 Ergo nec 13 fumis tibi

Nec

ercit. Plin. pag. 41. & ita Suetonius. HEINS.

(5) Oro] Eleganter, velut timens. Terent. Heaut. 4. sc. 1. Primum te hoc oro, ne quid credas me adversum edictum tuum facere esse ausum. Plane simili exordio. SCHEFFERUS.

(6) Si] Confirmantis est, ut in illo Virgil. 1. Georg.

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus

Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

Servius: si, hic pro siquidem. Ita Terent. And. 1. sc. 6. Si te in germani fratris dilexi loco &c. Vide me in de Gymnasio Styli p. 118. SCHEFFERUS.

(7) Vita meæ] Sensus flagitat tua. PRASCHIUS. Praschius legendum putat tuæ, ut referatur ad draconem. Ego non existimo. De se ipsa vulpes loquitur, & hæc veluti amolliendæ suspicionis gratia, & benevolentia captandæ præmittit. Nosti, inquit, fatis, non esse hoc meum inititurum, ut cumulem mihi opes, quæ rapto vivo, & carne animantium vescor. Ita-

que quod quæsitura sum, non ideo facio tanquam tibi invidiam hoc aurum, ipsaque velim habere. Dic tamen, si placet, quare hoc facias, & opibus sic incubas. SCHEFF.

(8) Clementer] Sic callide, tanquam cum valentiori, ex disciplina vafricitiei. Puto autem, post vocabulum hoc, punctum esse scribendum. SCHEFF. Plaut. Stich. 4. 1. 26. Hodiene exoneramus navem frater? PA. clementer volo.

(9) Tantum] Latinius meo animo dixisset, quodve tanti est præmium. SCHOPPIUS. Schoppius existimat Latinius fore, si scribatur, tanti. Non opinor. Qui enim sequi posset nullum. SCHEFF. Lege cum Schoppio tanti, sic prologo libri tertii: tanti non est ingenium tuum. HEINSIUS.

(10) Ut careas somno] Finguntur enim vigiles. Ovid. 7. Met. f. 2. Pervigilem superest verbis sopore draconem.

Adde quæ de his observat magnus Vir, Gerhardus Vojsius 4. Idol. 44. SCHEFF.

(11) Attributum] Injunctum.

Nec u

14 No

15 Diu

imposito
culiare.quem m
attribuit

(12)

quibus c
placet. C
dialogist

inquit,

(13)

e. capis
Bacchid.quantum
fit. Item

deist, si

(14)

etiolan

rius apu

si quid

senator a

(15)

in mente

Bacchidi

-- in

Malco

16 A

(16)

ter loqu

dam ina

vid. Sc

Fau. cap

(17)

LII. On

hinc ar

Nec ulli donas quicquam? Sic fati placet.

14 Nolo irascaris, libere si dixerō:

15 Diis est iratis natus, qui est similis tibi. 15

impositum est, velut munus peculiare. Cicero pro Rosc. Timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit. SCHEF.

(12) Ergo] Verba vulpis; quibus draco respondet, Sic fati placet. Cætera quoque vulpis sunt, dialogistice, omisso tamen illo inquit, ut saepe antea. SCHEF.

(13) Sumis tibi] Aliquid h. e. capis in tuos usus. Plautus Bacchid. 4. sc. 4. Sed lubet scire, quantum aurum herus sibi demisit, sibi novem abstulit. SCHEF.

(14) Nolo irascaris] Formula excusantis libertatem, ut Tiberius apud Suet. 29. Ignoscas rogo, si quis adversus te liberius, sicut lenator dixerō. SCHEF.

(15) Diis iratis] Nunc mihi in mentem venit loci Plautini in Bacchidibus:

-- inamabilis, illepidus viro,
Malevolente ingenio natus.

Ubi recte atque ordine mihi Bovius videtur correxisse: Malevolente nat. quomodo & vulgati libri præferunt. Lambino si sanum fuisset incipit, nec Genius iratus, minime contra hanc lectionem scripisset, quæ scribit: Malevolente Genius natus, minus dici Latine, cum verius sit, irato vel iniquo Genio. Eugepæ? Thalem talento non emam Milesium. Nam ad sapientiam hujus ille minus nugator fuit. Quid enim? Certe si nihil aliud vel illud tritum, cum dis benevolentibus, aliud Lambino ut scriberet, suadere debuit. SCHOPPIUS. Inimicis, adversantibus & commoda negantibus. Sic Horat. 2. sat. 3. Plautus, alii. SCHEFFER. De locutione illa Diis iratis, vid. Lambin. ad Horat. 2. Sat. 3. p. 88. & Heinf. ad Hesiod. Opera & dies. p. 236.

(Fab. 77.)

16 Abiturus illuc, quo 17 priores 18 abierunt, Quid

(16) Abiturus] Sic simpliciter loquebantur veteres ad vitam inauspicatam mortis vocem, vid. Scalig. ad Festum. Meurs. de Fæn. cap. 1. SCHEF.

(17) Priores] Seneca Epist. III. Quom inquis, advocabo? hunc an illum? Tu vero ab priores

res revertere, qui vacant. Adjuvare nos possunt non tantum qui sunt, sed & qui fuerunt. Loquitur de præceptis, & consiliis, quæ ex bonis scriptoribus hauriri possunt, ut ad meliorem frugem nos convertamus. Existimo autem legendum esse, ad priores

Q 5 res

Quid mente cœca miserum torques ¹⁹ spiritum ?
²⁰ Tibi dico, avare, gaudium hæredis tui,

res qui vita vacant, id est, quem-
 admodum Volcatus vetus poëta
 dixit (apud Donatum in Vita
 Terentii.)

- - - Navim cum semel
 Conscendit, visus nunquam est ;
 sic vitâ vacat.

Scio aliter intelligendum videri
 posse, ut dicat Seneca semper va-
 care illos Priores, neque deesse
 ipsis otium, quo cum illis agamus ;
 sed non pœnitet me animi
 mei sententiam aperuisse. FABER.
 Qui fuerunt ante te, & excedere
 tamen vita coacti sunt. Senec. ep. 52.
 Quem, inquis, advocabo ? hunc
 an illum ? Tū vero ad priores re-
 vertere, qui vacant. SCHEFF.

(18) Abierunt] Ne quis re-
 prehendam Phædrum, meminisse
 necesse est, non claudicare iam-
 bicum. Quippe certum est fuisse
 olim in modulis syllabarum aliam
 rationem, quam quæ postea ob-
 tinuit. Penultimam enim ver-
 borum, quæ in erunt exeunt,
 brevem usurpabant. Varro de
 vino :

Hoc æguitudinem ad medendum
 invenerunt.

Iambicus trimeter est, ut & pro-
 xime superiores. Ita Terentius :

- - - Quam nunc acturi sumus,
 Menandri Eunuchum postquam
 Ediles emerunt.

Item Virgilius :

Matri longa decem tulerunt fa-
 stidia menses.

Item : Obstupui, steteruntque co-
 mæ &c.

Ad quem locum qui tantos plau-
 sus edunt, quasi Virgilius pro-
 nuntiationi vim attulerit, quo
 celeritatem intenderet, & subitum
 pavorem, admirationemque
 melius exprimeret, frustra inge-
 niosi sunt ; ubi nihil impetu, aut
 celeritate opus fuit. Alia exem-
 pla ex P. Syro afferre possum.
 FABER.

(19) Spiritum] Sic eleganter,
 ubi sermo est de molesta & mi-
 serabili vita. Livius 32. Perire
 ipsis semel satius, quam sub acer-
 bisimi carnificis arbitrio spiritum
 ducere. Tacit. 1. An. 22. Vos qui-
 dem his innocentibus & miseris
 lucem & spiritum reddidistis.
 SCHEFFERUS.

(20) Tibi dico] Cum indi-
 gnatione loquitur, & invehitur
 in avarum. Nam vult, se fabu-
 lam hanc attulisse, ut ostende-
 ret, quam misera stultaque avari
 sit vita ; continentque plane verba
 hæc usum fabulæ. Unde constat,
 imprudenter fecisse, qui a supe-
 rioribus divulserant. Aperte au-
 tem imitatus est Terentium, qui
 sic in Andria 4. sc. 5. Tibi ego
 dico, an non ? in Adel. 1. sc. 2. Hæc
 cum illi, Micio, dico, tibi dico. Si-
 milis est locus infra lib. 5. c. 10.
 SCHEFF. Terent. Eun. 2. 4. Tibi
 equidem dico. Et Ovid. Heroid.
 20. 153. Alterius Thalamo, tibi
 nos, tibi dicimus, exi.

(21) Thure

(77)
 Qui 21
 Qui 23
 Quem
 24 Opfo
 Qui,

(21) T
 Anul. A
 lom emi-
 rati Pr. ap
 SCHEFFER

(22)
 spectu &
 suationis
 nitet ve
 joris grat
 pud Plat
 nus in T
 est quide
 est absur

(23)
 morosi
 sione nur
 nrum eq
 citharam
 (24)
 natus el
 agrotant
 smus,
 caperet.

MEDI
 me
 ÆGR
 Pai
 ME
 Ebe
 fur
 FA
 Velut c
 Theoph.
 SCHEFFER

(77) Qui ²¹ thure superos, ipsum te ²² fraudas cibo,
 Qui ²³ tristis audis musicum citharæ sonum, 20
 Quem tibi arum macerat jocunditas,
²⁴ Opsoniorum pretia cui gemitum exprimunt:
 Qui, ²⁵ dum quadrantes ²⁶ aggeras ²⁷ patrimonio,
 Cœ-

(21) *Thure*] *Euclio apud Plaut.*
Aulul. Act. 1. sc. 8. Nunc ihuscule-
lans emi. Adde Theophrast. Cha-
raut. Præparci, & ibi Casaubonum.
 SCHEFFERUS.

(22) *Fraudas*] Optime, re-
 spectu & debiti naturalis, & per-
 suasionis propriæ velut circumve-
 nitet ventrem, commodi ma-
 joris gratia. Sic dictus *Euclio a-*
plaud. Plaut. Aul. 3. sc. 9. Lucianus
in Timone. Ridebas istos, qui
egri quidem sibi subtraherent, quod
est absurdissimum. SCHEFF.

(23) *Tristis*] Nam & natura
 morosi sunt, & sonum ex colli-
 sione nummorum, sicut ille hin-
 norum equorum, libentius, quam
 citharam audiunt. SCHEFF.

(24) *Opsoniorum pretia*] Inde
 natus est ille facetissimus avari
 agrotantis cum medico dialogi-
 smus, suadente ut aliquid cibi
 caperet. Hor. Sat. III. lib. II.

MEDIC. Tu cessas? agedum su-
 me hoc ptisanarium oryxæ.

ÆGROT. Quanti emet? MED.

Parvo. ÆGR. Quanti ergo?

MED. Octo asibus. ÆGR.

Eheu, Quid refert morbo an

furtis, pereamne rapinis?

FABER.

Velut cara nimis essent. Vide
Theophr. & Plautum dicto loco.
 SCHEFFERUS.

(25) *Dum quadrantes aggeras*] Non dubitas perjurare, dum pa-
 trimonium conduplices modò.
 Plaut. Epid. act. 3. sc. 2. SCHOPP.
 Sub. modo. Dummodo hoc fa-
 cias. *Quadrantes* ponit pro num-
 mis minimis, ut sit sensus, ta-
 lem vel oboli gratia perjuriùm
 committere. Est & hoc, ut cæ-
 tera, ex characteribus avari.
 SCHEFF.

(26) *Aggeras*] Accumules,
 & sic majus facias, vide Conf.
 D. Loccenium, Socerum meum
 charissimum, in *Ind. Curt.* Puto
 autem Noltrum *aggeres* scripsisse.
 Terent. Phor. 5. sc. 2. *Dum prosum*
tibi, & sic semper. SCHEFF. Nulla
 est opus correptione, nam ab *agge-*
re non *aggerare* videtur vox hæc
 deducenda. Sic fab. 80. dixit for-
 mica: *Ego granum in hienem*
cum studiose congero. Sic eodem
 sensu Petron. cap. 44. *Exstruere*
divitias. Et Horat. 2. Od. 3. *Et*
exstructis in altum divitiis potie-
tur hæres.

(27) *Patrimonio*] Proprie illa
 bona, quæ a Parentibus hæredi-
 date ad nos redierunt, dici me-
 rentur, sed & quodcumque ex
 quæstu & opere nostro vel aliunde
 obvenit, eo nomine denotatur.
 Sic apud Justin. 14. c. 3. de mili-
 tibus: *Post damna patrimonio-*
rum,

28 Coelum 29 fatigas 30 sordido perjurio,
 Qui 31 circumcidis omnem impensam funeris, 25
 32 Libitina 33 ne quid 34 de tuo faciat 35 lucrum.

FAB.

rum, & post conjugēs amissas.
 Quem locum recte constituit &
 explicat decus & præsidium no-
 strum Celeb. Grævius. apud Hy-
 gin. fab. 195. Arion, per artem
 magnum patrimonium acquisisse,
 narratur. ubi vide Munker.

(28) *Cælum fatigat*] Jovem
 Deum. Petron. Nemo cælum pu-
 rat. Vide Frag. Tragur. p. 10. ibi-
 que notas nostras. SCHEF. Lege
 cellam fatigas sordida penuria,
 vel album fatigas sordida penu-
 ria. Horat. 1. Sat. 1. Ne se penu-
 ria victus opprimeret metuebat.
 HEINSIUS.

(29) *Fatigas*] Scio, quid hic
 dicat Rittershusius. Sed puto Vir-
 giliam respexisse, qui sic lib. 1.
 Æn. de Junone:

*Qua mare nunc terrasque metu
 cælumque fatigat.*

Servius: *Fatigat*; pro exerceo,
 sollicitat, commovet. Sensus est,
 talem non curare, licet Deos
 ipsos ita sibi faciat iratos. v. Ju-
 ven. Sat. 13. SCHEF.

(30) *Sordido*] Suspectus pos-
 sit esse locus hic, cum impium
 sit potius perjurium. Sed videtur
 illud intelligere, quod sit ob rem
 levem, vilem, sordidamque, i. e.
 avaritiam. Solent nempe avari,
 etiam minimæ pecuniolæ cau-
 sa pejerare. Juvenal. Sat. 14. v.
 218. de avaro loquens; Falsus
 erit testis, vendet perjuriam summa
 exigua. Sic alii, ut non putem,

aliquid hic mutandum. SCHEF.

(31) *Circumcidis*] Removes,
 nullam impensam facis. Sic vi-
 num circumcidere, pro abstinere
 eo, dixit Celsus, ut Rittershu-
 sius notavit. Et sequitur omnem,
 itemque, ne quid de tuo SCHEF.

(32) *Libitina*] In Libitina
 templo venalia erant quæcunque
 ad sepulturam pertinebant. Quo
 respexisse Phædrum autumat
 Kirchmannus de Fun. Rom. 1. 9.
 PRASCHIUS. Seu ii, qui in
 templo ejus quæ ad funus essent
 necessaria, vendebant. Conf. Kirch-
 mann. 1. Fun. c. 9. & Meurf. Fun.
 c. 44. SCHEF.

(33) *Ne quid*] Legi quoque
 potuit, si ulla interpolatione u-
 lus est: ne qui de tuo, id est, ne
 quoquo modo lucrum faciat. Sed
 defendendum est veterem loquen-
 di rationem. Si quid facinus, &
 similia apud familiarem nostrum
 Plautum, sic quid nomen, id no-
 men, &c. quæ attingi in Suspe-
 ctis lectionibus. Quibus addas
 licet hoc ex Trucul. Act. 2. sc. 4.
 Sed quod ego facinus audivi ad-
 veniens tuum? Ex utroque MS.
 legendum: quid ego facinus. De
 tuo; eleganter, id est, tuo sum-
 tu. Plaut. Bacchid. Act. 1. sc. 1.

*Ego obsonabo; nam id flagitium,
 mea te gratia*

*Et operam dare mihi, & ad eam
 operam facere sumtum de tuo.*

Terent. Olet unguenta de mea.

Livius:

Livius:
 pendium
 ret, con-
 quisque
 Scitop
 quid lucr
 plisse, q
 pro lucr
 men lect
 ce Plaut
 facinus,
 Forte luc

Quid
 Quidd
 Æsopi

(1) f
 legendum
 editione
 galtius e
 relam pri
 tra bonu
 borum M
 recepta le
 poreit. F
 lectione v
 le senten
 cogitat, e
 cere. Sic
 nocere cog
 tatur. Sc
 (2) M
 tor, ego
 su sit lem

25
im.
FAB.

SCHEF.
emover,
Sic vi
abstinere
ittershu-
omnem,
SCHEF.

Libitinæ
ecunque
r. Quo
autumat
om. 1; 9.
qui in
us essent
of. & scrib-
ur. Fun.

quoque
trone u-
est, ne
ciat. Sed
loquen-
inus, &
nostrum
n, id no-
n Suspe-
s adas
c. 2. sc. 4.
diori ad-
que MS.
inus. De
tuo sum-
1. sc. 1.
agnum,

S ad eam
de tuo.
de mo.
Livius:

(77) Livius: Decerneret senatus ut stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset. Schoppius. Observa: Facere quid lucrum. Possit videri scriptisse, quod, ut sit lucrum quod, pro lucrum aliquod. Tuetur tamen lectionem veterem Schoppius ex Plauto; quem ait dicere, quid facinus, quid nomen. &c. SCHEF. Forte lucri, an quod lucrum. GUYE.

(34) De tuo] Ex re tua, tuis bonis. Plaut. Bach. 1. c. 1. & eam operam facere sumtum de tuo: & in Mene. De tuo istuc addis. SCHEFFERUS.

(35) Lucrum] In sententiam Rittershusii discedo legentis, lucri; etsi sciam vulgatam lectionem posse stare ex Plauto. FABER. Rittershusius, & post eum Faber, mallent lucri. SCHEFFERUS.

F A B. XX.

Phædrus.

Quid 1 judicare cogitet livor 2 modo,
Licet dissimulet, pulchre tamen intelligo.
Quidquid putabit esse 3 dignum memoriæ,
Æsopi dicet; si quid minus adriserit,

A

(1) Judicare cogitur] Plane legendum cogitet, ut in veteri editione scriptum fuit: sed Rigaltius è MS. Cod. hanc corruptelam primus protulit; quasi contra bonum sensum auctoritas librorum MSS. sequenda sit. Certe recepta lectione nil nequius fingi potest. FABER. Sic edimus ex lectione veteri, cum & Faber eam & sententia ipsius loci tueantur; arguit, est mediterur, quarat facere. Sic Cicero 3. Off. Qui alteri nocere cogitat, &c. Rigalt. cogitatur. SCHEFFER.

(2) Modo] Jungunt voci livor, ego posteriori licet ad socio, ut sit lenius; licet modo, sive

nunc dissimulet, etiamsi non statim indicet, dum vivo & scribo, faciet olim. Terent. Adel. Act. 3. sc. 1.

Modo dolores mea tus occipiunt primulum.
Donatus, evidenter hic modo, temporis adverbium est. SCHEF.

(3) Dignum memoria] Sic locutos plures veterum ostendit Bangius Obs. Phil. 2. p. 337. & confirmat ratione Mariang. a Fano Ben. Auctar. Gram. Gros. p. 20: ut hic audiendum Rittershusium non putem. PRASCHIUS. Non audio Rittershusium hominis Thracensis hoc græcismum appellentem. Plautus Trin. 5. sc. 2.

Non

A me 4 contendet fictum quovis pignore.
 Quem 5 volo refelli 6 jam nunc responso meo,
 Sive hoc ineptum, sive laudandum est opus,
 7 Invenit 8 ille, nostra perfecit manus.
 Sed exequamur coeptum propositi ordinem.

FAB.

Non ego sum salutis dignus. Cicero lib. 8. Att. Suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ valetudinis. Video & Præschium sic statuere, adductis Bangii & Mariangeli observationibus. SCHEFFERUS. Vide plura exempla hujus constructionis apud Nob. Heins. not. ad Ovid. 4. Trist. 3. 57. & Zinzerling. promul. critic. cap. 3.

(4) Contendit quovis pignore] Studium summum persuadendi notat. Catull. ep. 41. Quovis Sabinum pignore esse contendant, quem locum opportune adduxit Rittershusius. SCHEFF.

(5) Volo] Bene. Frag. Petronii: omne genus volo sit circa cineres meos, & vinearum largiter. Plaut. Bach. 4. sc. 4. Res ita est, dici volo. Cic. Att. 11. Misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret. Volo enim eum divulgari. SCHEFF.

(6) Jam nunc] Statim. Virg. 1. Georg. 9.

Et votis jam nunc assuesce vacari. SCHEFF.

(7) Invenit ille] Sic de Homero & Virgilio, & fere in universum de Græcis & Latinis eruditi judicant. De Philippo Mac. & Alexandro M. Epitomator Trogi 9, 8, 2. Imperii fundamenta pater jecit, operis totius gloriam filius consummavit. Nimirum, ne uno omnem gloriam occupante, vel insolentia sequeretur, vel alia virtutis præmio excluderetur, sic omnia dispensat rerum gubernator, ut in partem gloriæ plures veniant, nemoque unus eidem operi primam ultimamque manum imponat. Quæ res litterarum studiosos ad industriam, & spem, & judicium in deligendo certo studiorum genere excitare debet. Conf. Seneca Nat. Qu. 7. 31. PRASCHIUS.

(8) Ille] Æsopus. Similia his alibi inculcat. SCHEFF.

HO

Quo pa
Circu

(1) H
 plicatus c
 Hædō γ' è
 ἀπασιν ἀ
 τῶν. T
 ῶδε μὲν
 ἀνάλωσται
 ται. Sub
 machi car
 reddidi:

Omnia,
 m
 Quæ
 flo
 Proximus
 m
 Hæp
 in
 qua sum
 cu
 Excep
 sol

(1) In
 intelligend
 tur iis, c
 Plautus in
 se habet.
 SCHEFFER

(1) Homo

(2) Eg

(78) F A B. XXI.

Naufragium Simonidis.

HOMO doctus in se semper divitias habet.
 Simonides qui scripsit 2 egregium melos,
 Quo paupertatem sustineret facilius,
 Circumire coepit urbes Asiae nobiles,

Mer-

(1) *Homo doctus in se*] Explicatio cum Hipparcho dixeris: Πολύ γ' ἐστὶ κτήμα τιμωτάτων ἀπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ τῆν τέχνη. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος καὶ μεταβολαὶ τύχης ἀνάλωσαν, ἢ τέχνη δὲ σώζεται. Subscribam elegans Callimachi carmen, quod sic Latine mēdi:

Omnia, quæ demens impendi criminibus olim,

Quam flavo spirans unguine floris odor,

Protinus efflarunt animam: quæ molle palatum

Hausit, & ingrati ventris ad ima tulit,

Quæ sumsi periere die. Quæcunque sed aures

Excepere, manent integra sola mihi. PRASC.

(1) *In se*] Philosophice hoc intelligendum, quatenus opponatur iis, quæ sunt extra nos. Ita Plautus in *Amph.* Virtus omnia in se habet. Vide Stoicos passim. SCHEFFERUS.

(2) *Egregium melos*] Unde

hunc scriptorem maximi semper fecit Plato & ob carminum bonitatem, & ob exquisitam sapientiam. Sane ex reliquis, quæ hodieque supersunt, cuivis facile ad intelligendum est, non vanam fuisse hominis gloriam. Ejus luculenta aliquot fragmenta inter lyricorum reliquias leguntur. FABER. Carmen. Bonum vult fuisse Poëtam. Et sic olim judicarunt Plato, atque alii de eo. Vide Gyraldum. SCHEFFERUS. *Egrefia μέλι.* Scribendum videtur *egrefia mele*, ut *Theffala tempe, grandia cete* &c. GUIETUS. Hinc Simonides *Melicus* Plinio lib. 7, cap. 56. Et a Victorino Simonides *Elegus*. Vid. doctissimum Muncker. ad Hygin. fab. 277.

(3) *Circumire*] Proprie de iis, qui incerto & instabili vivendi genere utuntur, ut fere mendici. Vel qui quovis modo quærunt aliquid, aut impetrare cupiunt. Sic Cic. ad Att. *Antonii consilia narrabat, illum circumire veteranos.* Tacit. 2. An. 20. *Libo circumire*

4 Mercede accepta laudem 5 victorum canens. 5
 Hoc genere quæstus postquam locuples factus est,
 Venire in patriam voluit 6 cursu pelagio.

(Erat

cum ire demos, orare ad fines.
Fragm. Petron. p. 25. Puer circum-
cumbat jam dudum pedes nostros,
Et missionem rogabat. Circum-
ire urbes, est ire circum urbes.
 SCHEFFERUS.

(4) Mercede accepta] In eam rem festivissima historia est apud Aristotelem lib. III. Rhetoricorum cap. II. Ea sic se habet: Rerulerat nescio quis victoriam mulari curriculo (nam mulabus quoque decus erat, ut in certaminibus sacris decurrerent.) Is cum Simonidem orasset ut scripto odario victoriae suae honorem consecraret, neque tamen merces, quam offerebat, satis ampla videretur, negavit Simonides posse se quidquam in mulas scribere, quippe quæ satis materiam condendo carmini non præberent. Ille enim vero gloriae avidus, & jam immortalitatis fiducia plenus, si quid de se à Simonide scriptum foret, hominem pretio uberiore aggreditur, instat, urget, mox plura, dein etiam plura, denique quantum satis esset, addidit. Tum Simonides canere cœpit carmen, cuius initium erat, Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρεις ἵππων. Verba Aristotelis sunt: Σιμωνίδης, ὅτε μὲν ἐδίδα μισθὸν ὀλίγον αὐτῷ ὁ νικῆσας τοῖς ὀρεῦσιν, οὐκ ἤθελε ποιεῖν ὡς δυσχαίρων εἰς

ἡμίονος, ποιεῖν. ἐπεὶ δ' ἰκάνων ἔδωκεν, ἐποίησε,

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρεις ἵππων. FABER.

De qua, laudante Fabro, extat exemplum apud Aristotelem 2. Rhet. 2. Id quod ante quoque Rittershusius notaverat. Mallet Heinsius, pacta scribere, quia patet ex seqq. c. 24. non accepisse mercedem, nisi verbis jam confectis. SCHEFFER. Lege, mercede pacta. Justin. lib. 8. 5. Alexander inter prima initia regni bellum ab Illyriis pacta mercede redemit. Diæty Cretens. Rhesus pacta mercede, cum magnis Thracum copiis adventabat. Et lib. 6. Per idem tempus Ulysses Cretam appulsus, & duabus Phœnicum navibus, mercede iis pacta exceptus. Vulgo pessime legitur, mercedis pacto acceptis. Livius 24. 49. ex emendatione Gronovii: eadem mercede qua pacta cum Carthaginensibus erat. Et 44. 26. Mercedem pactam operiens. Juvenal. 4. 33. Vendere municipes pacta mercede Silituros, ita enim ibi legendum. A. Gellius 5. 10. Lis inter eos & controversia super pacta mercede hæc fuit. HEINSIUS.

(5) Victorum] In ludis Olympicis Græcorum. SCHEF.

(6) Cursu pelagio] Sic Val. Flaccus 1. Arg. Et dedit aquorcos celo duce tendere cursus. SCHEF.

(7) In

Erat a
 Ascen
 Simul &
 Hi 10. 70.
 11 Subli
 Simonid
 13 Mecu

(7) In
 ad Horat
 cea retr.

id est, Sim
 ten Horat
 beam, cu
 pones non
 ficiens Ca
 Mastius

FABER:
 Co. Et sic
 no, Elia
 pal Ptol
 aliterant. S
 manus. Sc
 Phœci era
 lia & apu
 169. relcri

(8) Asc
 HEINSIUS.

(9) Diss
 vibus temp
 untezi dic
 oppositum
 caris secu
 de Milit. Na
 caribus,

Ne teme
 tu

lege, diss

(10) Z
 que coha
 nam verfi

(78) (Erat autem natus, ut ajunt, in 7 Ceo insula)
 Ascendit navem, quam tempeftas horrida,
 Simul & vetuftas medio 9 diffolvit mari. 10
 Hi 10 zonas, illi res pretiofas colligunt,
 11 Subfidium vitæ: quidam 12 curiofior,
 Simonide, tu ex opibus nil fumis tuis?
 13 Mecum, inquit, mea funt cuncta. Tunc pauci
 14 enatant, Quia

(7) *In Ceo insula*] Unde il-
 lod Horatii:

Cea retractes munera nania,
 est, *Simonideæ.* Intelligit au-
 tem Horatius eum Simonidis li-
 berum, cui ἠπύροι seu lamenta-
 tiones nomen erat; ad quem re-
 spiciens Catullus dixit:

Mæstius lacrymis Simonideis.
 FABER. *Rittershusius* emendat
ea. Et sic scribitur *Straboni,* *Pli-*
ni, *Æliano,* licet sint, qui a-
 pud *Ptolemaum* altero modo legi
 videntur. Sed is nunc non est ad
 præsens. SCHEFFERUS. In V. C.
 præterea erat *Sithia.* Lege, *Cea.*
 ita & apud *Ovidium Metam.* 7.
 469. referribendum docui. HEINSIUS.

(8) *Ascendit*] Lege, *ascendit.*
 HEINSIUS.

(9) *Dissolvit*] Proprie de na-
 vibus tempeftate fractis, quia &
 cunctæ dicuntur, cujus hoc est
 appositum. Dicam amplius in
 præterea secundis librorum meorum
 de *Milit. Navali.* *Ovid.* 4. el. 7. de
 navibus,

Ne temere in mediis dissolvantur
aquis. SCHEFF.

Lege, *dissolvunt.* HEINSIUS.

(10) *Zonas*] Hæc hiulca sunt,
 etque cohærent. Exciderit mini-
 mum versus unus. MÆRSIUS.

In quibus repositam habebant o-
 lim pecuniam, ut hodieque fit
 ab Hungaris, vicinisque ipsorum.
 Memiit *Horatius* 2. ep. 2 & *Gel-*
lius 15. cap. 12. ut ostendit *Rit-*
tershusius, quibus possunt addi
Suet. Vitell. c. 16. *Apulejus* 7. *A-*
fini, & simillimus huic locus *Ju-*
venalis Sat. 14. SCHEFF. Forte,
 hi zonas & illi res pretiofas colligunt,
 in zonis enim pecunia
 & res pretiofæ recondebantur.
 HEINSIUS.

(11) *Subsidium*] Pro, in sub-
 sidium, ut subsidium aliquod
 haberent. Sic *Tacitus* 1. *Ann.* 3.
Augustus subsidia dominationi Cl.
Marcellum curuli adilitate, M.
Agrippam geminatis consulatibus
exiulit. SCHEFF.

(12) *Curiofior*] Supple, con-
 versus ad *Simonidem* ait, *curio-*
fior; proprie, sic enim vocantur,
 qui solliciti sunt de aliis. *Plaut.*
Stich. A. 2. sc. 1.

Sed curiosi sunt hic complures
mali;

Alienas res qui curant studio
maximo. SCHEFF.

(13) *Mecum*] Apud me. O-
 ptime. Respexit *Virgilium* suum
 qui sic 4. *Æn.* *Mecum erit ista*
labor. Etiam *Terentius* hoc modo

R in

Quia plures onere degravati ¹⁵ perierunt,
 Prædones adsunt, rapiunt, quod quisque ¹⁶ extulit,
 Nudos relinquunt. Forte Clazomene prope
 Antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi,
 Hic literarum quidam studio deditus,
¹⁷ Simonidis qui sæpe versus legerat, 20
 Eratque absentis admirator maximus,
¹⁸ Sermone ab ipso cognitum cupidissime
 Ad se recepit, veste, nummis, familia
¹⁹ Hominem ²⁰ exornavit. Cæteri ²¹ tabulam suam
²² Portant, rogantes victum. Quos casu obvius ²⁵
Simo-

in *Adel. 4. sc. 2.* SCHEF. V. sup
 ad lib. 2. fab. 5.

(14) *Enatant*] Bene, ut de
 naufragis, cum miserum eorum
 statum exprimat. SCHEF.

(15) *Perierant*] Lege, *Perie-*
runt. HEINS. Et ita Gujetus.

(16) *Extulit*] E mari scilicet,
 ac naufragio. Absolute. Cicero 7.
ep. 18. Jam ista tua culpa est,
qui verocundiam tecum extuleris,
& non hic nobiscum reliqueris.
 SCHEFFERUS.

(17) *Simonidis*] Lege, *Simo-*
nidi, pro, *Simonidei.* Sic Aulon.
Musa Simonidei; sic Achillei,
Ulyssæi & Achillei. &c. HEINS.

(18) *Sermone ab ipso*] Vulgo
 ajunt, *ex ipso.* Sed hic rursus
 locutus cum *Virgilio* videtur, qui
Æn. 2. Crimine ab uno disce om-
nes: ipso est emphaticum, vult,
 priusquam indicaret nomen suum,
 cognitum fuisse. SCHEF.

(19) *Hominem*] Ut *supra* 2.
 c. 3. ubi vide. SCHEF.

(20) *Exornavit*] Instruxit.
Plin. lib. 30. cap. 1. Ostantes, co-

mitatu ejus exornatus. Cicero sic
 simplici est usus in *Cat. 2. Tu*
avis, tu adificis, tu argento, tu
familia, tu rebus omnibus ornatus
sis. SCHEF.

(21) *Tabulam suam*] Nau-
 fragii, in qua depictum suum
 habebant casum. Videatur *Ju-*
venal. Sat. 12. Persius Sat. 1.
 SCHEFFERUS. V. Lambin. &
 Torr. ad Horat. 1. Od. 5.

(22) *Porrigunt*] Scrib. *por-*
gunt per cethlipsin. Virg. *Æn.*
 8, 274.

Cingite fronde comas, & pocula
porrigite dextris.

Serv. ad *Æn. 1.* ait, *porrigere esse*
 Ennianum: quo usus etiam Ci-
 cero in Arato. Sed alio sensu Lu-
 cret. lib. 1.

Religionum animos nodis exsul-
vere porro:

Si recipimus Giphanii lectionem,
 cujus indicem vide voc. *porri-*
 Locus Juvenalis, ad quem re-
 spicit Rittershusius, de istoc
 porrigendæ tabulæ more, extat
 Sat. 14, 302. Adde Pers. Sat. 1.
 89.

Simonides ut vidit: 23 dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta; vos quod 24 rapuistis, perIt.

19. PRASCHIUS. Veteres ed. portigunt, ex quo Ursinus con-
tracte portigunt, quod placet præ-
terito. Idem suspicari etiam Hein-
sium & Gronovium iuxta iplo-
nem me docuerunt, accedit his
etiam Buchnerus SCHEF. Por-
tigit vero præfert Gudius.

(23) Dixi] Interrogatio est:
pro, nonne dixi? Sic Terentius
etiam loquitur. PRASC. Non
est interrogativum, quod non-
certo putat, sed plane illud,
quod & Germani mei sic effe-
runt: Ich sagte es wohl, ich hätte
es bei mir bey mir. Tacitam
continet exprobrationem. Plaut.

in Asia, 5. si. 1. Dicebam pater,
ne matri consuleres male. Senec.
Apocal. Dicebam vobis, non sem-
per Saturnalia erunt. Ausonius
epig. 13.

Dicebam tibi, Gallia, senesci-
mus. SCHEF.

Ita Ovid. l. Amor. 14. Dicebam,
medicare tuos desiste capillos. Pro-
pert. 1. 9. Dicebam tibi venturos,
irrisor, amores. Ubi vide quæ no-
tat Passeratius.

(24) Rapuistis] Sic loquitur
ad innuendam festinationem in
eo negotio; supra dixerat, colligi-
gunt res pretiosas: item nihil su-
mis &c. SCHEFFERUS.

(79) F A B. XXII.

Mons parturiens.

Mons parturibat, gemitus immanes 2 ciens;
Eratque in terris maxima 3 expectatio.

At

(1) Mons parturibat] Terram
in montis locum surrogat Ano-
nimus fab. 25. Sed convenien-
tius est de monte: quæ vox pro-
verbiali superlacione magnitudi-
nem significat. Hinc auri mon-
tas apud Plaut. Stich. 1, 1, 24. &
Terent. Ph. 1, 2, 18. ubi vide
Christom. Boecl. voc. aurum.
Et aque mons apud Æv. 1, 195.
Hinc explicandum nomen Aha-
bæ: ut præfertur Hieronymi

dicis monstrat non neminis ex
eruditorum familia liber, mox
fortasse proditurus, cui titulus:
Illustrans utrum Novæ Testamenti.
PRASCHIUS.

(2) Ciens] Imitatio Virgilia-
na Nam poëta Sic Georg. 3. de
tauro:

extremosque ciet gemitus - - -
SCHEFFERUS.

(3) Expectatio] Sic loquun-
tur in re, magnum & memo-
rabi-

4 At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
Qui magna quum 5 minaris, 6 extricas nihil.

rabilem eventum habitura. Curt. 3. c. 1. Circa Regem erat Phrygum turba, expectatione suspensa. Corn. Nep. Alcib. 7. Tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus consue- ret perinde, ac si solus advenisset. SCHEFFERUS.

(4) At ille] Ita habet ultima Rigaltii editio, Paris. An. 1630. excusa. Priores versus hunc habebant divisum in duos, adjectis asteriscis, tanquam quid deesset unicuique. Id perperam factum etiam Cl. Gronovius observavit in suis ad me litteris, & sic jungendum utrumque censuit. In edit. Rittershusii ante illa verba: at ille murem peperit, præmissum fuit, quid ille pareret, quod merito Rigaltius abjicit, rectissimeque Heinsius ex glossa, qua quis illud antecedens ex-

pectatio interpretatus fuerat, statum arbitratur. SCHEFF.

(5) Minaris] Id est, præterfers, polliceris, jactas &c. est autem imitatio Horatiana:

-- Multa & pulchra minantem.

Et alibi, Atqui vultus erat præclara & pulchra minantis. Ita et apud Homerum ἀπειλείν (quod vulgo minari est) pro ναυγασθῆναι sumitur, annotante Euthythio pag. MDCII. edit. Romanz. FABER.

(6) Extricas] Eleganter, ut notet producendi molestitiam, velut è vinculis. Id enim inquit hoc verbum, atque ita usurpavit iterum Horatius, quem pariter hinc, ut in præcedentibus, videri potest imitatus. Sic enim I. Sermon. Sat. 1.

Mercedem aut nummos unde extricat. -- SCHEFF.

(80) F A B. XXIII.

Formica & Musca.

Formica & musca 1 contendebant acriter,

Nilil agere quod non proffit fabella indicat] Omisus hic est versus Rigaltio, tanquam inutilis, præsertim cum in fine explicatio fabellæ sequatur, & sit ille ipse, qui supra allatus est lib. 3. c. 18.

SCHEFFERUS. Idem censet Nob. Heinsius.

(1) Contendebant] Absolute, i. e. certabant inter se. Virgil. ecl. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsin. SCHEFF. (2) Plu-

(80)
Quæ 2
Conferr
Ubi 3 in
Moron
In cap
Et matr
Labor

(2) Plu
Cicero
est nunc
est pr
SCHEFF.

(3) Inm
2. Div
molatier
latur m
terum im
viciniam
SCHEFF.

(4) Mor
Vid.
virgin. fab.

(5) Inter
2. sc. 5. I
gulari inter

(6) Tem
dalem hæ
not inter

tra omnia
ad sola
habet tar

are 2. sc. 3
nihil po

Quæ
sacrum
quam es
viro, el

SCHEFFERU

(7) In
cat. Qu
En. 7.

(2) Plu

(80) tibi,
cerat, r
ft, pr
as &c. e
ana:
inamtem.
s erat p
ris. Ita
eiv (quod
o uavp
ante Eulla
Romanz.
ganter, ut
estiam, ve
innuit hoc
surpavit ite
pariter hic
videri pot
n. 1. Ser
nos unde ex
HEF.
r,
Quæ
censet Nob
] Absol
e. Virgil.
victum fru
n. SCHEP.
(2) Plin

Quæ 2 pluris esset. Musca sic cœpit prior:
Conferre nostris tu potes te laudibus?
Ubi 3 immolatur, exta prægusto Deum,
Moror 5 inter aras, 6 templa, perlustro omnia. 5
In capite Regis sedeo, quum visum est mihi,
Et matronarum casta delibo 8 oscula,
Laboro nihil, atque 10 optimis rebus fruor.

Quid

(2) Pluris esset] Supple pro- Cicero pro Rosc. Multo plu- est nunc ager, quam tunc fuit, est, est pretiosior, & sic sæpe. SCHEP.
(3) Immolatur] Absolute. Ci- 2. Divin. Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, laetur aliis, aliis non litetur. Ceterum immolare dicimus, cum vicimam mola salsa conspergi- mus. SCHEP.
(4) Moror] Id est, habito, vid. doctif. Muncker. ad Terent. fab. 52.
(5) Inter] In aris. Plaut. Au- 2. sc. 5. Deinde egomet mecum agitare inter vias cecepi. SCHEP.
(6) Templa perlustro omnia] Mallem hæc distincte scribere, nec inter aras, templa, per- lustro omnia. Nam illud omnia, non ad sola refertur templa, vim non habet tantam. Plaut. in Mer- 2. sc. 3. Musca est meus pa- ter, nihil potest clam illum haberi. Sic sacrum, nec tam profanum ququam est, quin ibi illuc sit. perlustro, est inspicio, examino. SCHEFFERUS.
(7) In capite] Contemptum faciat. Quomodo apud Virgi- En. 7. Insultare capiti ha-

bemus. SCHEP.
(8) Oscula] Blande, pro pu- fillis oris. Imitatione Virgilii, qui 1. Aeneid. Oscula libavit nata. - - - Et 12. ejusdem operis; Summaque per galeam delibans oscula, fatur. Servius: delibare, summum oscu- lum dare, non pressum, sed sum- ma labella contingens. SCHEP.
(9) Laboro nihil] Nullam rem laboro, ab omni labore sum liber. Ita Tacitus Germ. 45. fru- menta fructus laborant. Cic. 16. ep. 4. Nihil laboro, nisi salvus sis. SCHEP. Malim nihil laboro. Sic statim nihil laboras. HEINS.
(10) Optimis rebus] Id est, delicatissimis, lautissimis; bonæ res dicuntur, quæcunque ad bene & laute vivendum faciunt: quo sensu P. Syrus dixit, bonarum rerum consuetudo pessima, & de Agesilao narrat C. Nep. c. ult. illum contempsisse splendida Re- gis Ægypti munera, & unguen- ta, coronas & secundas mensas servis dispertisse; addit postea: Quo facto, eum Barbari magis etiam contemserunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumfisse arbitrabantur.

Quid horum simile tibi contingit, ¹¹ rustica?

¹² Est gloriosus sane convictus Deum,

Sed illi, qui invitatur, non qui invisus est.

Reges commemoras, & matronarum oscula;

Ego granum ¹³ in hiemem quum studiose congero,

Te circa ¹⁴ murum video pasci stercore.

Aras frequentas, nempe abigeris, ¹⁵ quo venis, ¹⁵

Nihil laboras, ideo, quum opus est, nil habes,

¹⁶ Superba jactas, tegere quod debet pudor.

Æstate me laceffis; quum bruma est, files.

Mori ¹⁷ contractam quum te cogunt frigora,

(11) *Rustica*] Quare sic appeller Phædrus, ostendit Rigaltius, ex illo Artemidori 1, 26.

γῆς τε γὰρ εἰσι παιδες, καὶ εἰς τὴν γῆν καταδύονται. PRASC. Tangit genus vite ejus, quasi diceret, tu ruri agis, ego in oppidis, aulis, templis, ubi omnia longe meliora. Scio aliter exponere *Rigaltiam*, sed hoc convenit cum textu. SCHEF. Quamquam Schefferi interpretationem non repudio, nescio tamen num rectius, hic *rustica* dicatur formica, quod plane a bonis illis rebus abhorreret, & nihil voluptatis gratia admitteret. Sic Græci tales homines ἀνωσθήτους, dicebant, qualem Ægyptii censebant esse Agefilaum. V. Buch. ad d. l. C. Nepotis, & Bosii indicem in voce *bonus*. Vide tamen supr. ad fab. 63.

(12) *Est gloriosus*] Responso formica. Sic Cic. *magnificum, & gloriosum*, sæpe. SCHEF.

(13) *In hiemem*] Hyemis causa. SCHEF. Sic Terent. Andr.

2. 2. *Olera & pisciculos minuis ferre obolo in cœnam*. Et Adelph. 3. 3. *Dare in suntum*.

(14) *Murum*] Id est, domum in plateis. HEINSIUS. Forte *in viam*. V. sup. fab. 27.

(15) *Quo venis*] Rittershusius ait poni, pro *illuc unde venisti*. Non admitto, nam est aliud *venis*, & aliud *venisti*. Itaque illud *quo* interpretor *quoquoque*, in quemcumque locum *venis*, nemo te fert, sed abigeris. Imo potius pro *quo*, scribo *quum*, i. e. cum. Hoc autem, seu quando *venis* ad ea loca, abigeris: nihil certius. SCHEF.

(16) *Superba*] Sc. quod seddeas in capite Regis, & delibes oscula. SCHEF. V. C. Pithæi: *super etiam jactas, tegere quod debes, pudor*. Lege, *super & jam*, (vel *hoc*) *jactas tegere quod debes pudor*. HEINSIUS.

(17) *Contractam*] Inertem & inhabilem factam ad volandum a frigore. Imitatio Virgiliti ex lib. 4. *Georg.* ubi de apibus:

Ignor

Me 1

Satis p

Fab

Eorum

Et qu

Ignor

quangua

lum frig

morbus,

eo affici

non cont

Me

Nostrum

dubito,

Virgiliti lo

quædam

Solent ur

nibus, q

agua frig

tant. Et

est maxim

contracta

Timor co

Quar

Q Dix

A supe

1 Simo

2 Victo

(1) Si

Rittersh.

tractandis

sem exig

tu. Vid

Me 18 copiosa recipit incolumem domus.

20

Satis profecto 19 retudi superbiam.

Fabella 20 talis hominum discernit 21 notas

Eorum, qui se falsis ornant laudibus,

Et quorum virtus exhibet solidum decus.

Ignavaeque fame, & contractio frigore pigra.

quanquam cum hic sit contractum frigus dictum, ut contractus morbus, quem contrahimus, cum eo afficiuntur, plane censeam, non contractam, sed contracta. Nostrium scripsisse. Non enim dobito, quin respexerit dictum Virgilii locum. SCHEFF.

Recte contractam legitur. Columel. 6. 16. Solent neglecta ulcera scatere veribus, quasi mane perfundantur aqua frigida, rigore contracti decidunt. Et 9. 13. Nec non ille morbus est maxime conspicuus, qui horridas contractasque carpit. Gell. 9. 16. Timor contractit sanguinem, pu-

dor diffundit. HINSIUS.

(18) Copiosa] Omni rerum copia instructa. SCHEFF.

(19) Retudi superbiam] Plures utrobique rationes suggerit Anonym fab 36. PRASE

(20) Talis] I. e. hæc. SCHEFF.

(21) Notas] Signa, indicia, characteres. Senec. ep. 96. signa cujusque virtutis & vitii, ac notas reddentem. Et 52. Nos ex illa prima nota non sumus. Hinc notatio, apud Auct. ad Heren. Notatio est, cum alicujus natura certis describitur signis, quæ sicuti nota quedam, natura sunt attributa. SCHEFFERUS.

(81) F A B. XXIV.

Simonides à Diis servatus.

Quantum valerent inter homines literæ,

Dixi superius: quantus nunc illis honos.

A superis sit tributus, tradam memoriæ.

1 Simonides idem ille, de quo rettuli,

2 Victoris laudem 3 cuidam pyctæ ut scriberet 5.

Certo

(1) Simonides] De hoc multa Bittersh. ad fab. 78. Is fuit, qui tractandis rebus, quæ miserationem exigunt, excelluisse creditur. Vid. Voss. Comm. Rhet. 2,

10, 5. Fuit σύγγραφος Theognidi Megareusi: a quo etiam in Gnomis appellatur. PRASCHIUS.

(2) Victoris laudem] Talem, qualis victoribus tribui solebat.

Certo 4 condixit pretio: 5 secretum 6 petIt.
7 Exigua cum frenaret materia impetum,

Ufus

qui vicissent in spectaculo solenni, & reperiuntur plures apud *Pindarum* poetam. Quamquam ego mallem scribere *victori*, & ad *picta* referre. Qua in sententia cum nunc esse videam & maximum *Gronovium* ex ipsius observationum editione postrema pag. 682. vehementer mihi gaudeo. SCHEFF.

(3) *Cuidam picta*] Pseudo Cl. Ursino nostro, qui leg. *Pyllæ*. *Pyllæ* Græcis pugil est: qua voce ex Latinis quoque utitur Plin. Hist. Nat. 7, 47. Quem *Pyllam* Phædrus, eundem *pugilem coronatum* nominat Fabius, qui præter Cic. & Val. Max. laudatos Rittershusio, hanc fabulam recitat Inst. Or. II, 2. PRASC. Id est, pugili. Pessime in edit. Ric. *pille*, pro *ornate*, inquit. Sed aliud agebat. Ceterum hæc historia fuscæ & κατὰ πλάτος à Quintiliano narratur lib. XI. 11. Operæ pretium erit legere. Ibi pro *Gronone*, restitue *Cranone*. In Thessalia enim *Cranon*. FABER. Pugili. Et sic *Columella*, *Seneca*, *Plinius* usurparunt, ut notavit optime *Rigaltius*, qui & isto modo primus ex codicibus bonis edidit. SCHEFF. Nomen ante homini fuit *Scopas*, fortunato & nobili *Cranone* in Thessalia. Cicero de Orat. 2, 86. ubi hanc historiam narrat, & Val. Max. 1, 8, 7. FREINSHEMIUS.

(4) *Condixit*] Ne te moveat Rittershusii editio, in qua scri-

ptum *conduxit*, quod & in Notis expositum ab eo est: nam corruptum codicem sequebatur Rittershusius. FABER. Nil hic nos moratur *Rittershusius*, qui pravo codice est usus: *condicere* significat promittere petenti. Cic. 1. ep. fam. Nam cum mihi condixisset, canavit apud me. SCHEFF.

(5) *Secretum*] Locum solitariū intelligit, meditationi ac carminibus aptum. Vide quæ scripsi in *de Stylo* cap. 13. SCHEFF. Quod meditantium portus & asylum est. Ideo dicitur in *Andria* 2, 4, 2. *Venit meditatus alicunde ex loco solo*. *Secretum* poetarum sigillatim, describit Auctor *Dial. de causis corrup. eloq. c. 12.* & attingit Plin. lib. IX ep. 10. *Oratorum Quintil. Inst. Or. 10, 3.* Epicuri aliorumque Philosophorum P. Gassend. *Vit. Epic. 7, 6.* Digni, qui legantur, isti loci, tam ob suavitatem, quam opinionum discrepantiam: siquidem alii hortos ac nemora, alii clausum cubiculum meditantibus commendant. PRASC.

(6) *Petit*] Mallem, *petit*, ut *cap. sup. 21. perIt*, quomodo jam olim voluit & Rittershusius. Nam & reliqua efferuntur isto tempore. SCHEFF.

(7) *Exigua cum frenaret*] Cohiberet materia, propter suam exiguitatem, ut libero impetu non posset evagari, sicut alias erat fuerus in argumento amplo. Cicero *Ver. 5.* *Ejus animum conscientia sceleris frenabat.* SCHEFF.

(8) Poeta

Ufus s
10 Atq
13 Auc
15 Opu
Accepi
illi, in

(8) I
hic, lice
giur ea
qua talis
mutandu
poeta. Sc
moris lice

(9) I
gunt illu
mallem
& referre

(10)
hendum.

(11)
quæ prop
labat. Ita
quid dicit

Interp

(12)
iocusp88
in Actis A
locem &
muni noi
Fur. Senec
dicuntur
laride:
le, viven
dum in D
tis. Jud
Inst. Or.
cubarent
ter ad ge
Lodæ fide
fuerunt si
Castor & I

Ufus ⁸ poetæ, ⁹ ut moris est, licentia,
¹⁰ Atque ¹¹ interposuit gemina ¹² Ledaë sidera,
¹³ Auctoritatem similis ¹⁴ referens gloriæ. 15
¹⁵ Opus adprobavit: sed mercedis tertiam
Accepit partem. Quum ¹⁶ reliquum posceret,
Illi, inquit, ¹⁷ reddent, quorum sunt ¹⁸ laudis duæ.

Ve-

(8) *Poeta moris*] Cohærent hic, *licentia Poetae*, quæ intelligitur ea quam habet, ut poeta, quæ talis est. Si quid autem hic mutandum, pro *poeta* scriberem, *poeta*. SCHEFF. Lege, *Poetici est moris licentia*. HEINSIUS.

(9) *Ut moris est*] Coniungunt illud est præcedenti ut. Ego mallem adungere sequentibus, & referre ad *usus*. SCHEFF.

(10) *Atque*] *Apte* hic scribendum. GUYETUS.

(11) *Interposuit*] Inter ea, quæ proprie argumentum postulat. Ita supra: *interponere aliquid dicitorum lib. 2. cap. 1. Cato*. Interpone tuis nonnunquam gaudia curis. SCHEFF.

(12) *Ledaë sidera*] Intelligit *Castor & Pollux* (ita vocantur etiam in Actis Apostolicis 28, 11.) *Pollucem* & *Castorem*: qui & communi nomine *Castores*. In *Herc. Fur. Senecæ act. 1. v. 13*. Junoni dicuntur *clara gemini signa Tyn-darida*: sed illo quidem loco male, viventibus adhuc ipsis, necdum in Deorum numerum relatis. Judicium est magni Vossii *last. Or. 5, 11, 7. PRASC.* Non cohærent hæc, sed *sidera* pertinet ad *gemina*. Non enim erant *Ledaë sidera*, sed filii, qui simul fuerunt *sidera*, *Gemini*, itemque *Castor & Pollux* vocata. Vide *Ma-*

nilium, Hyginum & alios. SCHEFF.

(13) *Auctoritatem*] Hoc vult: retulisse *Simonidem*, quæ de simili *Castoris & Pollucis* victoria memorantur, ac per comparisonem istam cum hac victoria, auctoritatem fecisse majorem illi. SCHEFF.

(14) *Referens*] Commemorans; de narrantibus, proprie. Ita *sup l. 3. talem tum fabellam retulit. SCHEFF.*

(15) *Opus adprobavit*] Scilicet *Simonides* illi, qui sub certa mercede id ab eo exegerat. *Sollennia* verba, sicut *Rittershusius & Briffonius* observant. *Vitruv. 9. c. 3. Hiero coronam immmani pretio locavit faciendam, & aurum ad sacoma rependit redemptori. Is ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbavit. SCHEFF.* Conductores approbabant, qui locaverant probabant. Unde male *Guyetus* hæc verba ad *Pyctam* refert, cum *Schefferus* recte ad *Simonidem* pertinere vidit. Vide *Gronov. ad Senec. Natur. quæst. 7. 16. Budæum in Nor. posterior. ad Pandect. ad L. 7. §. 2. ff. ad L. Jul. repetund.*

(16) *Reliquam*] Forte legendum, *cumque reliquum. HEINS.*

(17) *Reddent*] Optime, nec quidquam muto, remittit *Simonidem* ad eos, velut debitores ad solvendum paratos. SCHEFF.

(18) *Laudes duæ*] Mendum

19 Verum ne 20 irate dimissum te sentiam,
Ad cœnam mihi 21 promitte, cognatos volo 15
Hodie invitare, 22 quorum es in numero mihi.

Frau-

scdissimum, & à nemine tamen, quod mecum mireris, animadvertsum, lege & distingue: Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudes, duo. Illi duo, quorum laudes sunt à te expositæ, solvent quod pretio deest. Quintilianus in hac ipsa historia: *Quamobrem partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, jubebatur.* Notandum autem arbitror quod ab eodem scriptore contra receptam de Tyndaridarum miraculo opinionem scriptam est. En tibi hominis verba: *Quamquam, inquit, totum illud de Tyndaridis fabulosum videtur, neque omnino hujus rei meminit poeta, non taciturnus de tanta sua gloria.* Unde igitur, & quorsum tam late divagata illa fama est? nam passim hæc legas. Sed heus tu, necis illud Lucretii, nimis, ô nimis verum?

*Ideo jactant miracula dictis,
Aut aliqua ratione alia ducuntur, ut omne*

*Humanum genus est avidum nimis
atericularum.* FABER.

Quid? an ergo numerantur & laudes? scribo, *laudis duo*, ut sit sensus: illi quorum sunt duæ reliquæ partes laudationis, reddant tibi, quod postulas, ego enim quod pactus sum, pro mea parte solvi. Faber putat, *duo*, ut respiciat antecedens illi. Sed alterum rectius videtur. SCHEFF.

(19) *Verum ne*] Veteres editiones habuerunt, *ut ne*, quod

probat Vitiuss in doctisssimis ad Cynoget. Commentariis, aitque eleganter abundare, ut in illo Græc. v. 240. *Et tamen ut ne prima fruentem pignora fallant.* SCHEFF. *Legge, verum ne ingratis te dimissum sentias.* HEINSTIUS.

(20) *Irate*] Variè emendant *ira te, irate te, iratum te.* Nil probo, sed scripturam veterem retineo, contra autem illud *sentiam* non bene concoquo, quid enim? *sentiam dimissum?* cur ipse metuit de se ne sentiat? scribo ergo *sentias.* Hoc dicit: solvent illi duo, quos pariter mecum laudasti, reliquum. Neta-men putes propterea, quod eorum laudes admiscueris meis, esse me iratum tibi, ecce signum certum amicitia, voco te ad cœnam. *Sentias*, est, *existimes, censeas.* SCHEFF. *Sentiam* probum videtur: nam si non promitteret ad cœnam, iratum inde colligeret Simoniden.

(21) *Promitte*] Formula invitantium propria, ut ex Plauto constat. SCHEFF.

(22) *Es in numero mihi*] Quid ita, inquit? Quia cum olim alicui blandiebantur, patrem, fratrem, &c. vocabant. Horat. Symmach. & alii. Inde ille negator adolescens apud Terentium, Lenonem alloquens & cum cupiens flectere, *tu pareus*, inquit. FABER. Ego te pro tali habeo, ego te inter cognatos meos nume-

10,

Fraud.
Ne 22
Promi
Splend
Magn

ro, ade
dam me
quitar,
qua bla
aut fra
Terentio
Faber co
Heinstius
aperior
Adlerip
Nobiliss

(22)
male ref
carump
cum sue
te, velle
male m
milia;
ceronis a
calamita
numera
Legge, a
cor. Liv
gratia,
missa es
dimissa.
nati crea
ab eo Pr
tia ab e
stam. F
(23)
Tucic. 1
ab Impe
excitus
nulla eff

Fraudatus quamvis, & dolens injuria,
Ne male dimissam gratiam corrumpere,
Promisit. Rediit horam dictam, recubuit.
Splendebat hilare poculis convivium;
Magno apparatu læta resonabat domus;

Re-

to, adeo non debes de ira quadam mea in te suspicari. Ita loquitur, ex consuetudine veteri, qua blandientes patrem aliquem, aut fratrem appellabant, teste Terentio, Horatio & aliis, ut hic Faber commodè observat. Porro Heinsius pro illo es, ut sensus sit aperior, refingit esto. SCHEF. Adscripserat & codici suo Vit Nobiliss. posse legi eris.

(21) Male dimissam] Illud male refertur ad corrumpere. Male corrumpere, est imprudenter, & cum suo detrimento corrumpere, vehementius corrumpere, ut male multare, male odisse, & similia; dimittere est, ut in illo Ciceronis de Am. Est etiam quedam calamitas in amicis dimittendis nunquam necessaria. SCHEF. Lege, ne male dimissus gratiam cor. Liv. 26. 20. Tandem majore gratia, quam venerat classem dimissa est. Et lib. 43. 14. Gratiola dimissa. Et 44. 3. Si Valerio Antiani credas, nec classe adjutum ab eo Prætorem esse, nec cum gratia ab consule profectum in Africam. HEINS.

(23) Corrumperet] Perderet. Tacit. 15. An. 71. Veniam quam ab Imperatore receperat, vanitate exitus corrupit, pro, fecit ut nulla esset. Sic multi alii. Sensus

& ordo, ne male corrumpere gratiam, si eam dimitteret, ac reculeret oblatam. Legit tamen Amplissimus Gronovius: Ne male commissam gratiam dirumperet: ac exponit: amicitiam, tenui filo pendentem & vix coherentem prorsus dissiueret. Commissam, addit eleganter, ut plumbo commissam, apud Juvenalem. Male commissam, ut Sueton. Octav. 17. Marci Antonii societatem semper dubiam, incertam, reconciliatibusque variis male focillatam abruptit tandem. Horat. l. ep. 3. An male facta gratia nequicquam coit, & rescinditur. SCHEF.

(24) Rediit] Accessit, venit denuo Simonides. SCHEF.

(25) Recubuit] Accubuit, Horat. l. ep. 1.

Si potes Archaicis conviva recumbere lectis. SCHEF.

(26) Hilare poculis] Virgil. Ecl. 5.

Et multo inprimis hilarans convivium Baccho. PRASC.

(27) Læta] Rigalt. edidit læte. Sed sic Faber, cum editionibus veteribus, quod probo. Nam est ita dictum, ut hilare convivium. SCHEF. An læte. GUJET. Forte læta. HEINSIUS.

(28) Resonabat] Virgilius respexit, qui lib. 12.

-- res-

(91)
15
Frau-
nis ad
que e-
lo Gra-
prima
SCHEF.
dimis-
cudant
e. Nil
eterem
ad sen-
quid
? cur
entia?
e dicit:
ter me-
Ne ta-
od co-
eis, esse
am cer-
ad ce-
stimes,
robum
mitteret
collige-
ula iu-
Plauto
] Quid
n olim
patrem,
Horat.
le nuga-
entium,
am cu-
inquit.
habeo,
s nune-
10,

Repente quum ²⁹ duo juvenes, sparsi pulvere,
Sudore multo ³⁰ diffuentes ³¹ corpora,
Humanam supra formam, cuidam servulo
Mandant, ut ad se ³² provocet Simonidem, 25
Illius interessè ne faciat moram.

Homo ³³ perturbatus ³⁴ excitat Simonidem.

Unum promorat vix pedem triclinio,

Ruina ³⁵ camaræ subito oppressit cæteros;

Nec ulli juvenes sunt reperti ad januam. 30

Ut est vulgatus ³⁶ ordo narratæ rei,

Omnes

--- resonant late plangoribus
ades.

Et sic alii. SCHEP.

(29) *Duo juvenes*] Mallet
Heinsius propter versum, juve-
nes duo. SCHEP. Lege, juvenes
duo aspersi. Vel repente eccum duo
juvenes. Eccum pro ecce, non
tantum pro ecce illum. Plaut.
Amph. eccum Jupiter. Terent.
Eun. 4. 7. Ubi centurio est Sanga,
& manipulus furum. eccum ad-
est. HEINSIUS.

(30) *Diffuentes*] Plinius lib.
21. c. 13. Nam & sudore diffuunt.
SCHEP.

(31) *Corpora*] Quid est, cor-
pora? num Græco more poni-
tur, pro, quoad corpora? Atqui
sudor non est, nisi in corpori-
bus. Lego igitur corpore, ac ad
sequens supra formam humanam
refero; Habebat, inquit, ma-
jus & speciosius corpus, quam
vulgo solent homines. SCHEP.

(32) *Provocet*] Vocet e con-
vivio. Plautus in Pseud. Herus si
digni est tuus, quin provocas. Si-
militer in Bacch. Act. 3. sc. 3.
SCHEP.

(33) *Perturbatus*] Forte, per-
turbatum. Sed & servulus potuit
esse perturbatus commotusque,
conceptu tam augustæ formæ.
SCHEP.

(34) *Excitat*] Extra vocat.
Nam citare, est vocare ut supe-
rius dixi. Fabius lib. 11. 2. ubi
refert hanc historiam: Nuntio est
excitatus. Cic. 2. de Or. Excita-
vi mastrum & sordidatum senem.
Sueton. August. cap. 14. Militem
in quatuordecim ordinibus seden-
tem excitari per apparitorem jussit.
SCHEP.

(35) *Camara*] Ita Festus: Ca-
mara, & camuri boves a curva-
tione, ex Græco, καμπή dicitur.
Ita Glossæ veteres: Fornix,
camara. Item: camara, testudo.
Alii dicunt camera. Vide Nonium.
SCHEP.

(36) *Ordo*] Series. Notat ma-
xima minimaque distincte expo-
sita. Tacit. 4. An. 69. Ordinem
fraudis, suumque ipsi dedecus
narravere: & cap. 11. Ordo sce-
leris per Apicatam Sejani proditus.
Suet. Claud. 37. Nec dubitavit
Clau-

37 Omnes scierunt Numinum presentiam
Vati dedisse vitam mercedis loco.

25 *Claudius ordinem rei gestæ perferre
ad Senatam.* SCHEF.

(37) *Omnes scierunt*] Pro,
scierunt, intellexerunt. Num po-
tius est a *sciscere*, ut innuat, hanc
certam fixamque omnium sen-
tentiam fuisse? Ita censeo, & *sci-*
verunt, *Heinsius* legendum pu-
tavit. SCHEF. *Lege, scierunt*
a *scisco*. Liv. 26. 3. *Id ei justum*
exilium esse scivit plebes. Charis
lib. 1. *Omnium nominum, qua*
sunt neutrius generis & in E ter-

minantur ait Plinius, Casarem
scisse eodem esse ablativos, qua-
les sunt dativi singulares. Dictys
Cretensis lib. 5. e MS. meo. *Con-*
vivium publicum ceptum in ho-
norem ducum scitorumque pacis.
Et paulo post: *Auctor pacis ejus,*
scitorque cum Græcis amicitia.
Curt. lib. 8. 1. *Ceterum Macedones*
scivere gentis suæ more, ne pedes
venaretur, sine delectu Princip-
pum. V. Barth. I. Adv. 16. Gro-
nov. ad Liv. 26. 16. HEINSIUS.

F A B. XXV.

Poëta.

Superfunt mihi quæ scribam, sed ¹ parco sciens;
Primum esse ne tibi videar molestior,
² Distringit quem multarum rerum varietas;
Dein ³ si quis eadem forte conari velit,
Habere ut possit aliquid operis residui.
Quamvis ⁴ materiæ tanta ⁵ abundet copia,
Labi faber ut desit, non fabro labor.

Bre-

(1) *Parco*] Sc. scribere. Quo-
modo *Virg.* 3. *Æn.*

Parce piæ scelerare manus - -
SCHEF.

(2) *Destringit*] Putat *Ritters-*
bussius, distringit. Et sane *Cicero*
in ep. ad Q. Frat. Sic habeto nun-
quam me a causis & iudiciis di-
strixiorem fuisse. Mallet is, qui
versioni Gallicæ primus notas

addidit, emendare, distrahit.
SCHEF. *Distringit legit & Nob.*
Heinsius.

(3) *Si quis eadem*] Mox ta-
men ⁵, 1. hoc retractat. FREINS.

(4) *Materiæ*] *Natura* V. C.
Pith. HEINSIUS.

(5) *Abundet*] Ut in illo *Vir-*
gillii Georg 3. *Rursus abundabat*
fluidus liquor, &c. SCHEF.

(6) *Bre-*

6 Brevitatis nostræ 7 præmium ut reddas, peto,
 Quod es pollicitus: 8 exhibe vocis fidem,
 Nam vita morti propior est quotidie. 10
 9 Et hoc minus 10 perveniet ad me muneris,
 Quo plus consumet 11 temporis dilatio:
 Si cito rem perages, usus fiet longior.
 Fruar diutius, si 12 celerius 13 cœpero.
 Languentis ævi dum sunt aliquæ reliquæ 15
 Auxilio locus est: olim senio debilem
 Frustra adjuvare bonitas nitetur tua,
 Quum jam 14 defierit esse beneficium 15 utile,
 Et mors vicina flagitabit 16 debitum.

Stul.

(6) *Brevitatis*] Lege, *brevi-*
tati. HEINSIUS.

(7) *Præmium*] V. C. Pith.
nimum. HEINSIUS.

(8) *Exhibe vocis fidem*] Præ-
 sta ipso opere; quod voce ac ser-
 mone promisisti. Ita *exhibere fi-*
dem usurpavit *Columella* 11. c. 1.
inspiciendus erit villicus, an etiam
domino fidem ac benevolentiam
exhibeat. SCHEFF.

(9) *Hoc minus*] Miror equi-
 dem tot doctissimos viros non
 vidisse; aut certe non monuisse,
 versum hunc suis mensuris ca-
 rere. Emendari possit:

Et hoc minus & minus ad me ve-
nit muneris.

Nota illa sunt, *minus minusque,*
minus & minus, magis magisque.
 Græci μάλλον μάλλον, Alexis
 apud Suidam. Posset etiam non
 minus commode legi:

Et hoc minus tui ad me venit
muneris. FABER.

(10) *Veniet*] *Suetonius* com-
 posito *pervenire* usus est, hoc

sensu. *Aug. c. 101. nec plus per-*
venturum ac hæredes suos profes-
sus est. Et sic edidit *Ursinus* hoc
 loco, quod nec *Heinsio* displicet.
 SCHEFF. *Scribe deveniet.* GUIET.
 Et ita *Buchnerus* censuit.

(11) *Temporis*] Respicit præ-
 cedens *plus*, diciturque, ut su-
 pra, *minus muneris*. SCHEFF.

(12) *Celerius*] *Citius* scriben-
 dum videtur; ita versu exigente.
 Tò *citius in celerius* mutatum,
 propter præcedens *cito*. GUIET.

(13) *Cæpero*] *Incæpero* frui.
 Hoc vult, nec ambigo cum *Rit-*
tershusio, quoniam ad præcedens
fruar refertur. Ita statim ab ini-
 tio: *Supersunt mihi qua scribam,*
sed parco. SCHEFF.

(14) *Defierit esse*] V. C. Pith.
deret beneficio utilius. Forte, *de-*
fierit esse beneficio locus. HEINS.

(15) *Utile*] Sc. mihi tale,
 quo possim uti, propter vitæ
 meæ brevitatem. SCHEFF.

(16) *Debitum*] *Vitam scilicet,*
 quam omnes ei debemus. 114

17 Stultum 18 admovere tibi preces 19 existima, 20

20 Proclivis ultro quum sit misericordia,

Sæpe impetravit veniam 21 confessus reus,

Quanto innocenti justius debet dari?

Tuæ 22 prius sunt 23 partes; aliorum dein;

Similique gyro venient aliorum vices.

Decerne quod religio, quod patitur fides,

Et gratulari me 24 fac 25 iudicio tuo.

Ex-

Ita sæpissime Philosophi, ut & Rittershusius observat. SCHEF.

(17) *Stultum*] Me, nec satis rem, ut in se ipsa est, confidentem. SCHEF.

(18) *Admovere*] Ita sup. 3. cap. 17. quanquam hic potius molestiam illam respiciat ex continuis precibus suis. Porro scribit Heinsius, *admoveri*, quod placet. SCHEF.

(19) *Existima*] Mallem scribere *existimo*, ut sit formula confidentis importunitatem tot suorum precum. SCHEF.

(20) *Proclivis*] Absolute. Venum suspicor scripsisse, *proclivis quum sis misericordie*. Silius lib. 13.

- - - *Sceleri proclivis egestas*. SCHEF.

(21) *Confessus*] Rittershusius sic dicitur, qui delictum suum aperte fateretur, nec dissimulat. Sed hic passivo sensu is innuitur, qui manifeste talis est, de quo nemo dubitat, quin sit reus. Quomodo & apud Ciceronem ideo *confessa res & manifesta* conjunguntur. Ovid. 2. de Pont. 2.

Non est confesæ causa tuenda rei. SCHEF.

Sic *confessus amor*, pro manifesto & legitimo, quem dissimulare, ut furta sua, non volebat Jupiter; cum se *confesso* junxit *amori* Jupiter. Id est, cum cum Junone conjugæ sua coit, & hinc corrigendus auctor Elegiæ ad Liviam. ϕ . 305. *Tu confessus amor*. *Tu solus & ultimus illi*. Antea legebatur, *tu concessus amor*. Eodem modo Virgil. in Ceiri. 244. *Sin confessus amor noto te macerat igni*. Ubi & *concessus*, in recentioribus editionibus legitur, cum editiones veteres, testante & approbante Scaligero, exhibent *confessus*.

(22) *Sunt*] Lege, *sint*. HEINS.

(23) *Partes*] Officii hujus, meæ innocentie præstandi. Quod si feceris, admonebuntur tuo hoc exemplo alii, ut & ipsi, suo quisque tempore ac loco, præstent debitum officium, innocentieque meæ succurrant. Hic opinor sensus est, nec quidquam in verbis immutandum. SCHEF.

(24) *Fac*] *Fatere* V. C. Pith. Lege, *me gratulari patere iudicio*. HEINSIUS.

(25) *Judicio*] Omissa præpositione

(81)
10,
10
15
Stul-
lus per-
profes-
sus hoc
inspicit.
QUIET.
cit præ-
ut su-
15.
scriben-
tigate.
ratum,
QUIET.
ero frui-
m Rit-
cedens
ab imi-
scribam,
C Pith.
re, de-
HEINS.
ni tale,
er vitæ
m scili-
ebemus.
Ita

Excedit animus, quem proposuit terminum,
 Sed difficulter continetur ²⁶ spiritus,
 Integritatis qui ²⁷ sinceræ conscius,
 A ²⁸ noxiorum premitur ²⁹ insolentiis,
 Qui sint, requires; apparebunt ³⁰ tempore.
 Ego quondam legi quam puer sententiam:
³¹ Palam mutire plebejo periculum est;

30

Dum

fitione de, fac me gaudere, ac gratulari mihi ipsi ob tam favorem tuam in causa sententiam. Sic gratulari affinitate alicujus, celebritate dixit Cicero. Et Declamator vetus in Sallust. Populus R. frequens adventu meo gratulatus est. SCHEFF.

(26) Spiritus] Eleganter; in respectu ad illam vehementiam commotionis; ob injuriam acceptam: Vult autem id ipsum, quod ait apud Curtium Philotas lib. 6. c. 10. Verba innocenti reperire facile est, modum verborum misero tenere difficile. SCHEFF.

(27) Sinceræ] Mallem scribere sincere, ac ad conscius referte, ut sincere conscius sit vere conscius. Nam integritatem aliam, præter sinceram non intelligo ut si ei jungatur, videri queat supervacuum. SCHEFF. Male Schefferus corrigit sincere. Lege, sibi vera. HEINSIUS.

(28) Noxiorum] Eorum, qui nocere possunt. Sic supra posuit innocuum. SCHEFF.

(29) Insolentiis] In plurali, pro insolentia, ut augeat mali magnitudinem. & sic miserationem facilius inveniat. SCHEFF.

(30) Tempore] Pro in tempore. Cicero Offic. 2. ad causam tempore venit. Et lib. 7. ep. 10. ad Treb. Renovabo commendationem, sed tempore. Adde Vosium de Constr. cap. 66. N. Heinsium ad Ovid. Heroid. epist. 4. v. 109. SCHEFF. Plena locutione dixit Terentius Heaut. 2. 2. In tempore ad eam veni. V. Victor. var. lect. 37. 16.

(31) Palam mutire] Haud dubie est ἡμαρτημένη γραφή, restituendumque piaculum propitium; nam ita integer versus ab Ennio quondam scriptus fuerat, ut apud Festum legere est:

Palam mutire plebeis piaculum est.

Istuc ipsum est quod alicubi facere dixit Juvenalis:

Plurima sunt, qua

Non audent homines pertusa dicere lanæ. FABER.

Versus hic est Ennii, ut ex Festo liquet. At is scripserat piaculum. Ergo & hic ait Faber sic scribendum. Sed quis scit, num Festus recte Ennium exscripserit, aut si Festum, qui nobis ediderunt. Sed & solent aliquando veteres, dum adducunt talia, mutare paucis in suos usus. Itaque hic lectionem receptam retineo. SCHEFF.

(32) Sa-

Dum

(32)

ratione...
 lus ad
 las facta
 tem. Ser
 constabi
 mente p
 denter r
 hanc sent
 ana me

L

QU

(1)

priores v
 tu consti
 Cum de
 In hoc
 Consili
 Nam si
 Quo pa
 Ut illu

Dum 32 sanitas constabit, pulcre 33 meminero.

(32) *Sanitas*] Absolute pro-
ratione. Cic. ep. fam. ad Cass. *Qui-
bus ad sanitatem redeundi pote-
ras facta est*, pro, ad bonam men-
tem. Sensus igitur, dum sanitas
constabit, sc. mihi, dum ero sana
mente præditus, caute ac pru-
denter revocabo in memoriam
hanc sententiam. SCHEFF. Forte,
sanis mens. HEINSIUS.

(33) *Memini*] Excerpta Ri-
galtii meminero. HEINSIUS. Sic
versum postulare monuerat Ri-
tershusius, quum legeretur *me-
mini*. Buchnerus meminero. Po-
tuit & scribi *pulcre rememini*.
Nam & hoc tempore potius uti
debit Phædrus. Esset autem di-
ctum ut *commemini*, apud Cice-
ronem. FREINSHEMIUS.

Explicit Liber IV.

Incipit

LIBER QUINTUS.

Poëta.

Quum destinassẽm operis 2 habere terminum In

(1) *Cum destinassẽm*] Hos
prios versus Barth. 30. Adv. 22.
ita constituit:

*Cum destinassẽm terminum operi
hec addere,*

*In hoc ut aliis esset materia satis,
Consilium tacito cordis damnavi
meum.*

*Nam si quis talis etiam est tituli
honor,*

*Quo pacto damnabit, quicquam
omiserim,*

*Ut illum & illum cupiam fama
tradere.*

(2) *Habere terminum*] Luxa-
tus versus est, quem restituo:

*Cum destinassẽm operis habere
terminum.*

Porro debet heic statui initium
libri quinti, non finis quarti. Clare
patet ex istis sequentibus:

*Quartum libellum dum vacive
perleges,*

*Hunc obtrecltare si volet maligni-
tas,*

*Imitari dum non possit, obtre-
clat licet.* MEURSIUS.

Priosores libri: terminum operis ha-
bere,

S

bere,

30

Dum

tempore.

tempore

ad Treb.

m, sed

de Constr.

d Ovid.

SCHEFF.

erentius

ad eam

. 37. 16.

Haud du-

pa Φη,

in prope-

er versus

ptus fue-

ere est:

piaculum

licubi fa-

a

ertusã di-

ER.

e ex Festo

oiaculum.

e scriben-

um Festus

it, aut ñ

runt. Sed

res, dum

paucis in

ectionem

F.

(32) Sa-

3 In hoc, ut aliis esset materiæ satis,
 Consilium tacito corde damnavi meum.
 Nam si quis 4 talis etiam est tituli *artifex*,
 Quo pacto 5 divinabit, quidnam omiserim,
 6 Ut illum ipsum cupiam famæ tradere:

bere; unde *Rittersbusius* & *Barthius*: terminum operi heic addere. Quid? si legamus: terminum operi statuere. Sane terminum statuere, usurpavit *Livius* quoque, & finem statuere dixit *Terent.* in *Hec.* 1. c. 2. Ita conjeceram, cum hanc conjecturam firmant litteræ *Gronovii*, quod impense gaudeo. *Rigaltius*, ait: operis habere terminum. Ego, conjeceram, terminum operis statuere. *Cicero* pro *Quint.* Certos mihi fines terminosque constituam. **SCHÆFFERUS.**

(3) In hoc] Ad hoc, hoc fine. *Columella* 7. c. 8. Cratibus in hoc factis ita ordinantur, ne alterum contingat. *Vellejus* 2. cap. 114. Jam in hoc solum importatum instrumentum balinei, &c. **SCHÆF.** *Hygin.* fab. 40. In hoc *Dædalus* exul cum venisset. Ubi v. doctissimi *Munkerii* notas.

(4) Talis etiam est tituli artifex] Sequentes tres versus sic suppleo, & corrigo:

Nam si quis talis etiam est tituli diligens,

Quo pacto damnabit quod quidquam omiserim,

Ut illum ipsum cupiam famæ traderem.

Plane respexit Poëta ad ista Epilogi superioris libri:

Dein si quis eadem sorte conari velit,

Habere ut possit aliquid operis residui. **MEURSIUS.**

Titulum intelligit poëta, qui fabulas scribit, quasi diceret, nam etiam si fortassis est poëta quispian, qui & ipse scribere fabellas volet, quomodo divinare poterit eas, quas ego omisi, ut non alias scribat potius, quas ipse fingat, diversas longe ab his, quas omitto? *Ursinus* scribit: avidus est.

Atque id etiam *Gronovio* in mentem venit, ut testantur ejus litteræ, ubi simul explicat, ejusdem laudis cupidum, & ab statuarum titulis ait esse translatum. At vero *Freinshemio* placebat, appetens, ut ex notis ejus liquet. **SCHÆF.** Lege, erit; alioqui versus non stabit nisi tō M sustineat syllabam, dein ita legi oportere ratio clamat. **FABER.** Forte, Nam si quis talis est etiam tituli locus. Vel, Nam si quis reliquus est etiam tituli locus, quo pacto damnat, si quid hic omiserit. **HEINSIUS.**

(5) *Divinabit*] Optime *Perris.* Priores damnabit, nullo idoneo sensu. **FREINS.**

(6) *Ut illum ipsum*] Leg. ut illud ipsum cupiat, &c. Res probatione non eget. **FABER.** Quod si illum referamus ad artificem, ipsum

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua

Sua cuique quum sit 7 animi cogitatio,
8 Colorque proprius? Ergo non 9 levitas mihi,

Sed

ipsum ad quidnam, cupiam ad Phædrum, hoc sensu: quo pacto divinabit, quidnam omiserim, adeo, quia cupiam artificem illum sanæ tradere ipsum, quod omisi. SCHEFFERUS.

(7) Animi] Lege, animo. HINSIUS.

(8) Colorque proprius] Et metri ratio, & sensus ipse satis produnt errorem esse in versu. De metro clara res est; de sensu non mitius; Quid enim hoc sit Latine, cuique color prior est? Certe nihil, nisi ἀφασία. Itaque legendum est & ob sensum, & ob metri necessitatem, colorque privus, quod mox explicabo, ubi fontem erroris ostendero. Fratreculi, qui patrum nostrorum memoria, antequam typographorum ars prodisset, libros quædam causa describebant, dici non potest quam imperiti, quam fœde barbari fuerint: mihi quoque ipsi vix atque ægre fides fieret, nisi aliquando MSS. codices lexissem, & nunc legerem. Qui genuit Phædrum describebant, cum non intelligerent quid esset color privus (neque enim hoc in Medicationibus, Sermonibus, Hominiis legerant) reposuerunt, prius pro privus. Alii autem qui sibi doctiores visi sunt (quidni enim?) illos correxerunt; & structuræ saltem rationem habendam existimantes, rescripserunt, colorque prior. Jam vero

metri cognitio ad ejusmodi cucurbitas qui tandem pervenire potuisset? Atque ita locus Phædri turpi mendio inquinatus remansit, qui nunc certissima correctione à nobis purgatur. Legendum enim:

Sua cuique quum sit animi cogitatio,

Colorque privus.

Quid autem significet, cuique color privus est, nemo ignorabit, qui Horatium saltem legerit. Privus est ἴδιος, peculiaris, proprius, privatus. At vero color metaphorice est agendi ratio, διάνοια &c. Italis maniera. Ita Seneca epistola LII. cum tria hominum genera constituit, ait alia esse prima Notæ, alia secundæ; cum denique de tertio agit, hoc addit, Hic tertius color est. Sæpe apud illum memini me legere. Interpres Gallicus legit proprius, sed malo auspicio. FABER. Sed quo colore defendi hic potest color? (ut obiter versus faciamus, dum versibus intenti sumus) Rescribo: Colorque proprius. Ovidius:

Est Deus in nobis, agitante calculus illo.

Color Privus, ab aliis nominatur & ποῆτικὸς ἐνθουσιασμὸς teste Brodæo in lib. II. Antholog. tit. εἰς Ποιητάς. Contra frigus reprehenditur in Poëtis, & λογοποιός. FREINSHEMIUS. Coniicit Cl. Freinshemius calor, & de instinctu poetarum explicat. In

Sed certa ratio causam scribendi dedit.

¹⁰ Quare Particulo, quoniam caperis fabulis,

Quas Æsopias, non Æsopi nomino;

¹¹ Quasi paucas ostenderit, ego plures differo,

Ufus ¹² vetusto genere, sed rebus novis,

¹³ Quartum libellum dum tu ¹⁴ vacive perleges,

Hunc obtrectare si volet malignitas,

cujus sententiam libentissime concedo. Etsi *Faber* illud *color* tueatur ex *ep. 52. Senec.* ubi de tribus agens ingeniorum generibus, de tertio addit: *hic tertius color est. Prior*] Veteres editiones habent, *propior*, ex quo *Rittershusius* suspicabatur *propius*. Sed & illud *prior*, quod ex codicibus antiquis edidit *Rigaltius*, in *privus* mutat *Faber*. Ac profecto potest fieri, ut *privus* scripserit. Saltem ut non *prior*, verum *privus* legatur, metrum exigit. Sensus: habet quisque suam indolem, suum ingenium, suam scribendi rationem, nec bene supplet, quæ alii omiserunt. SCHEFF. *Lege. colorque proprius.* Alterum est ex conjectura *Pithœci*. HEINS.

(9) *Levitas*] Resiliendi a proposito, & mutandi consilium, de quo ab initio. SCHEFF.

(10) *Quare*] Cohæret cum sequenti, *ego plures differo*. Propterea, inquit, quia intelligo, frustra me aliis relinquere, quas excogitavi fabulas, & te sentio hoc genere delectari, iccirco plures tales fabulas nunc scribo, quas voco *Æsopias*, non *Æsopi*, quandoquidem is scripsit paucas. Illa: *quas Æsopias*, &c. in parenthesi

scribenda puto. SCHEFFERUS.

(11) *Quasi*] Causam denotat. SCHEFFERUS.

(12) *Vetusto genere*] *Mellædæ*, via, ratione. Hoc superius explicatum fuit. FABER.

(13) *Quartum*] *Ursinus* scribit *quintum*, & mox *nunc pro dum*. Sed invito *Nostro*, uti puto, cujus hæc est mens: Ego differo plures fabulas hoc quinto libro, dum tu legis quartum, & in eo evolendo tempus aliquod infumis. Igitur sequitur. *Hunc scil. quintum libellum*, velur in oppositione illius, de quo ante dixerat. Unde & post *perleges*, scribendum punctum est finale, non comma. SCHEFF.

(14) *Vacive*] *Pithœus*, V. Cl. & cui hujus, super alia multa, scriptoris opera debemus, ediderat, *Dum vacive perleges*; sane bene. *Vacive* autem est otiose, animo vacuo a curis &c. *Plautus* & *Terentius* utuntur *vacivus*. Exemplis proferendis in re clara supersedeo. FABER. Per vacationem & otium. Retinui hanc lectionem, approbante *Fabro*; etiam si *varie* sit editum a *Rigaltio*, quia illud *varie* hic nihil facit. SCHEFF.

(15) In

Imitari
Mihi p
Vestra
Dignu
15 In

(15) Imi-
quoque
num doc
tus est,
signi; in
clare hun
stant, du
Mihi sati
quod rib
tam; n
loco, qua
rarum,
Meurstu
mi me fa
loco, qua
magno
Nec satis
sensu fall
notitate r
literarum
lo, non
literatum
desidero.
miles viri
deus: ab
cave pla
Extricent
geniosu
debet, si
in consuac
dere jam
ele, in
desidero.
Meurii V
literas o
Lærcuit

Imitari dum non possit, obtrectet licet.
 Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui,
 Vestras in chartas verba transfertis mea,
 Dignumque longa judicatis memoria.
 In literarum plausum ire desidero.

20

I D E M

(15) *In literarum*] Exercuit quoque hic locus ingenia viro- rum doctorum; sed profecto san- nus est, & plani sensus. Si ma- ligni, inquit Phædrus, obtre- ctare huic librum volent, faci- unt, dum imitari non possunt. Mihi satis laudis est, Particulo, quod tibi ac tui similibus pla- tum; neque aliud votum ha- beo, quam ire in plausum lite- rarum, id est, literatorum. MAURSTUS. Versus obscurus. Et nisi me fallit, inest macula huic loco, quæ sine iudicio & ingenio magno elui neutiquam potest. Nec satis quid velit intellego, nec sensus fallor tamen. Absque cu- riositate mea foret, qui ductus literarum religiose observare so- lo, non vereretur rescribere: *In- literatum plausum cur (vel non) desidero.* q. d. tu modo & tui si- milis viri docti meas fabulas lau- deris: ab illiteratorum hominum carea plaudi mihi nihil moror. Extricent qui possunt aliquid inge- niosius; mihi fraudi esse non debet, si quod saluti fore spero, id consuadeo. SCHOPPIUS. Vi- dere jam antea multi legendum esse, *inliteratum plausum non desidero.* Neque vero est cur I. MOURSI V. Cl. & doctissimi au- thoritas opponatur. Is ita scripsit: Exercuit quoque hic locus inge-

nia virorum doctorum; sed pro- fecto sanus est, & plani sensus: non aliud votum habeo quam ire in plausum literarum, id est, literatorum. Hæc ille. Sed igno- scant mihi tanti viri Manes: nam si, quæ scribit, vera sint, tum vero gravissimus erit error in me- tro. Neque possum non mirari tam doctum hominem fuisse hoc loco adeo negligentem & incuriosum. FABER. *Rigaltius* ni- hil mutans *re* *ire desidero*, in- terpretatur, abire, facessere, va- lere jubeo. ad exemplum Mar- tial. Epigr. 1, 43. *Inunc, & fer- rum turba molesta nega.* Et E- pigr. 2, 6. *Inunc, edere me jaba livellos.* quod mihi tamen vide- tur alia forma dici; non enim jubetur hic abire, aut facessere quisquam, sed permissio est, aliis etiam verbis explicati solita: ut Curt. 5, 11, 9. *Eludat licet.* Liv. 6, 41, 10. *Eludant nunc licet reli- giones.* Cic. paradoxo I. *Quam- obrem licet irrideat, si quis velit.* Buchnerus quartum pedem in vul- gata trochæum esse merito ar- guens, legi jubet:

In literarum plausum ire o de- sidero.

Vel *exdesidero.* Ita Seneca ep. LXXX.

Eximpero Argis, Regna mihi li- quit Pelops.

Sic apud Plaut. *Afin.* 1, 3. *Extrem*

S 3

Ex.

(15) In

Exobsecrabo. Cæterum hæc posterior conjectura mihi videtur audacior: prior aliunde aridet parum Schoppio maxime accedere, leviter mutans, in hanc formam.

Inlitteratum plausum nec desidero.

Sic optimates olim Romani plausum si quis eorum aliquando acceperat ne quid peccasset pertimescebat. Quod videtur ad Phocionis dictum respicere, de quo Plutarch. Apophth. cap. LXIX. Ad rem quod adinet, Buchnerus adjungit exemplum Pindari, qui se beatum existimabat, si liceret sibi versari cum bonis, quibus

placeat, securum, quid vulpes aulicæ de se faciant. Pyth. Od. II. extr. FREINSHEMIUS. Assentior omnino Fabro, & nescio quibus aliis, quos laudat (nisi forte inter eos Schoppius est, qui primus ita sensit) legendibus, *inlitteratum plausum non desidero*, quod sic Schoppius exponit: *in molo & tui similes viri docti meam fabulas laudetis: ab illitatorum cavea plaudere mihi nil moror.* Posset tamen legi *nec*, pro *non desidero*. Id quod & Freinshemio attribuit. SCHEFFERUS. Heinsius quoque sententiæ Schoppii & Fabri subscribit. Sed legi mallet: *inlitteratum plausum nec desiderem.*

IDEM POETA.

Æsopi nomen sicubi ¹ interposuero,
Cui reddidi jam pridem ² quidquid debui,
Auctoritatis esse scito gratia:
Ut quidam artifices nostro faciunt seculo,
Qui pretium operibus majus ³ inveniunt, novo ⁴
Si marmori adscripserunt ⁵ Praxitelem ⁵ suo
Detrito, Myronem argento. Fabulæ exaudiant

Adeo

(1) *Interposuero*] Si dixerō, *Æsopum* hoc, aut illud fecisse, hanc recitasse fabulam. Hoc enim hic est *Interponere*, nomen scilicet ejus addere, inferere fabulæ. SCHEFFERUS.

(2) *Quidquid debui*] Fabulas ab *Æsopo* acceptas intelligit, eas ait reddidisse, quia sub ipsius nomine in præcedentibus proposuit. SCHEFF.

(3) *Inveniunt*] Eleganter, ad notandam callidam excogitationem doli ac commenti. Quomodo apud *Terent. Geta in Phor. Act. 4. sc. 3.* *Inveni, opinor, remedium huic rei.* SCHEFF.

(4) *Praxitelem*] Notus artifex: cujus, ut & *Phidiaz*, monumenta quædam adhuc Romæ extant, *Bucephali* & *Alexandria* statuarum. PRASCH. De hoc more

in-

nscriberet
a se facti
pin. lib.

(5)
hanc ve
sunt in
Rigaitiu
into, ite
des fugat
sibus fec
rum bon
quis sic
in editio
militer
testatur,
depravat
tarunt v
medicina
Mursus
adscrip
dento
vero Sal
ro adser
Myronem
ideo su
teris del
sferunt
argento
deatur a
bulas
tas. Te
hunc,
nem ar
vulgata
sententi
quod ve
quzrat
speratur
modo
me reco
si legar
Si m

inscribendi nomina sua operibus
a se factis, vid. Gevart. Lect. Pa-
pin. lib. 4. cap. 9. & Gudii notas.

(5) *Suo detricto &c.*] Edidi
hunc versum cum sequenti, prout
sunt in veterioribus Editionibus.
Rigaltius in postrema omisit de-
tricto, item, *fabula exaudiant a-*
deo fugata, atque ex duobus ver-
sibus fecit unum, exemplo pa-
ram bono, nec codicibus anti-
quis sic suadentibus, quia ipse
in editione priori, ad quam si-
militer *Remensi Codice* est usus,
testatur, non esse in toto *Phaedro*
depravatiorem locum. Neque igno-
ravit vulgo viri eruditi, at
medicinam excogitare omiserunt.
Metastasi ita censuit: *si marmori*
adscripterunt Praxitelem, suo
detrito, mirum! argumento; At
vero *Salmassius* in exerc. *Plin.* au-
to adscriptit *Praxitelem* suo *Trito*
Myronem argento, fabula exulante
deco fugata. *Buchnerus* legit cæ-
teris deletis: *Si marmori adscri-*
perunt Praxitelem suo, Myronem
argento, vel, si nimium hoc vi-
deatur audax, post argento, Fa-
bulas æquo audient animo fuca-
tas. Tentavit & *Ursinus* locum
hunc, & scripsit: *Detrito My-*
ronem argento, ne exaudiant, adeo
viligata. De quibus omnibus
sententiis id quisque iudicet,
quod volet. Si quis autem ex me
querat, quid ego censeam, de-
speratum locum hunc sic quoquo
modo arbitror sanari, ut mini-
me recedamus à scriptura veteri,
si legamus:

Si marmori adscripterunt Pra-
xitelem suo,

Trito Myronem argento. Fabula
& audeant

Odio fugata - - -

Solent, inquit, artifices novis
operibus suis facere auctorita-
tem, inscripto nomine antiqui
alicujus magistri, ut *Praxitelis*,
Myronis, vel alterius, cum prius
triverunt ea, ut imaginem &
speciem antiquitatis præ se fe-
rant, nam vetustate sola cense-
bantur detritis imaginibus, ut
docet *Plinius* l. 34. c. 12. Idem
facere audeant etiam fabulæ,
quæ nunc odio quodam haben-
tur, ac rejiciuntur. Illud odio
suadere videretur, quod sequitur,
plus veteris nam faverit invidia:
ostendit enim de invidia odiove
quid antecessisse. Cum hæc sic
scripsissem, commodum ad me
perferuntur literæ *Cl. Gronovii*,
in quibus ita de hoc loco. *Phæ-*
dri primum, quem tentas, locum,
habui semper pro desperato. Quid
tamen olim venerit in mentem
mibi, accipe. Conjeciebam: ut
quidem artifices nostro faciunt
seculo, qui pretium operibus
majus inveniunt novis, si mar-
mori adscripterunt Praxitelem
suo, trito Myronem argento: Fa-
bulæ exeat, item fucata, i. e.
edantur, vel prodeant simpliciter
fusco nominis Æsopi adornata. Vix,
opinionem meam, dici quid, aut co-
gitari potest aptius. SCHEFFERUS.
Lege, Qui pretium operibus majus
inveniunt novis,

Si marmori adscripterunt Pra-
xitelem suo,

Myronem argento; fabula exo-
diarius

Adeo fugata. Plus ⁶ vetustis nam ⁷ favet
Invidia mordax, quam bonis præsentibus.
Sed jam ad fabellam ⁸ talis exempli feror.

10
FAB.

*Addor togata. Vel exodiaria
addo jugata. Sic jugata virtutes*
Ciceron. Apposite Gruter. Inscr.
p. 637. 1.

*Sum vitæ ipse fateor a ter con-
sule,*

*Vero Patrono, nec semel sed sa-
pius,*

*Cujus libenter dicor exodia-
rius.*

Sic Plutarch Alexand. in f. Ἀλλὰ
ταῦτα τινὲς ᾠοντο δεῖν γρά-
φειν, ὡς περ δράματος μεγάλης
τραγικῶν ἐξόδιον καὶ περιπαθὲς
πλάσαντες. Et Pelopida, circa
finem: ὡς περ Φίλιστος ὑμῶν
καὶ θαυμάζων τὴν Διονυσίαν τα-
φην, οἷον τραγωδίας μεγάλης
τῆς τυραννίδος ἐξόδιον θεατρι-
κῶν γενομένην. HEINSIUS. Ad-
scripsit etiam Vir Nobilissimus
sibi Myronis nomen suspectum,
cum Plinius, ubi recenset argenti
cælandi artifices, non Myronis me-
minerit, sed Myos mentionem fa-
ciat lib. 33. c. 12. Et Pausan. pag.

51. Vid. & Scriv. ad Mart. Xenia.
Epig. 93.] Apposite autem mar-
mori Praxitelem, argento My-
ronem adscribebant: quamquam
enim & Praxiteles cælavit argento
(Cic. de Divinat. 1, 36.) tamen
magis nobilitatus est marmore.
Quo respicit Cicero de Divin. 2,
21. *Quasi non in omni marmore ne-
cessè sit inesse vel Praxitelia capita.*
Myronis tamen etiam bucula,
laudatissimum ejus operum, ex
ære fuit. Vide Antholog. lib. IV.
Tit. *Eis ἀγάλματα ζῶων.* Plin.
34, 8, 13. FREINSHEMIUS.

(6) *Vetustis*] Mimnermus,
qui & dictus Ligyastades: *δεινὴν
γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλειῆς
ζῶντι φθονῆσαι, καταθανόντα
δαίνεσαι.* PRASCHIUS.

(7) *Favet*] Abusive, pro mi-
nus nocet. SCHEF.

(8) *Talis exempli*] Quod pro-
bare possit sententiam de invidia
dictam. SCHEFFERUS.

(1) Pba-

DE
Ut mo(1) P
fui Pha
quimar
Error ef
1709. E(1) -
Diog. L
Meursi:
FREINSH
HEINSIU(3) I
leges, h
At vero
tra Phalore quo
cum hoc
parabat S
et. Janso
enim per
cultimores, qui
instructi.
vero conf
gisse Athtio popu
thucille
adhibuiff
torum,
Athenien
cannus.
quæ hab

(82) F A B. I.

Demetrius & Menander.

Demetrius qui dictus est 1 Phalereus,
 2 Athenas occupavit imperio 3 improbo.
 Ut mos est vulgi, passim & certatim 4 ruunt.

Fe-

(1) *Phalereus*] Mallet N. Hein-
 sius *Phalerius*, quia alterum pe-
 culatimam producit. SCHEFFER.
 Error est, vide Scalig ad Ann.
 1709. Eusebii. HEINSIUS.

(2) *Athenas occupavit*] Vide
 Diog. Laërtium. Meminit ejus
 Meursius de Arch. Athen. 4. 15. f.
 HEINSHEM. Lege, *Occupavit*.
 HEINSIUS.

(3) *Improbo*] Injusto, contra
 leges, h. e. factus est tyrannus.
 At vero tale quidpiam de *Demetrio Phalereo* non legas, Num er-
 rone quodam *Demetrium* Regem
 cum hoc *Phalereo* confudit, quod
 putabat Scaliger ad *Euseb.* p. 130.
et. Jansoniana? Non opinor, nec
 enim permittunt cætera. Potius
 ultimo, secutum alios aucto-
 res, quibus nos non sumus nunc
 instructi. Præsertim cum ex *Dio-
 doro* constet, *Cassandrum* sube-
 gisse *Athenas*, sublatoque impe-
 rio populari, dominationem in-
 stituisse ibi, ejusque curatorem
 adhibuisse hunc *Demetrium Pha-
 lereum*, ut mirum non sit, si
 Atheniensibus dictus fuerit ty-
 rannus. Vide ipsum lib. 19. &
 quæ habet *Dion. Petavius* lib. 3.

Rat. c. 15. Certe & Laërtius de
Atheniensibus in vita ejus: τὸ
 ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐπέγρα-
 ψαν ἀνομιᾶς, ὡς Φαλαῆριος.
 dicit, *Phalereum* memorare,
 quod imperii administrationem
 ejus inculaverint, tanquam legi-
 bus liberatæque adversam. Ad
 quem locum verba *Phædri*, velut
 eadem prudentia, doctissimus
Menagius notavit. SCHEF.

(4) *Ruunt*] Eleganter, ad
 exprimentum cæcum & immo-
 deratum studium. Plane sicut
 apud *Tacitum* 1. *An. 7.* *At Roma*
ruere in servitium, consules, pa-
tres, eques. Cæterum sic absolute
 posuit & *Virg. 4. Æn.*

Idem omnes simul ardor habet,
rapiuntque ruuntque. SCHEF.
 Luxatus locus est, & ab interpun-
 ctione quoque laborat. Restituo:

Ut mos est vulgi, passim &
 certatim ruit,

FELICITER, subclamat. Ipsi
 principes,

Tacite gementes tristem *Fortuna*
 vicem,

Ipsam osculantur, quæ sunt op-
 pressæ, manem.

Quin etiam. MEURSIUS.

S 5

(5) Fe-

5 Feliciter 6 subclamant. Ipsi principes
 Illam osculantur, qua sunt oppressi, manum, 5
 Tacite 7 gementes tristem fortunæ vicem.
 Quin etiam 8 refides & sequentes otium,
 Ne 9 defuisse noceat, 10 repetunt ultimi:
 In quis 11 Menander, nobilis comœdiis,

Quas

(5) *Feliciter*] Tralatitia acclamatio. Juvenalis:

- - *Dictum Feliciter, ingens
 Cæna sedet, &c.*

Quod & centies apud alios reperias. FABER. Solemni acclamatione, quam olim annotavit & *Briffonius*. Consule *Ferrarium de Acclamat. veterum*. SCHEF.

(6) *Subclamant. Ipsi principes*] Subclatibo *Rittershusio* & *Mourfio*, qui post *subclamant*, punctum ponunt. Nam ad principes proprie pertinet ista manus osculatio, non clamor. *Principes* autem, præcipui cives, quomodo *principes Atheniensium* dixit *Nepos vita Cimonis cap. 3*. SCHEF. Distinctionem hanc *Rittershusii* probat & *Nob. Heinsius*.

(7) *Gementes tristem*] Omisssa præpos. pro, *gementes ob tristem* &c. *Cic. læpius*. SCHEF.

(8) *Refides*] *Defides*, nil publice agentes. *Virgil. 6. Æn.*

Otia qui rumpet patriæ, refidesque movebit.

Puto autem intelligere Philosophos, qui passim nominantur *otiosi*, opponunturque iis, qui in republica munus aliquod gerunt. Ita *Cic. Offic. 1. Facilius, & tutior, & minus aliis gravis aut molesta est vita otiosorum.*

Adde cætera, itemque, quæ nos ibi annotavimus. SCHEF.

(9) *Defuisse*] *Nempe sibi*, h. e. periculum afferat, tanquam contemnerent novum Regem. Illud *defuisse*, supplet *Rittershusius* per officio. Mihi poni pro *absuisse* videtur, *Cicero 2. ad Q. Frat. Hinc convivio puer optimus, quod perlevoiter commotus fuerat, defuit*. SCHEF.

(10) *Repetunt*] Locus est inter corruptissimos: legendum enim, *reptam ultimi*. Terent. *Perreptam totum oppidum*. Hæc ad oram libri notaveram, cum missa ad me ex Urbe *Rittershusii* editione, idem ei in mentem venisse deprehendi. FABER, *Mallet, reptant, Rittershusius*. Idem probat *Faber*. Et notate vox hæc observantiam humilitatemque lolet. *Seneca de vita be. c. 18. Ex ingenti intervallo reptandus sequar*. At *Jo. Tarino* placebat, *reputant*, ut testatur ad *Lærtium Clar. Menægius p. 130*. SCHEF.

(11) *Menander*] *Diopithis & Hegesistrates F. de quo multus est apud omnes rumor, Nova Comœdiæ poeta. Strabii quidem oculis, sed acuto ingenio, & insanus mulierum amator. Scripsit comœdia CXXIII. & epistolas ad Ptolemæum*

Re-

Quas
 Et ad
 Ungue

Regem,
 nes profa
 (12)

care alic
 nullius o
 non vo
 eleganti
 cupis no
 Sic Chro
 ras Clini
 Ut pas
 Quod ex
 1, 3,
 quida

Verba

Hic pro
 ignoratis
 habet lo
 ejus, f
 Respond
 sed sibi
 davora
 fuis app
 alii. Al
 cipiend
 bemius.

do prop
 cuius le
 carmina
 (13)

atur. S

(14)
 locum
 Artemi
 Proprie
 tenud, p
 mode hi

Quas ¹² ipsum ignorans, legerat Demetrius, ²⁰
 Et admiratus fuerat ingenium ¹³ viri ;
 Unguento ¹⁴ delibutus, ¹⁵ vestitu adfluens,

Ve-

Regem, & alias plurimas orationes profæ. Suidas. FREINS.

(12) *Ipsium ignorans*] Ignorare aliquem, idem est quod, nullius coloris novisse, de facie non novisse. Tralatione deinde elegantis, mores animumque aliquis nondum satis cognovisse. Sic Chremes Terent. *Et me ignoras Clinia*. Et statim apud hunc: *Ut posses alios ignorantes fallere*. Quod explicatur Horatii loco Sat. 1. 3.

--- Heus tu
 quidam ait, ignoras te? an ut
 ignotum dare nobis

Verba putas? SCHOPP.

Hic proprie capienda vox est *ignorans*: illa metaphorica non habet locum. FREINS. Vultum ejus, faciem. Cornel. Arist. 1. Respondit, se ignorare Aristidem, sed sibi non placere, quod cupide laborasset, ut præter cæteros jussum appellaretur. Sic Terentius & alii. Aliter & sensu proprio accipiendum hoc existimat Freinsbemiuss. Sed vix persuadet, quando proprie non ignorabat eum, cujus legerat & nomen læpe, & carmina cognoverat. SCHÆF.

(13) *Viri*] Cum dignitate ponitur. SCHÆF.

(14) *Delibutus*] Citat hunc locum illustratque Rigaltius ad Artemid. pag. 35. PRASCHIUS. Proprie. Vide *Rigaltium ad Artemid. pag. 35*. quem locum commode hic *Praschius* adnotat. SCHÆF

(15) *Vestitu affluens*] Talis erat olim delicatorum & beatorum vestitus. Horatius adversus Menam:

Cum bis sex ulnarum toga.

Contra autem tenuiorum arcta toga fuit:

Arcta decet sanum comitem toga.

Epistola xxviii. lib. i. Plato vero in Alcibiade I. cum vitam luxuriosam describit, ei quoque attribuit *ηματιων ελξεις*. Locus est adscribi dignus: *Ει δ' αν εθελεις εις πλουτους αποβλεψαι, και τρυφας και εσθητας, και ηματιων ελξεις, και μυρων αλοιφας, και θεραποντων πληθους ακολουθιας, την τε αλλην αβροτητα των Περσων, αισχυθειης αν επι σ αυτω.* De veste actoris tragædi, qui talem in theatro gerebat, dixit etiam Horatius:

--- *Traxitque vagus per pulpita vestem.*

Inde natum *σύμμα* (id est tractus) in te vestitaria, quod etiam de serpente posteriorem corporis partem trahente dicitur, apud Dionem Chrysostomum oratione V. quod scio neminem monuisse, ne Henricum quidem Stephanum. FABER. *Vitius ad Nemes. v. 92.* citat *effluens* contra, quam in editis reperitur. Mihi potius videtur, *vestitu acfluens*. Nisi quis existimet respexisse

xille

Quas

quæ nos

pe sibi,

anquam

Regem.

interba-

noni pro

2. ad 2.

optimus,

fueras,

as est in-

dum e-

ent. Per-

Hæc ad

am missa

vultu edi-

venisse

altes, rep-

tem pro-

hæc ob-

que solet.

Ex ingen-

is sequor.

epunt, ut

ar. Men-

Propitibus

Demetrius est

Coma-

n oculis,

cannus mu-

comedias

olemacum

Re-

Veniebat gressu ¹⁶ delicato & languido.
 Hunc ubi tyrannus vidit extremo agmine:
¹⁷ Quinam cinædus ille ¹⁸ in conspectu meo
 Audet venire? Responderunt ¹⁹ proximi:

25

Hic

xisse *Liviam Androm.* qui alicubi *Asiatico ornatu affluens* usurpavit. De quo tamen, quia verba non sunt integra, nil pronuncio. Est autem *affluens vestitu*, qui vestitu fluxiore incedit. Et sic solebant delicatiores mollioresque: vestem prolixam longeque demissam post se trahebant, ut ex *Horatio & Platone Faber* docet ad hunc locum. Vide & quæ habet maximus *Salmasius* ad *Tertulliani Pallium*, p. m. 339. *Mallet effluens & Cl. Gronovius lib. 2. Observ. c. 7.* Et dixerat *Tibullus*: *effluit effuso cui toga laxa sinu.* Verum ipse adeatur. SCHEFFER. Sic *Livius* in *Laodamia* apud *Priscianum*. lib. 10. *Quæpiam alia te illo Asiatico ornatu affluens.* Sed legendum forte, *vestitu fluens*. Sic *vestifluens Lydius* *Petron.* & *vestifluus Ser. Aulon.* in *Technop.* & *vestis fluens Propert.* Hinc apud *Homer.* ἰάονες ἐλαχίστωνες, ubi v. *Eustath.* & ἰπρωάδες ἐλαχίστητοι. Et trahere vestem, apud *Plaut.* V. *Salmas.* ad *Tertul. Pall.* p. 339. Potest & sumi *vesti affluens*, pro, *divite vestitu*. Sic apud *Plaut.* habere vestem. HEINSIUS.

(16) *Delicato*] Molli, effeminato. Male *Ritterhusius* refert ad superiora, sermo namque est peculiariter de *Menandro*. SCHEFFERUS. *Petron.* cap. 86.

Quo incessus tute compositus, & ne vestigia quidem extra mensuram aberrantia. Et in specimine belli civilis: *Fractique enervi corpore gressus.* *Catul. carm. 41. Mirmice incedere.* ubi v. *Scalig.*

(17) *Quinam*] Ita *Faber*, & vetulsi alii. *Rigaltius* edidit, *quinam.* Hinc *Cuperus lib. 2. Observ. cap. ult. Quidnam? Cinædus &c.* Posses quoque ita scribere, *Quid? Nam Cinædus ille.* Sed præfero *quinam*, quia ponitur cum admiratione quadam temeritatis, quæ non inest interrogationi, & vocabulo *quid*, ut quæ solam indignationem monstrat. SCHEFFERUS.

(18) *In conspectu meo*] Ita *Cicero*: *veni in senatu.* Notat *Scaliger ad Manilium lib. 5.* ubi poeta: *quem venit in regione tue, Capricorne, figuræ.* *Lactant. 1. cap. 11. Aureos nummos largiter in sinu ejus insudit.* Ita enim legitur in optimo MS. *Cæsariano*, non in *sinum.* *Curt. 4. cap. 9. Satropacem directam in gutture hasta transfixit.* Sic omnes veteres, nec muto cum viro eruditissimo. Adde *Vossium de Constr. c. 56.* & quos ibi laudant. SCHEFFERUS.

(19) *Proximi*] Qui ex amicis vel ministris circa *Demetrium* erant. SCHEFF.

(20) Scri-

Hic

(20) excellen
 Poetas
 puto e
 ptorem
 calet c
 Indiffe

ET
 LA
 String

(1) ab imm
 tasse pr
 modo
 Pyrho
 virtute.
 tangit
 lis illi a
 c. 44. c
 torari p
 tam ma
 risque f
 quid ad
 tative v
 editione
 tempore
 quod si
 fuit, ne
 tur. Sc

Hic est Menander 20 scriptor. Mutatus statim

* * * * *

25

Hic

us, & mensu- ecimine rvi cor- 41. Mi- ber, & r, quid- . Obser- dus &c. Quid? præfero am ad- eritatis, ationi, quæ fo- ontrat.

(20) *Scriptor*] Sic secundum excellentiam vocari Comicos Poëtas censet Rutterbusius. Ego puto dictum apud veteres scriptorem, quisquis scripto publicasset opus. Donatus prol. Adelp. Indifferenter omnis, qui aliquid

scripsisset, scriptor a veteribus dicebatur. Ita belli Trojani scriptor apud Horatium legitur de Homero. Cicero Lyfiam oratorem vetustissimum scriptorem nominat. Similia de Historicis leguntur. SCHEFFERUS.

(83) F A B. II.

Viatores & Latro.

* * * * *

ET 1 vindicavit sese forti dextera. Latrone occiso, 2 timidus occurrit comes, Stringitque gladium, dein 3 rejecta penula,

Ce

(1) *Vindicavit*] In libertatem ab imminente morte. Quod fortasse præcessit. Quanquam & hoc modo Vellejus 1. c. 1. Se etiam a Pyrho; Achillis filio, vindicavit virtute. Cæterum historia, quam tangit, non multum est dissimilis illi apud Ælianum lib. 3. Var. c. 44. quam secunda vice Argentorati publicatam. Typographus tam male habuit, amissis plerisque schedis meis, in quibus quid addi, quid demi, immutative vellem, annotaveram; ut editionem aliam primo quoque tempore publicare festinem. Id quod significandum in tempore fuit, ne culpa aliena mihi tribuatur. SCHEFFERUS.

(2) *Timidus*] Lego, Timidus a. c. Id est, ferociens jam occiso latrone. Simile mendum sustuli supra Fab. xv. MEURSIUS. Bene: non timidus, ut vult Meursius. Hoc vult eum, qui hætenus fuit timidus, & stetit e longinquo, nunc accurrisse, simulque illo accurrit pulchre notat simulationem studii & ardoris. SCHEFF.

(3) *Rejecta penula*] Veste peculiari eorum, qui faciebant iter, ex corio vel coacta lana, pluviis arcendis, cum pileo a tergo, forma cuculli. Vid. Ferrarium de re Vest. 2. cap. 7. *Rejecta*, est remota ad tergum; ne libertatem brachii manusve impediret. Suet. August.

o] Ita tat Sca- poëta: e, Ca- . 1. cap. giter in nim le- arangu- Curt. 4. in gut- omnes viro e- um de- audant. x amicis rium e- o) Scri-

4 Cedo, inquit illum, 5 jam curabo sentiat,
6 Quos 7 attentarit. Tunc qui 8 depugnauerat: 5
Vellem istis verbis saltem adjuuiffes modo,
9 Constantior fuiffem, vera existimans:
Nunc conde ferrum, & linguam pariter 10 futilem,
Ut possis alios ignorantés fallere.
Ego qui fum expertus, 11 quantis fugias viribus, 10
Scio

*August. c. 26. Princeps legationis
reiecto sagulo ostendit gladii capu-
lum. Non assecutus est Interpres
Gallus; ideo scriptus: jettant son
manteau par terre. SCHEFF:*

(4) Cedo] Terent. Andr. 4. sc.
4. Cedo, cujus puerum hic ap-
posuisti. Donatus, Cedo, idem si-
gnificat, quod dic, &, da mihi.
& est dictum cum quadam fidu-
cia, & contentu ejus, cum quo
sermo est. Ostendunt hæc, quam
apposite hic usurpetur. SCHEFF.

(5) Jam curabo] Illudit mor-
tuo imitatione credo Virgiliti XII.
Æneid.

*En agros & quam bello Trojane
petisti*

*Hesperiam metire jacens. hæc
præmia qui me*

*Ferro ausi tentare, ferunt: sic
mœnia condunt. SCHOPP.*

Sed res non est similis. Virgilia-
nus enim ille insultat victo & ja-
centi: hic apud Phædrum fingit
superstitem adhuc & vincendum.
FREINS.

(6) Quos] Quales, quantos.
Sic plane Tacitus Agr. 31. Nos
integri & indomiti, & in liberta-
tem non in præsentia mala duri,
primo statim congressu unde asten-
samus, quos sibi Caledonia viros

seposuerit? Sic hic locus, vera-
tissimus alias, est legendus. Id
quod amplius demonstro in opu-
sculi illius commentariis. Prævit
omnibus Terentius; qui sic in
Eun. Act. 1. sc. 1. Sentiet qui vir
siem. Et Act. 2. sc. 3. Nunc Parme-
no re ostendes, qui vir sus.
SCHEFFERUS.

(7) Attentaverit] Bene de in-
vadentibus ex insidiis. Columella
8. cap. 12. Primum est, non at-
tentari, secundum est lacesitum
fortiter & perseveranter vindicari.
SCHEFFERUS.

(8) Depugnauerat] Qui ex
pugna victor exstiterat. Liv. 7.
29. Depugnatumque haudqua-
quam ambiguo certamine cum Gal-
lis est.

(9) Constantior] Animosior,
si dixiffes modo, cum mihi ne-
gotium fuit cum latrone illo. Sic
Cicero Off. 1. Fortis & constantis
animi est, &c. SCHEFF.

(10) Futilem] Refertur & ad
ferrum; ferrum futile, quod ad
speciem inanem gestatur, neque
usum habet. SCHEFF.

(11) Quantis fugias viribus]
Longe festivorem huic loco in-
terpretationem fore puto illis
Plauti verbis Trium. Act. 3.
sc. 2.

12 Scio
Illi
Qui ro

sc. 2. ubi
vo loqui
aliquo p
tum vel
Credo

Et cap
me

Dicit ita
se jam
soleat co
in defen
sed vero
tendere, e
nem esse
Omnino
banitas e
ubi alius
spectamus
Cicero d
nus est r
locus An
bant ma-
xime. Et
lufione a
cedit. Si
apud Pla
SCHEFFERUS

(12)

12 Scio quod 13 virtuti non sit credendum tuæ.

Illi assignari debet hæc narratio,
Qui re secunda fortis est, dubia fugax.

FAB.

sc. 2. ubi servus de hero suo ignavo loquitur, cum præ inopia, aliquo profugiturum laticocinatum vel in militiam:

*Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore,
Et capturum spolia ibi illum, qui meo hero adversus venerit.*

Dicit itaque viator joco quodam, se jam opere expertum, quam soleat comes suos viros suas non in defendendo & arcendo hoste, sed vero fugiendo exercere & contendere, eumque acrem & fortem esse fugitorem. SCHOPPIUS. Omnino adposite. Est enim urbanitas ex eo genere facetiarum, ubi aliud expectamus, aliud expectamus, aliud dicitur, ut ait Cicero de Orat. 2, 63. Nec alienus est relatus ab Rigaltio Plauti locus Amphitru. Cum illi pugnant maxime, ego fugiebam maxime. FREINS. Cum ironica allusione ad pugnam, de qua præcedit. Sic habes *acrem fugitorem* apud Plautum in Trinum. 3. sc. 2. SCHEFFERUS.

(12) Scio quod] Sunt quibus

hoc mibus Latinum esse videatur, Scio quod strenuus es, Scio quod venturus es, &c. At ego reperiri apud Ciceronem ipsum affirmare possum. Nam apud Justinum quidem, & Quintum Symmachum florentissimum scriptorem sæpe reperias. FABER. Imitatione Plauti *Asin. Alt. 1. sc. 1. Equidem scio jam filius quod amot meus.* Adde Voss. de Constr. cap. 20. § 62. Non possum tamen non adscribere, quod postea de hoc loco didici ex Cl. Gronovio, is enim ita scribit. *Lego: Scio quam virtuti: neque enim persuadet Scioppius cum suo Mariangelo, scio quod Latine dicit, aut enim corrupta sunt, aut aliter accipienda, quocumque in hanc rem conzesserunt.* SCHEFF. Vide Virum Celeberrimum Jac. Perizonium ad Sanctii Minervam pag. 363.

(13) Virtuti] Quippe quæ in fugiendo est, non in pugnando, tota. Respicit præcedens, *quantis fugias viribus.* SCHEFF.

(1) Ca-

(84) F A B. III.

Calvus & Musca.

Calvi momordit musca nudatum caput,
Quam opprimere ¹ captans, ² alapam sibi duxit
gravem;

Tunc illa ³ irridens: ⁴ punctum volucris parvulae
Voluisti morte ulcisci: quid ⁵ facies tibi,
⁶ Injuriae qui addideris ⁷ contumeliam?

Re.

(1) *Captans*] Quærens. Vide supra 4. c. 7. SCHEF.

(2) *Alapam sibi duxit*] Vetus aliquis apud *Fabium lib. 7. cap. 3. Colaphum tibi ducam*; & formulam scribam, quod caput durum habeas. Similiter *Paulus J. C. Patet autem hinc, non in faciem solum alapam dari. Adde Ampl. Gronovii Observ. 2. c. 1. & nos ad Fragm. Petron. pag. 124. SCHEF. Vide de hoc loco Doctissimum Vavassor. de vi & usu quorundam verborum. p. 93.*

(3) *Inridens*] In priori editione Schefferus *ridens*, legendum esse coniecerat.

(4) *Punctum*] Punctionem. *Plinius 8. c. 50. Oculos suffusos capra junci puncto, sanguine exonerat, caper rubi. SCHEF.*

(5) *Facies*] Lege, *facias. HEINSIUS.*

(6) *Injuria eam*] Non nisi per nebulam hæc intellego. An contumelia injuriæ dicta quasi injuriosa contumelia, quia non omnis contumelia fit cum inju-

ria, nec vice versa, si veteres sequamur? an legend. *Injuria eam*, id est, per injuriam, hoc est, culpam sive damnum. Nam certe, injuria, veteribus Latinis magis ipsum factum significat, à quo interdum contumelia, hoc est (ut nostri rure loquuntur) injuriandi animus abesse potest. Certe hanc esse puto sententiam, utcunque tandem legas; quam sententiam & commentitia nostra lectio complectitur:

Injuriam cui dederis contumeliam.

Me propter punctiunculam necare voluisti: quomodo ergo te ulciseris, cui feceris contumeliam & injuriam simul? nam alapam sane contumeliosum est. Injurius, a, um, pro, injuriosus, Plautinum est. Dare alicui contumeliam, studiosis nostris minus familiare accidit. Quare meo more & de hujus phrascos Latinitate illos certiores faciam. Quintus itaque Metellus apud *Agell. lib. 12. cap. 9. cod. genere, Tra-*

Respo
Quia
Sed te
Quæ
Optem
Hoc

dere alio
quanto p
cipiant
tanto ille
mibi, p
Hinc Cic
juria, la
quod, p
privare fo
Agraria
me; ut
illo lege
cuntur,
Non enim
facit be
tur injuri
tis, qui
Prohibetur
decere?
gulam sil
Injuria
hans, ut
bens. Ov
culpa men
(7) C
1. 3. Sch
(8)
gratum]
- ego
inguit. S
apud Tac
Sciani am
iple tanti
versa est j

Respondit; ⁸ mecum facile redeo in gratiam;
 Quia non fuisse mentem lædendi scio.
 Sed te, contempti generis animal improbum,
 Quæ ⁹ delectaris bibere humanum sanguinem,
 Optem ¹⁰ necare vel majore incommodo. ¹⁰
 Hoc argumentum ¹¹ veniam mage dari docet,
 Qui

duxit

rulae

Re-

retres se-
 uria eam,
 hoc est;
 Nam cer-
 tibus ma-
 ficat, à
 lia, hoc
 quuntur)
 e potest.
 nentiam,
 ; quam
 itia nostra

contum-

ulam re-
 o ergo te
 contume-
 nam ala-
 est. In-
 injuriosus,
 licui con-
 soltris mi-
 Quare meo
 eos Latini-
 m. Quin-
 pud Agell-
 ere, Tra-
 dert

dere alicui injuriam dixit: Et
 quanto probi injuriam facilius ac-
 cipiant, quam alteri tradunt:
 tanto ille vobis, quam gratiam
 mihi, pejorem honorem habuit.
 Hinc Cicero, Private aliquem in-
 juria, satis novè dixit, pro eo,
 quod, prohibere injuria; sicut,
 private foro, curia, urbe. De L.
 Agraria contra Rullum: Similli-
 me, ut mihi videtur, atque in
 illa lege, qua peregrini Roma eji-
 ciuntur, Glaucippus excipitur.
 Non enim hac exceptione unus ad-
 ficitur beneficio, sed unus priva-
 tur injuria. Quid illis fiat, qua-
 ritis, qui invitis libris omnibus,
 Prohibetur, succidaneum subdi-
 derunt? vilis est restis: velent
 gulam sibi. SCHOPPIUS. Lege
 injuria qui addideris contume-
 liam, ut excerpta Rigaltii exhi-
 bent. Ovid. in Fastis *Addis, ait,*
culpa mendacia Phœbus. HEINS.

(7) *Contumeliam*] Vid. *sup.*
 1. 3. SCHEFF.

(8) *Mecum facile redeo in*
gratiam] Ut ille apud Horatium:
egomet mi ignosco, Mævius
inquit. SCHOPPIUS. Nescio quis
 apud Tacit. 5, 6, 2. de Tiberio
 Sejani amicos puniente, quum
 ille tanti Sejanum æstimasset:
lusa est fortuna, & ille quidem

qui collegam & generum adscive-
 rat, sibi ignoscit. Unde & lepidus
 apud eundem auctorem 6, 30, 4.
 Lentulus Getulicus: Perinde se
 quam Tiberium falli potuisse. Ne-
 que errorem eundem illi sine frau-
 de, aliis exitio habendum. Pertin-
 et huc Apologus Æsopi apud
 Plutarch. in Conviv. VII. Sapient.
 c. xxvi. *Lupus cum videret pastores*
in tabernaculo ovem comedere, pro-
prius accedens, Quantus, inquit,
tumultus exortus esset, si hoc ego
fecissem? Cato tamen apud Sal-
 lust. Cat. 52, 4. *Qui mihi, atque*
animo meo nullius unquam deli-
cti gratiam fecissem. Sed apud
 Phædrum, ne Φίλαυτος qua-
 dam indulgentia putetur, idonea
 subjicitur ratio. FREINSH. Ve-
 lut de eo, qui ante ejus fuit
 adversarius per concessionem.
 SCHEFFERUS. Aliam rationem
 superaddit Anon. fab. 32. PRASC.

(9) *Delectaris*] *Delectaris* ab-
 solute ponitur, quod notandum.
 SCHEFFERUS.

(10) *Necare*] Forte, *enecare.*
 HEINSIUS.

(11) *Veniam mage dari*] Forte,
venia dignari (vel *veniam indul-*
geri) *docet qui casu peccat: nam.*
 HEINSIUS.

T

(12) Con-

Qui casu peccat, quam qui ¹² consilio est nocens.
¹³ Illum esse ¹⁴ quavis poena dignum, judico.

(12) *Consilio*] Opponitur præcedenti casu, i. e. animo deliberato. Cic. ep. 5. Quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret; quam consilio sortem fuisse. SCHEFF. Emendo: quia qui e. e. n. Rigaltius censebat: Nam qui. Neque improba conjectura. MEMRSIUS.

(13) *Illum*] Non ad supe-

rius, sed proxime antecedens referendum. Quanquam dubitem, an non post peccat, scribendum sit punctum, & mox. Nam qui &c. SCHEFF.

(14) *Quavis*] Quantacunque, quantaliber. Ita supra 4. c. 20. A me contendet fictum quovis piguore. SCHEFFERUS.

(85) F A B. IV.

Homo & Asinus.

Quidam immolasset ¹ verrem quum ² sancto Herculi,
 Cui pro salute votum debebat sua,

Afel.

(1) *Verrem*] Hercules victima. Hinc jocus Ciceronis apud Quintil. lib. 6. c. 3. Malum sacerdotem qui tam nequam verrem reliquisset. quis Sacerdoti Verres successerat. HEINSIUS.

(2) *Sancto*] An *τὸ* sancto hic est *Sanco*? Sancus Semo, seu Sanctus Semo Hercules Sabinis dictus est. Sanctus, *ἀγιος*, Deorum Epitheton est. GUJETUS. Non temere addidit *sancto*: Nam Hercules olim proprie *Sanctus Pater* dicebatur, ut ex Varrone probare possum. Propertius quoque scripsit, Herculem alloquens:

*Sancte Pater salve, cui jam sa-
 vet aspera Juno:*

*Sancte velis libro dexter adesse
 meo.* FABER.

Colero placuit *Sanco*, ut testatur Rittershusius. Sed *Sanctus* nominatur & Varroni 4. de L. L. Scio, quæ ibi Scaliger de hoc vocabulo ex Sanguallis portæ nomine disferat, sed mihi non persuadet. Certe & Ovidio Propertioque ita scribitur. Nec aliter Plutarchus, aut inscriptiones veteres. Vide *Gyraldum*. Ista sic notaveram, cum in eadem sententia esse *Fabrum* quoque animadverti. SCHEFFER. Male Colerus *Sauco*. Sic Catull. 37. *Sancta Venus*. HEINSIUS. V. Illustr. Cuper. Monum. Antiq. p. 228. Propert. 4. Eleg. 10.

Hann

Afello jussit reliquias 3 poni 4 hordei.
 Quas aspernatus ille, sic locutus est:
 Tuum libenter prorsus adpeterem cibum,
 Nisi qui nutritus illo est, jugulatus foret.

Hujus 5 respectu fabulae deterritus,
 6 Periculosum semper 7 vitavi lucrum.

*Hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
 Sic Sanctum Tatiæ composuere Cures.*

Ubi vide Passerat. Cicer. pro Sextio c. 68. *Neque hanc opinionem, si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus &c.*

(3) Poni] Apponi, in cibum videlicet, ut *Martialis lib. 8. ponis mihi Gallicæ porcum.* Vide supra lib. 1. c. 27. SCHEFF.

(4) Hordei] Quo faginaverat verrem illum. Nescio, an versu aliquo id significarit Noster, qui nunc abest. Nam quia facile intelligitur ex sequentibus, etiam hic brevitate sua usus esse potuit. SCHEFF.

(5) Respectu fabulae] Miror religiosulos istos, qui, *Respectibus*, voce uti dubitant. Quam tamen Livius frequentat lib. 35. *Romanorum maxime respectus civitates movit, & virtutem nuper in bello, & in victoria justitiam benignitatemque expertas.* Lib. 39. *Si aliquis respectus est mei, ut socii atque amici regis, deprecor ne me tanta injuria dignum judicetis.* SCHOPPIUS. Intuitu, consideratione. *Livius lib. 39. Si aliquis respectus est mei, ut socii atque amici regis, deprecor &c.*

Sed

Ovid. 1. Trist. Eleg. 3. Respektuque tamen non potuisse mei. SCHEFF.

Livio frequens ea vox. Vide de ejus propria significatione Clar. Gronov. ad Liv. 21. 44.

(6) Periculosum lucrum] Pro divitiis. Sic *Mammon* Pœnis lucrum, Ebræis divitiis notat, teste Augustino. Vid. Hotting. de Nummis Orient. p. 84. Recurrendum ad fab. 69. Quare mirum, ni linea iterum excidit Meursius. PRASCHTUS. An quodlibet, Phædre, etiam honestum? Certe verum aliquem tuum sequentem librarius prætermiseris, quo lucrum illud descripseras. Nam te quidem fabellæ tenor absolvit. In illa enim rejicit hordeum afellus, quia vetres, cui datum fuerat, jugulatus erat. Tu retulisti ad te, & dixisti, invisum tibi esse lucrum, non quodvis, sed illud tantum, quod honestam famam jugularet. Et video versum sequentem:

Sed dicis: qui rapuere divitiis, habent.

Illic notandum τὸ *Rapuere*. Est igitur, quod dixi. Exciderit hic versus. MEURSIUS. Congestas opes luco, tanquam rem, quæ possessores suos in pericula varia

T 2 in-

Sed ⁸ dicis, qui rapuere divitias, ⁹ habent.
 Numeremus, agedum, ¹⁰ qui ¹¹ deprensi perierint: ¹⁰
 Majorem turbam punitorum reperies.
 Paucis temeritas ¹² est bono, multis malo.

FAB.

inducat. Sic enim accipio hunc locum, non de turpi tantum & injusto lucro, quod faciebat *Ritershusius*. Porcus sane saginatus fuit cibo non turpiter aut injuste parato, sed quem ultro ipsi obtulerant. *Meursius* hic putat quid deesse, verum frustra, uti liquido apparet. SCHEFF.

(7) *Reputavi*] *Vitavi* Excerpt. Rigalt. Lege, *Reputato*. HEINS.

(8) *Dicis*] Lege; *Dices*. HEINSIUS.

(9) *Habent*] *Divites* sunt, bona possident. *Cic.* 7. ad fam. 29. *Nos quod simus, quod habemus, quod boni nos existimamus, id omne abs te habere.* Ad quem locum videndus, grande literarum decus, Grævius. Vid. supr. ad Prolog. lib. 3. §. 21.

(10) *Qui*] Forte, *quot*. HEINS. Exciderit & hic versus talis aliquis:

*Et sine culpa plerique aut pœna
 non possident.*

Clare indicant hi duo, tresve, qui sequuntur:

Numeremus, agedum, qui deprensi perierint.

Majorem turbam punitorum reperies.

Paucis temeritas est bono, multis malo.

Ergo sic edendus hic locus:

Periculosum semper reputavimus.

* * * *

Sed dicis, qui rapuere divitias habent.

* * * *

Numeremus, agedum, qui deprensi perierint. MEURS.

(11) *Deprensi*] Qui ob opes variis accusationibus circumventi, & suppliciis affecti fuerint. Respicit calamitatem temporum fuorum, quibus presentissimum exitium ex magnis divitiis. Docet *Tacitus* & *Sueton.* vita *Tiberii*, quos vide. SCHEFF. Metaphora a navigantibus, qui tempestate deprensi pereunt. V. *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 52. *Argolicoque mari deprensus.*

(12) *Est bono*] *Commodo, utilitati.* Ita *Cic.* pro *Roscio*: *Accusant in quibus occidi patrem Roscii bono fuit.* SCHEFFERUS.

(1) PRÆ

PRÆ
 Ad po
 s Fa

(1)
 vum & c
 quæ dixi
 10. SCHE

(2) E
 re bellica
 Pro 'jub
 est, part
 SCHEFF.

100. Sta
 pumque
 um mili
 locutio.

(3) R
 in rebus,
 manifesta
 moda sat
 catio vide

us hujus
 tuos auct
 opere, no
 Postea di
 non proba
 elegantian
 emius l
 ur Grono

(4) A
 respectu ac
 (5) E
 is, qui sp

(86) F A B. V.

Scurra & Rusticus.

1 PRavo favore labi mortales solent,
 Et pro judicio 2 dum stant erroris sui,
 Ad pœnitendum 3 rebus manifestis 4 agi.
 5 Facturus ludos quidam 6 dives nobiles,

Pro-

(1) *Pravo favore*] Per pravam & cœcum favorem; vide, quæ dixi in opusculo *de stylo. cap. 10.* SCHEF.

(2) *Dum stant*] Locutio, ex re bellica translata. *Liv. lib. 38.* Pro *juba atque Afris stetisse*, id est, partes eorum propugnasse. SCHEF. Ovid. *I. Art. Amat. v. 100.* *Stabant pro signis jusque pumque tuis.* Et hinc ad togatam militiam translata fuit hæc locutio. *V. supr. fab. 49. v. 37.*

(3) *Rebus manifestis*] Supple in *rebus*, i. e. cum res factæ sunt manifestæ. SCHEF. Non comoda satis hæc Schefferi explicatio videri potest. Elegans est usus hujus vocis *rebus*, apud Latinos auctores, pro ipso facto, opere, non nudis tantum verbis. Postea dixit, *aperto pignore erroris probans.* Vide quæ ad hanc elegantiam illustrandam afferit, etimius linguæ Latinæ instauratione Gronov. lib. 3. obs. 6.

(4) *Agî*] Impelli, elegant. in respectu ad vim veritatis. SCHEF.

(5) *Facturus*] Proprie, de quibus, qui spectacula edunt. *Cic. de*

Harusp. Hos ludos servi fecerunt. Sueton. Aug. 10. Ludos victorie Caesaris non audentibus facere &c. Sic infra c. 8. Erat facturus ludos. &c. SCHEF. Simile est huic theatri joco, quod commemorat facetus quidam in libello, cui nomen, *L'bonnête homme* p. 70. de viro in Gallia honesto loco nato, nec humillimi spiritus poëta: cujus carmina quum ex præconcepta quadam opinione nullos invenirent applausores; poëmati Malherbæ, quod forte acceperat, suum; suo ejusdem argumenti, Malherbæ nomen præscripsit. Quo facto, cum hoc omnes laude, illud vituperio prosequerentur, deposita persona hallucinationem vulgi emendavit. PRASC.

(6) *Dives nobilis*] Non satis placet illud *nobilis*. Quomodo enim coherent *dives nobilis*? Qui dives, eo ipso fere nobilis, dum ignotum esse divitiæ vix sinunt. Et cur tandem additur hic *nobilis*? Ego suspicor, scribendum *nobileis* ut ad ludos referatur, sensusque sit, voluisse illum facere ludos non obvios & quotidianes,

T 3

dianes,



7 Proposito cunctos invitavit præmio,
 Quam quisque posset, ut ⁸ novitatem ostenderet.
 Venere artifices laudis ad certamina.
 Quos inter scurra, notus ⁹ urbano sale,
¹⁰ Habere dixit se genus spectaculi,
 Quod in theatro nunquam ¹¹ prolatum foret.

10
Di-

dianos, sed celebres, qui passim noscerentur. Et potest illud ipsum *nobilis* sic accipi. Quomodo apud Sallustium est *omnis*, pro *omnes*, apud alios alia hujus generis. Scio sequi mox *cap. 9.* versum non multum dissimilem: *erat facturus ludos quidam nobilis*, sed is nil me movet. SCHEFF. Verosimile est Schefferum hanc ab Ill. Heinsio (cui plura debet) emendationem accepisse: ille enim & hic, & fab. 88. *nobiles* legendum esse codici suo adnotaverat.

(7) *Proposito præmio*] Propria est locutio. Valer. Max. 6. 8. 2. *Cum magna sibi præmia proposita videret.* Et ita Græci. Theoc. Idyl. 8. v. 11. *Χρῆσθεὶς κἀταθεῖναι ἄεθλον.* Et hinc ipsi ludi, quibus præmia proponebant dicti *θεραπεικοί*. Vid. Comm. ad Marm. Oxon. inscr. 3. V. supr. ad fab. 14. v. 9.

(8) *Novitatem*] Sic appellat nova inventa. Horat. *de Arte*:
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex. SCHEFF.

(9) *Urbano sale*] Salem usurpat pro eo, quod jocosum est, & sentitur latente iudicio, exci-

tatque, & a radio descendit orationem, veluti a Fabio exponitur lib. 6. c. 3. *Urbanus vero sal, cui inest elegantia & eruditio quædam ex conversatione politorum doctorumque.* SCHEFF.

(10) *Habere*] De re inventa. Terent. *Heaut. 4. 1. 10.* *At si opinor: non potest. Immo optime. Euge! habeo optimam.* Virg. in Mœri: *Incipio si quid habeo.* PRASCHIUS. Terent. *Eun. 3. 2.* *Nunquid habes? ubi Donatus, invenisti? Horat. 1. Od. 27. quicquid habes, age, depone tuis auribus.* V. Calaub. ad Theoph. Character. Περὶ ἀνθρακίστας.

(11) *Prolatum*] Proferri, ait Heinsius in suis ad me literis, in theatro elegans loquendi modus. *Qui & Statius reddendus Sylvium II. Lucani Genethl. Ingratus Non dulcibus theatris. Et noster tibi proferetur Orpheus. Orpheus & Neronis laudes, duo poemata et scriptis Lucani laudantur ab antiquis & cæc. Proferetur, legitur in Parmensi, quam possideo, editum anni MCCCCLXXII. & rita. Sic Ausonius epistola ad Ursulum Grammaticum de Terentio: Pretulit in scenam quot dramata fabellarum Arcadie medio qui jacet in gremio, &c.* SCHEFF.

(11) Cor-

Disper
 Paulo
 In sce
 Sine a
 Silenti
 Ille in
 Et sic
 16 Ver
 17 Et
 Nihil

(12)
 locum
 SCHEFF.
 Nec tr

Cor

(13)
 loca. Cic
 ois m
 loqueba
 Nob. He
 93. & 2

(14)
 patet r
 operæ
 mi auct
 lib. de
 (de Cra
 scenam
 graphos
 vocantur
 alias mi
 & Faber
 nappi loc
 tiffime i
 vit. Sc
 (15)
 vocavit

erret.

Dispersus rumor civitatem ¹² concitat:
 Paulo ante vacua turbam ¹³ deficiunt loca;
 In scena vero postquam solus constitit,
 Sine apparatu, nullis ¹⁴ adiutoribus,
 Silentium ipsa fecit expectatio. 15
 Ille in sinum repente demisit caput,
 Et sic ¹⁵ porcelli vocem est imitatus sua,
¹⁶ Verum ut subesse pallio contenderent,
¹⁷ Et excuti juberent. Quo facto simul
 Nihil est repertum, multis ¹⁸ onerant laudibus, 20
Hc

(12) *Concitat*] Convocat in locum unum, theatrum scil. SCHEFF. Sic Ovid. epist. Paradis: *Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur, Concitet aut vires Gracia tota sua.*

(13) *Deficiunt*] Desunt eis loca. Cic. 4. *Ver. Dies, latara, & oax me deficiunt.* SCHRE. Ita loquebantur optimo saeculo. V. Nob. Heinf. ad Ovid. 1. *Amor. 8. 93. & 2. Metam. 382.*

(14) *Adiutoribus*] Hinc apparet *to adiutor* esse vocabulum operæ scenicæ, quod & Suetonii auctoritate firmari potest in lib. de claris Grammaticis. *Hic* (de Crassicio loquitur) *initio circa scenam versatus est, dum mimo-graphos adjuvat.* FABER. Sic vocantur proprie, qui voce aut alias mimos juvant. Notavit hoc & Faber, obscurissimumque Eupnapii locum hac occasione elegantissime ingeniosissimeque explicavit. SCHEFF.

(15) *Porcelli vocem*] Recte vocavit scurram qui hoc faceret.

Plato de Republ. lib. III. Tractavi quid imitari debeant ingenui pueri. *Quid vero?* ait, *equos hinnientes, vel bovos mugientes, aut fragorem murmurque fluviorum, aut maris fremitum, vel tonitrua, vel cetera hujus generis imitantur?* Atqui interdictum est illis, inquit, *hæcenus insanire, aut insanientes imitari.* Idem lib. II. de Legibus, *voces ferarum negat imitaturas esse Musas.* FREINS. De homine omnifariarum animalium voces exprimente Aufon. Ep. 75. PRASCHIUS.

(16) *Verum*] *Lege, verrem.* V. sup. ad fab. 85. HEINS.

(17) *Et excuti*] Pallium videlicet aut sinum: Sic loquuntur Latini. Cic. pro Roscio: *Nihil est Glaucia, quod metuas, non excutio te.* Plautus *Aulul. 2. sc. 3. Agedum, excutedum pallium.* Plin. 7. cap. 36. *A janitore semper excussa, ne quid inferret cibi.* SCHEFFER. *Leg. Idque excuti.* HEINSIUS.

(18) *Onerant laudibus*] V.C. Pithœi, *lançibus* recte. Vet. Epig.

10 Di-

it oratio-
exponitur
o sal, cui
tio quz-
olitorum

e inventa.
o. At sic
mo optime.

Virg. in
aid habet.

Eun. 3. a.
Donatus,

. 27. quic-
tutis au-
heoph. Ca.

25.
rosferri, aut
licis, in
di modus.

Sylvarum
vatus Nora
nosfer tui

Orpheus &
poemata ex-
tur ab an-

er, legitur in
leo, editio
& resti.
ad Ursulum
entio: Pre-
ramata sa-
dio qui jact

et.

(12) Con-

Hominemque plausu prosequuntur maximo.
Hoc vidit fieri rusticus. Non me hercule
Me vincet, inquit: & statim profectus est
Idem facturum melius se postridie.

¹⁹ Fit turba major: Jam favor mentes ²⁰ tenet, ²⁵

²¹ Et derisuri, non spectaturi sedent.

Uterque prodit; Scurra ²² digrunnit prior,

Mo-

cujus initium cum traheret Pri-
scus:

*Quod licuit lances donaque saepe
dedit.*

Martial. 10. ep. 29.

*Quam tibi miscebam Saturni tem-
pore lancem,*

Misisti domina Sextiliane tua.

Sic enim lego. HEINSIUS. Vid.
not. Gudii, qui eandem lectio-
nem amplectitur; sed vix per-
suadent Viri Eruditissimi, mune-
ra enim & premia Histrionibus,
non a populo, sed ab editori-
bus & iudicibus dabantur; ne-
que loca ab illis allata, Populum
lances & pateras actoribus donasse
evincunt, sed ludorum modera-
tores & editores. Ille acclama-
tionibus & plausibus favorem
suum testabatur, & si bene Mi-
mus egisset, laudibus onerabant,
quod & sequentia plausu prose-
quuntur, & movet plausus ostend-
unt. Denique elegans est locutio
Onerare laudibus. Qua & usus est
Liv. 4. 13. *Laudibus baud immi-
ritis onerare*.

(19) *Fit turba*] Concurfus
omnis generis hominum. SCHEF.

(20) *Tenet*] Eleganter, fa-
vor erga scurram ita occupatas
habuit multitudinis mentes, ut

adempta esset eis omnis libertas
judicandi. Ergo perperam Ur-
sinus illud jam, immutat in nam.
Non enim verba hæc ad mem-
brum antecedens referuntur.
SCHEFFER. Elegans usus verbi
tenet. Ita Justin. 2. 12. *Quæ vos,
Iones, dementia tenet*.

(21) *Derisuri non spectaturi*]
Derisuros non spectaturos sicut
V. C. Pithœi. *Lege, ut derisu-
ros, non spectaturos scias*. HEINS.

(22) *Digrunnit*] Forte, *de-
grunnit*, *Rittersbusius*, cui ad-
sentior. Particula *de* in compo-
sitione vim habet etiam perfe-
ctionis. Ut *digrunnire* quidem
videatur tantummodo notare ac-
tum grunniendi, *degrunnire* sit
egrunnire, *pergrunnire*, ad fi-
nem grunniere, nobis *ausgrun-
nen*, *greinen* enim à Latino *grun-
nive* desumptum videtur. Sic apud
Sueton. Calig. c. LIV. *f. desalato
cannico abiit*. Similem differen-
tiam inter *defrautum* & *disfra-
utum* notat Casaub. in Sueton.
Cæsar. cap. XXXVII. & Beroald.
in Suet. Cæsar. cap. XXIII. *Fungi-
agere est: defungi, peragere, ut
inquit Agretius grammaticus:
inde defunctos dicimus mortuos,
qui munia vite peregerunt*: &
de.

23 Mo-
Tunc
Porce
Sed i

desuncti
in ejusd
cap. V.
lius mu
per liter
ferentia
et: derij
Mallet
se. in si
quia lib
muto. E
Heinsius

(23)
mover
plausus
lebant,
V. Ferr
(24)
cerpta R

(25)
tis. Don
sine lice
hæc vox
niam ne
i. Epist.

Obl. 9.
(26)
scos hic
enim su
Spectato
referenda
omittit,
ligeret,
tacet, u
Et Hein

(27)
tū. Ali

23 Movetque plausus, & clamores fuscitat.
Tunc 24 simulans sese vestimentis rusticus
Porcellum obtegere, quod faciebat 25 scilicet, 30
Sed in priore quia nil 26 compererant, 27 latens,
Per-

defunctos periculis, liberatos. Et in ejusdem auctoris Vespasianum cap. V. observat Theod. Marcellius multas, sic in lingua Latina per littera unius variationem differentias, ut devovere, divertere: deripere, diripere &c. FREINS. Mallet Rittersbusius degrunni, &c. in sinum, ut ante fecerat. Sed quia libri servant alterum, nil mutato. Et vide sup. 2. c. 4. SCHEF. Heinſius degrunni præfert.

(23) *Movetque plausus*] Com-movet multitudinem ad edendos plausus manibus. Sic enim solebant, cum quid approbarent. V. Ferrarius de Acclam. SCHEF.

(24) *Simulat*] Simulans Excerpta Rigaltii. HEINSIUS.

(25) *Scilicet*] Est confirmantis. Donatus alicubi explicat per sic licet. SCHEF. Aliquando hæc vox confirmat, non per ironiam negat. V. Mabut. ad Cicer. 1. Epist. fam. 6. Et Gronov. 3. Obs. 9.

(26) *Compererant*] Cur alteriſcos hic posuerint, quæro: mihi enim sunt tenebræ. PRASCHIUS. Spectatores, istuc enim hæc sunt referenda. Uvſinus versum hunc omittit, credo, quod non intellexeret, ac locum mutilum putaret, ut fecerunt alii. SCHEF. Et Heinſius delendum censuit.

(27) *Latens*] Sic optime Pat. Aliæ editiones, compererat

latens, quod quia sensum non habet, putabant abesse aliquid, & lacunæ signa post hunc versum addiderant. Est autem perfecta sententia. Faciebat id revera, quod simulare tantum videbatur; sed latebat, ideo fallebat spectatores, ut crederent eum non obtegere porcellum, quia quum eodem gestus adhibuisset scurra, delusi fuerant, & excusso eo nil compererant. Et clarior erit sententia, si parentheſcos addas notam: (quod faciebat scilicet, sed in priore quia nil compererant latens) Pervellit autem &c. FREINSHEMIUS. Sc. Rusticus. Vult, spectatores non habuisse eum suspectum, ac propterea nec sinum excutere jussisse. Et sic illud latere usurpant, pro non observari, non intelligi. Corneel. in Eumene cap. 8. Nam cum non ad Eumenis principia, sed ad regiam conveniretur, atque ibi deliberaretur, quodammodo latebat, cum tamen per eum unum gererentur omnia. Objicit huic explanationi Juvenis eruditus Dn. Gifbertus Cuperus lib. 1. observ. c. 13. quod latere dici non potuerit, qui omnium oculis erat expositus. Atqui sic ne Eumenes quidem dici potuisset latere, contra quam fit a Nepote, cum & ipse junctus cæteris deliberantibus ad principia conspiceretur ab omnibus. Itaque hoc quidem non est tanti, ut

Pervellit 28 aurem 29 vero, quem celaverat,
 30 Et cum dolore vocem naturæ exprimit.
 31 Adclamat populus, Scurram multo similius
 Imitatum, & cogit rusticum 32 trudi foras. 35
 At ille profert ipsum porcellum e sinu,
 Turpemque 33 aperto pignore errorem probans;
 En, hic declarat, quales sitis iudices.

Poëta.

ut mutari suadeat lectionem veterem. Addit, etiam *sed* particulam non habere quo referatur. Mihi aliter videtur. Annon enim eleganter ista sunt conjuncta? *Faciebat* (obtegebat vestimentis porcellum) *sed latens* (multitudinem scilicet, quæ nesciebat, ipsum obtegere, imo ne suspectum quidem habebat) *quia nil compererat in priore*. Et sic usurpant illud *sed* scriptores optimi. Ipse Cicero *Verr. 5. In quo erat aliquis quæstus, sed is honestus atque concessus*. Ostendit illud *sed* qualis quæstus fuerit, plane sicut apud Phædrum, quale fuerit id, quod scurra fecerit, tanta scilicet arte ut lateret, nec intelligeretur facere, quod faciebat tamen. Nihil ergo video, quod postulat mutationem. SCHEFFERUS.

(28) *Aurem*] Legit Gruterus *aure utraque, quem celaverat*. SCHEFFERUS.

(29) *Vero*] Lege, *verri*. HEIN.

(30) [*Et cum dolore*] Lege, *& vi dolosa vocem, vel atque ut dolose vocem naturam exprimit*. Vid. sup. fab. 35. Sic fab. 37. *nativo munere tuta*. Potest etiam legi: *& subdolose* &c. HEINS.

(31) *Adclamat*] An scribendum est: *At clamat*? isto sensu: Licet verum porcellum rusticus compulerit vocem edere, nihilominus clamat populus, &c. SCHEFFERUS.

(32) *Trudi foras*] Per indignationem, cum contumelia. Sic mox c. 9. *Est protrusus foras*. *Plaut. Asin.* *Næ ille ecastor hinc trudetur largus lachrymarum foras*. SCHEFF.

(33) *Aperto*] *Virg. Æn. 6. Aperit ramum, qui veste latebat*. PRASCHIUS. *Aperio*, est claro ac manifesto, pignus notat argumentum certissimum. *Curtius: Nullum erga me benevolentia pignus atque indicium omisistis*. Ita sæpe alii. SCHEFFERUS.

(1) *Pos-*

A
 E
 Sed to
 Immo
 Partic
 5 Lat
 Si non
 Quæ
 Quan

(1)
 SCHEFF
 (2)
 HEINSI
 (3)
 molesta
 Cicero p
 offendit
 putabat
 SCHEFF
 (4)
 spectu
 Possum
 educere
 (5)
 de LL.
 tur lita
 deeris,
 Roman
 guæ,
 vaticin
 forsit
 nos p
 moniti
 tes, q
 similes
 rena g

Poëta.

ADhuc supersunt multa, quæ ¹ possim ² loqui,
 Et copiosa abundat rerum varietas, 40
 Sed temperatæ suaves sunt argutiæ:
 Immodicæ ³ offendunt. Quare vir sanctissime
 Particulo, chartis ⁴ nomen victurum meis,
⁵ Latinis dum manebit pretium literis,
 Si non ingenium, certe brevitatem adproba, 45
 Quæ commendari tanto debet justius,
 Quanto ⁶ Poëtæ sunt molesti validius.

FAB.

(1) *Possim*] Forte, *possem*.
 SCHEFFERUS.

(2) *Loqui*] *Lege, Eloqui*.
 HEINSIUS.

(3) *Offendunt*] Absolute, molesta sunt, ac tædiofa. Sic Cicero pro Clu. Bis apud Judices offendit. Tac. Ag. 22. Honestius putabat offendere, quam odisse. SCHEFFERUS.

(4) *Nomen*] Eleganter, respectu famæ. Ita Seneca epist. 21. Possim mecum duratura nomina iducere. SCHEF.

(5) *Latinis dum &c.*] Cicero de LL. 1, 1. Dum Latine loquuntur litera, quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur. Ita Romani de perennitate suæ linguæ, quorum *μεγαληγορία* in vaticinium vertit. Quod Deus forsitan ita voluit, ut ea via ad nos pervenirent necessaria comminationis exempla: ut si virtus, quarum ista utcumque sunt similes, quas isti pro civitatis terrena gloria tenuerunt, pro Dei

gloriosissima civitate non tenuerimus, pudore pangamur; si tenuerimus, superbia non extollamur: ut huc accommodemus notabilia Hipponensis Episcopi verba de Dei Civ. 5, 18. PRASC.

(6) *Poëtæ sunt molesti*] Qui justa opera conscribunt, quos recitantes non possis absque maxima molestia audire. Huc enim Noster respicit, quod a *Rittershusio* bene observatum est. SCHEFFERUS. Ad molestiam illam respicit Juvenalis principio Satyrarum:

*Semper ego auditor tantum?
 nunquamne reponam?*

*Vexatus toties rauce Theside
 Codri?*

Ubi Joan. Britannicus. Idem poëta Sat. 3, 9. inter summas urbis molestias refert - *S Augusto recitantes mense poëtas*. FREINS. Et Ovidius 2. Art. Am. 5. 508. monct, *ne sua vesanus scripta Poëta legat*.

(1) *Dei*

(87) F A B. VI.

Duo Calvi.

INvenit calvus forte in trivio pectinem,
 Accessit alter, æque ¹ defectus pilis:
² Eia inquit, in commune, quodcunque est lucri.
 Ostendit ille ³ prædam, & adjecit simul:
⁴ Superum voluntas favit, sed fato invido: 5
⁵ Carbonem, ut ajunt, pro thesauro invenimus.
 Quem spes delusit, ⁶ huic querela convenit.

FAB.

(1) *Defectus pilis*] Quem defecerant pili, qui amiserat. Sic *Ovid.* 10. *Met.* v. 104. de cervice: *defecta vigore ipsa sibi est oneri.* Vid. *Schopp. Inf.* 114. SCHEFFER. V. *supr.* ad fab. 21.

(2) *Heia inquit &c.*] Inde est in vita *Æsopi*: *Λαῶν τὸ ἤμισυ τοῦ ἐρμαίου, ἡσύχασον.* PRASC. Formula est solennis, qua utebantur, qui quid alium invenisse viderant in publico. Vide *Erasmum* in *Chil.* *Senec. ep.* 120. Ubi tamen optime monetur ab eruditissimo *Gronovio* non est commune, sicut in postremis edidit *Rigaltius*, sed in commune scribi oportere. SCHEFFER. Lege, *Esto, inquit, in commune &c.* HEINSIUS. Vid. *Vavass. de vi & usu quorundam verbor.* p. 73.

(3) *Prædam*] De re inventa usurpata, notandum. Adde *sup.* 11. 8. 27. SCHEFFER.

(4) *Superum voluntas*] Etiam

hoc solenne fuit. A Diis talia dicebant dari. *Hieron. ad Leo. Multi sine peccato putant esse, si alienum quod invenerint, teneant, & dicunt: Deus mihi dedit.* SCHEFFER.

(5) *Carbonem*] Rem pretii nullius, *Erasmum* vide in *Chil.* Natum hoc ex superstitione vulgi videtur, cui persuasum, nisi observentur omnia in thesauris effodiendis, quæ observanda præcipiunt, qui peritiam hujus artis habent, argentum omne dissipare, illiusque loco meros relinqui carbones, a Dracone credo, cujus antea meminimus. SCHEFFER.

(6) *Huic querella*] Nescio, annon sit à *Phædri* manu, hæc querella, quod & *Rittershusius* putavit. Nec enim sic generatim de querela omni dixeris, quod conveniat. SCHEFFER. Sed assentior *Rigaltio* frustra hæc mutare velle interpretem. FREINS.

(1) Re

U
3
Facile
6 P
7 Ope

(1)
fabulam
riam illi
mibi vid
Phædrus
quum if
lumi not
aperte p
(2)
ra, pro
ad Æn. li
rigatione
religari
equimodi
deat Bud
folutar
PRASCII
gratiam
guli exer
gus, qu
(3) A
insolent
tur in su
pro suas
nam sibi
libet fas.
quere, ab
adripuit?
cur, ut

(88) . F A B. VI.

Princeps Tibicen.

Ubi vanus animus, ² aura captus frivola,
³ Arripuit insolentem ⁴ sibi fiduciam,
 Facile ⁵ ad derisum stulta levitas ducitur.
⁶ Princeps tibicen notior paulo fuit,
⁷ Operam Bathyllo ⁸ solitus in scena dare.

(1) Recte *Ristertius* non fabulam hanc esse, sed historiam illius temporis, neque sane mihi videtur de Sejano cogitasse Phadrus, (ut censet Rigaltius) quum ista scriberet, nam incolumi non esset ausus: eversum aperte potius incessisset. FREINS.

(2) *Aura captus frivola*] *Aura*, pro favore, ut notat Serv. ad *Æn.* lib. 6. Translatum a navigatione: sicut, *aspirare ceptis, velificari gratia*, & siqua sunt quomodocumque. Vocem *frivolus* enudat Budæus ad *L. solutum* 11. §. *solutam*. 5. D. de Pignerat. act. PRASCHIUS. Per *auram*, vulgi gratiam & favorem inquit, *Virgili* exemplo; *frivola*, est fragilis, quæ cito perit. SCHEF.

(3) *Arripuit*] Lego: *adripuit insolentem sui fid.* *to* n exteriur in sui. Ita *sas* dixit Ennius, pro *suas*, illo versu: *Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas.* PRASC. Veteres habere, *abripuit*. An scribendum, *adripuit*? num *abripere sibi* ita dicitur, ut *auferre sibi*. SCHEF.

(4) *Sibi*] Eleganter abundat. Sic *ocium mihi jumo*. Cicero. sic alii. SCHEF.

(5) *Ad derisum*] Ad derisionem, ut derideatur. SCHEF.

(6) *Princeps*] Hoc erat nomen tibicinis. SCHEF. Nomen illius tibicinis, quo de agitur. Ita nomina propria sunt, Rex, Regulus; Tyrannio, Tyrannus, Creon, Creusa (Græce Regem & Reginam significant) & alia id genus. FABER.

(7) *Operam Bathyllo*] Instate tibias solebat, ad quas Bathyllus mimus saltaret. Consueverant enim eo tempore mimi seu pantomimi extra dramata seorsum in scena totius corporis mirifico gestu exprimere quicquid vellent inter saltandum. Vid. *Voss. Inst. Poët. & Scaligerum ad Eusebium* prolixè, p. 170. editionis *Jansoniæ*. SCHEF.

(8) *Solitus*] Non nude explicat professionem Principis, sed vim simul habet causæ, quare notior fuerit; nempe quia solitus hoc erat facere Bathyllo, mimo

Is forte ludis (non satis memini quibus)
 Dum ꝑ pegma¹⁰ rapitur, concidit casu gravi
 Nec opinans, & sinistram fregit tibiam,
¹¹ Duas quum dextras maluisset perdere.
¹² Inter manus sublatus, & multum gemens

10
Do.

ea tempestate celebri. SCHEF.

(9) *Pegma*] *Pecma* sive *pegma*, (nam utroque modo scribitur) machina fuit artificiosa, pro diversitate argumenti adornata, in qua vel in sublimi attollere, vel e sublimi in præceps dare; ac velut dehiscente terra absumere solebant sive homines, sive res, quas esset libitum. Vide *Lipsium Amph. cap. 22. Scalig. ad Manibium pag. 140. Philandram ad Vitruv. l. 9.*

SCHEFFERUS. (10) *Rapitur*] Sic loquitur ob celeritatem, qua dehiscebat aut surgebat, motuum ponderibus latitantibus. *Claudianus:*

Mobile ponderibus descendat pegma reductis. SCHEF.

(11) *Duas cum dextris*] Non negligendus elegans jocus in voce, *Tibia*. Fregit tibiam, sive crus sinistrum, sed maluisset duas dextras tibias (quas se. in Comædiis adhibebat) frangere, quam unicam illam sinistram. Sic in Eunuchi inscriptione apud Terentium legitur, eam fabulam actam fuisse tibiis duabus dextris. Videndus Aldus Paulli Manutius de *Quæsitis per Epistolam*. SCHOP. Lepida argutia, allusio facta ad tibias, quibus in scena utebantur, quarum alix sinistrae, alix

dextrae dicebantur. Adi Terentii didascalias, & ibi interpretes. Ret enim alias fuscè explicata fuit, etsi nondum satis constituta. De iis aliquid à Julio Cæsare Scaligero in lib. de poetica scriptum memini, aliquid à Manutio, & satis multa à Salmasio. Sed, dixerit quispiam; ex Phædri duabus tibiis dextris annon elici possit, quid sibi velit locus ille Senecæ nunquam à doctis explicatus, in quo de utrisque pedibus dextris mentio fit? Nil quidem. Nam dextrae tibiae apud Phædrum longe alius notiois sunt, quam pedes dextri apud Senecam. FABER. Ludit in voce *tibia*. Nam supra sermo de tibia in crure; hic de ea, qua canitur. Fuerunt autem *tibiae dextrae* cantorum, quæ & *Lydiae* dicebantur, quibus succinebant in cantico gravem edentes sonum. Vide *Vossium* in supra nominato opere. SCHEF.

(12) *Inter manus*] Hac de re dixi plura adversus patrem tuum optimum; Rittershusi, suspectar. lection. lib. 3. c. 5. SCHOP. Manibus latus e theatro. *Plant. Mostell. 2. sc. 1. Abripite hunc intro allatum inter manus.* Cicero 7. *Verr.* Erat exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio tan-

quam

Domu
 13 Ad
 Ut sp
 Defid
 Soleba
 Erat f
 18 Et

quam e
 (13)

ducor fo
 adfentia
 Grutero
 Propert.
 Janium
 editum

SCHOP

ber El.

num mo

Proprie

rum op

quæ dici

reliet pr

com pri

stituit.

lib. 33.

pius arf

SCHEFF

(14)

spectato

pidum,

tari volu

mo actu

Tibice

Lepidum

est, lepi

pro ipsi

minus r

cum pra

ideo ad

Domum refertur. Aliquot menses transeunt,
 13 Ad sanitatem dum venit curatio.
 Ut spectatorum mos est, 14 & lepidum genus,
 Desiderari cœpit, cujus 15 flatibus
 Solebat excitari 16 saltantis vigor:
 Erat facturum ludos quidam 17 nobilis,
 18 Et incipiebat Princeps ingredier. Eum

Ad-

quam e prœlio auferetur. SCHEFF.

(13) *Ad sanitatem &c.*] Ad-
 ducor fere his verbis, ut minime
 adsentiar Palmerio & amicissimo
 Grutero nostro, legentibus apud
 Propert. meum: *Vulneraque ad
 saniam nunc cœtere mea.* Ubi
 editum hætenus, *ad sanum.*
 SCHOPPIUS. Fere ut Poëta Um-
 ber El. 3. ult. *Vulnera & ad sa-
 num nunc cœtere mea.* PRASCH.
 Proprie curatio, de ista medico-
 rum opera in sanandis morbis,
 quæ dicitur venire ad sanitatem,
 velut propositum suum finem,
 cum pristinam valetudinem res-
 tituit. Simili modo Plinius
 lib. 33. cap. 3. de auro: *quo sa-
 pius arsit, proficit ad bonitatem.*
 SCHEFFERUS.

(14) *Et lepidum genus*] Ut
 spectatorum genus solet esse le-
 pidum, seque a tibicine exhila-
 tari volunt. Plaut. Pseud. extre-
 mo actu primo:

*Tibicen vos interea hic delecta-
 verit.* SCHOPP.

Lepidum spectatorum genus, Id
 est, lepidi spectatores. Rigaltius
 pro ipsius tibicinis arte sumit,
 minus recte. FABER. Cohæret
 cum præcedenti, *mos est*, atque
 ideo ad spectatores refertur, non

tibicinis artem, ut volebat Ri-
 galtius: *genus lepidum*, quod
 gaudet rebus lætis, ac jucundis.
Rigaltii sententiam video nunc
Fabrum quoque improbare. Sed
 & olim Schoppius sic intellexit.
 SCHEFFERUS. Forte, *cupidum.*
 HEINSIUS.

(15) *Flatibus*] Cantibus. Sic
 tibicines dicti flatores. Festus:
flator tibicen. Glosse veteres,
 quas & Scaliger adducit, ad hunc
 locum: *Flat flator.* Arnob. 2.
*cont. gent. Tibia, calamoque stan-
 tes.* SCHEFF.

(16) *Saltantis*] Bathylli. SCHEFF.

(17) *Nobilis*] Lege, *nobiles.*
 HEINSIUS.

(18) *Et incipiebat*] Scribi-
 mus:

Et incipiebat Princeps ingredier:
eum

Adducit pretio, precibus.

Sicut Phædrus *pretio, precibus*,
 ita Horat. *nunc prece, nunc pre-
 tio.* PRASCHIUS. Totus hic lo-
 cus est editus a Rigaltio, ex in-
 genio, ut puto, quomodo eun-
 dem emendandum censuit & Pra-
 schius. Editiones veteres habebant
 ita:

*Et incipiebat Princeps abduci
 reum*

In-

Adducit 19 pretio, precibus, ut tantummodo
Ipsò ludorum ostenderet sese die.

Qui simul advenit rumor de tibicine

20

20 Fremit in teatro: quidam affirmant mortuum,

Quidam in conspectum proditurum sine mora.

21 Aulæo missò, 22 devolutis tonitrubus,

23 Dii sunt locuti 24 more translatio.

Cho-

Ingressi a se reducit pretio precibus ut

Tantummodo ipso &c.

ex quo *Ursinus*, sequens propius
vestigia scripturæ:

Et incipiebat ingredi Princeps,
cum

Reducit pretio, precibus, ut
tantummodo. SCHEFF.

Lege, *Ut incipiebat Princeps ingredi,*
cum inducit pretio & precibus ut tantummodo &c. HEINS.

(19) *Pretio, precibus*] Formula solennis. Respexit autem locum *Terentii*, qui est in *Eun. Act. 5. sc. 9. Perfice hoc precibus, pretio ut hancam, &c.* SCHEFF.

(20) *Fremit*] *Rumor fremit*, sicut apud *Siciliam*, *rumor strepit Achill. 2.* SCHEFF.

(21) *Aulæo missò*] Desunt quædam, ut *hætiolor.* PRASC. Cum dimitteretur aulæum, post quod stabant actores, & jam scena una finita prodiret chorus ex consuetudine. Hoc vult *Noster*, neque quidquam abest, ut non nemo suspicatur. SCHEFF.

(22) *Devolutis tonitrubus*] Proprie, quia fiebant saxis dejectis post scenam, magno cum fragore, ut ex *Festo* constat, voce *Claudiana tonitrua,* SCHEFF.

(23) *Dii sunt locuti*] Lege, *Dii collocuti.* HEINSIUS.

(24) *More translatio*] Quo transferebantur in scenam, ornati magnifice, cum intervenire difficilioribus negociis deberent machinæ alicujus subsidio. Id enim est *transfere*, & *translatio* in ludis; auctore *Salmasio Exer. Plin. p. 124.* ubi locum hunc interpretatur. Quanquam meo animo non ista velle *Phædrus* *Noster* videatur; sed simpliciter per *translatitium* intelligere pridem usurpatum, & consuetum, & vulgatum. Nam & hoc non raro *translatitium* est apud veteres. Quomodo *translatitiam* *propagationem* legimus apud *Petronium. Cic. Ver. 3.* *Et hoc vetus editum, translaticiumque est. Asconius* eo loco: *translatitia veteres dixerunt; non nova, nec nuper inventa, sed aliunde translata.* Sane si secundum alteram accipias interpretationem, qui eo more *Dii loquantur*, non exco-gito. SCHEFF. Gell. 3. 18. *Editum quo Consules servanda consuetudinis causa translaticium utuntur; translaticium & solitum conjungit Ampelius sub finem belli memorialis.* HEINSIUS.

(25) *Tunc*

25 Chorus reducto tunc, & notum canticum 25 Im-

(25) Tunc chorus] Subest ἄπλοον: quod non tetigit Gruterus, quum locum hunc tentaret. Puto:

Tunc chorus, ignoto more, ludo canticum

Imposuit. PRASCIUS.

Legendum mihi videbatur: Tunc chorus gnotum more educto canticum. Scilicet producto in scenam Principe, moro & inepto tibicine, scenici artifices acclamaverunt; Latare incolumis. &c. RIGALTUS. Sed sic metron laboraret. Inde gnotum canticum esse non potuit, cujus sententiam, ut apparet, tibicen non intelligebat. Illud autem moro educto nescio quomodo non placet: neque Phædrum olet. Postremo non concipio quomodo rem sit imaginatus Rigaltius, scenicos artifices educto illo moro acclamasse. Nam neque in ejus gratiam id factum aperte monstrat Phædrus. Quin nec ea ambiguitas, de qua dicebamus ex Rittershusio, habebat locum in eo carmine, quod Imperatoris solius honori serio destinatum fuerat. Unde insignitior tibicinis stultitia fuit ad se trahentis ista, propter vocabulum principis, quod judicare debebat, ad se nihil attinere sic usurpatum, & huic inclusum sententiæ, licet ipse quoque Princeps vocaretur. Parisienses hic multa mutant, audacter sane, si præter MSS. fidem. ex vulgato:

Tunc chorus ignotum more ducto canticum

Imposuit; fecissem:

Tunc chorus ignotum more reducto canticum

Imposuit.

Ignotum canticum eo usque, hoc est, novum, tum primum in scenam productum. FREINSHIEM.

Chorus reducto tunc & notum canticum

Imposuit, cujus hæc fuit sententia, &c.

Hunc Phædri locum non intellexit novus Interpres sub quo nuper & Phædrus & Terentius Gallice loqui didicere. Sic enim vertit: Les danseurs voient ce joueur de flute revenu de nouveau, lui donnerent à chanter une chanson fort connue, qui commençoit par ces paroles, Rome réjouit toi, &c. At Phædri sententia est: chorus, & canticum quoddam, (ex eo cantico est versus ille, Latare incolumis Roma, &c.) Chorum, inquam, & canticum illud, quod tunc forte canebatur, induxisse tibicinem, hominem misere fatuum, in eum errorem, ut per Principem se designari crederet, cum de Imperatore, non de tibicine, sermo esset. Imposuit itaque, fessellit. FABER. Verum miror, quomodo, si notum fuit canticum, sic tibicinem potuerit decipere. Ait quidem Faber in novissima editione: Facile vel puer respondeat: notum erat omnibus, quia nuper

Imposuit, cujus hæc 26 fuit sententia;
27 Lætare incolumis Roma salvo Principe.

In

nuper compositum fuerat, sed Principi saltatori ignotum, quia per diu in lecto jacuerat, neque illud audire poterat. Sed revera puerile hoc responsum est. An enim tandem, quia diu jacuit in lecto, iecirco ignorare canticum illud debuit? Atque ut fatetur Faber, notum fuit omnibus. Cur ergo ipse solus nil resciverit de eo? An focios, an amicos habuit nullos, per quos etiam decumbens, vel inter confabulationes familiares intelligere cansionem istam potuit? An ipsum, tibicinem præsertim (tibicen enim fuit, non saltator, ut a Fabro nominatur) interea scenæ omnis, chori, cansionis oblitum arbitramur, aut saltem tam negligentem extitisse, ut quid ibi fieret, per tot dies ne quæsierit quidem? Hæc vero omnia crediderit, opinor, nemo, nisi puer. Quare non definimus mirari, quomodo quod notum, & notum fuit omnibus, ipse solus ignoraverit canticum. Ac propterea existimamus, adeo fuisse ignotum, ut ante illum diem nunquam prolatum fuerit in scena. Unde tandem sequitur, ut omnino, quod monebam olim, locum sic legamus; tunc chorus ignotum ac reducto canticum, vel, ut placuisse nunc Freinshemio intelligo: tunc chorus ignotum mox reducto canticum. Nisi Rigaltiana inhxerentes editioni malimus: Chorus redu-

to tunc, & novum canticum. Nam quod de in parenthesis includendis verbis illis, & novum canticum, conjeceram, eo minus placet, quia sequens cujus eam nequit admittere. Quod autem pro imposuit, Freinshemius substituit, insonuit, sine causa factum, & subsequenter omnimode repugnat. SCHEFFERUS. Lege, tum chorus en (vel id) notum. &c. HEINSIUS.

(26) Fuit] Forte, dicit. HEINSIUS.

(27) Lætare &c.] Vide Barn. Bifson. Form. Sol Lib. 8. p. 719. & exemplis ab illo conductis præsens adde. PRASC. Hinc videtur colligi, accidisse ista post detectam Sejani conjurationem, & supplicium de eo sumptum. Licet enim alio in argumento diceretur, tamen spectatores more suo simul id accipiebant de Tiberio, & ideo edebant plausus. Moris hujus habes evidens exemplum apud Suetonium vita Augusti. cap. 68. & Neroni. c. 48. Sane in quæ alias Augusti & Tiberii tempora hæc sententia magis congruat, haud liquet, cum proferri eam moris fuerit, non nisi e manifesto vitæ discrimine Principe erepto. Quod cognoscimus ex ejusdem Suetonii vita Calig. cap. 6. ubi auditur, quod Germanicus, quem ægrotare graviter cognoverant, convalesceret, omnes Romæ clamant: Salva

Re.

28 In
Tibi
Equ
Mag

Roma
Germ
Bernar
c. 14. 8
cell 14

(28

est]]

Cicero

equitib

ferant.

præsent

iam a

princip

Tacit. l

Othonen

theatret

fere. FR

omnibu

sus ede

debant

cipis ca

ligitur,

tonius i

dem præ

ab univ

tibus pl

sus est.

(29

lib. I. H

tendens

jacere o

Jacta

Non est

dextras

aut gen

Urstinus

28 In plausus confurrectum est. 29 Jactant basia.
 Tibicen 30 gratulari fautores putat.
 Equester ordo 31 stultum errorem intelligit:
 Magnoque rifu canticum repeti jubet.

Ite-

Roma, salva patria, [salvus est Germanicus. SCHEFFERUS. Vid. Bernard Ferrar. de Acclam. lib. I. c. 14. & Lindenb. Ad Amm. Marcell. 14. c. 5.

(28) In plausus confurrectum est] Honoris præcipui causa. Cicero Attic. 2, 19. Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant. Plaudebatur autem non præsentibus tantum, verum etiam absentibus viris magnis, principibus maxime. Sic apud Tacit. H. 2, 55, 2. Ut cessasse vita Othonem &c. certi auctores in theatrum attulerunt, Vitellio plausere. FREINSHEMIUS. Simul ab omnibus surrectum est, ut plausus ederent. Stantes enim fere edebant, præsertim si hoc Principis causa facerent. Unde intelligitur, quæ habet iterum Suetonius in Augusto cap. 56. Eisdem prætextatis adhuc assurrectum ab universis in teatro, & a stantibus plausum, gravissimo questus est. SCHEFFERUS.

(29) Jactat basia] Tacitus lib. I. Histor. Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, &c. JUVENAL.

Jactaret basia rheda. FABER. Non est, deosculatur hominum dextras, ut putat Rittershusius, aut genas; nec adorat, ut vult Ursinus; sed ori admota manu

spargit in vulgus, gratiæ agenda causa. Sic enim solebant, quoties declarare animum gratum, aut quoquo modo deditum aliis vellent. Unde JUVENALIS Sat. 4. Blandaque devota jactaret basia rheda. Fiebatque hoc manu primum admota ori; deinde porrecta ad eos, quorum amori vel honori hoc dabatur, & sic osculum ipsum portigebatur velut, ac jactabatur. Unde idem Sat. 3. a facie jactare manus dixit. TA-CIT. Hist. 1. Nec deerat Otho, protendens manus; adorare vulgum, jacere oscula. SCHEFFER. Legge cum Scriver. ad Mart. 1. ep. 3. Jactant basia. HEINSIUS.

(30) Gratulari] Idem igitur accidit, quod Afino Æsopi fab. 26. PRASCHIIUS. Absolutè, gratulari, pro gratulari sibi. Ita lib. 4. cap. 11. Quam gratulantes persabatasset Deos. Cic. de Orat. Cum vos non modo frequentes, sed leto vultu gratulantes videvit. Suet. cap. 60. Gratulanti inter pœnas, quod non & locustam obtulisset. SCHEFFERUS.

(31) Stultum errorem] Errorem ex stultitia, & judicii infirmitate natum. Sunt autem errores & ex causis aliis. Quod ideo addo, ne quis otiosum arbitretur. SCHEFFERUS.

Iteratur 32 illud. 33 Homo meus se in 34 pulpito
 35 Totum prostermit: plaudit inludens eques;
 Rogare populus hunc 36 coronam existimat.
 Ut vero cuneis notuit res omnibus,
 Princeps ligato crure 37 nivea fascia,
 Niveisque tunicis, niveis etiam calceis,
 Superbiens 38 honore divinæ domus,
 Ab universis 39 capite est protrusus foras.

35

FAB.

(32) *Illud*] Forte *ilico*. HEINS.

(33) *Homo meus*] Quando de stupore alterius sermo est, eleganter illum Nostrum dicimus. CATULLUS:

*Talis iste meus stupor nil videt,
 nihil audit.*

Ipsè quis sit, utrum sit, an non sit, id quoque nescit.

In quo loco doctissimum Lipsium, quemque tantopere adolescentiæ meæ favere gaudeo, frustra fuisse nollem. Nam ut ibi receptâ lectione insuper habitâ corrigamus, *meus stupor*: ego sane, qui meus stupor est, causam adhuc nullam excogitare potui. Sic autem loquimur quasi per ironiam illum commendantes. Nam etiam vere si quem laudamus, *Nostrer esto*, dicere consuevimus. SCHOPPIUS. Elegantissime illud *meus* usurpat, velut per commiserationem tantæ stultitiæ. SCHEFFERUS. Petron. *Fragm. Trag. Homo meus cepit ad stellas facere.*

(34) *In pulpito*] Ubi canere fabulamque agere solebant personæ; vide *Scalig. 1. de Poet. c. 21.* & alios. SCHEFF.

(35) *Totum prostermit*] Sequentium versuum ordinem, sic

mutat Rigaltius. *Totum &c. Princeps &c. Niveisque &c. Superbiens honorem invidit divina domus, Rogare &c. Ut vero &c. Ab universis &c.* Sed longe melior est receptus ordo. FREINSHEM.

(36) *Coronam*] Præmium certaminis in ludo illo. SCHEFF.

(37) *Nivea fascia*] Alba, candida, qui color olim relaxus est inter regales. Vide *Sueton. Domit. c. 21. Vellej. lib. 2. cap. 2. Cic. Att. 11. ep. 2.* Adde quoque, quæ Amplif. Eruditissimusque Thomas Bartholinus nuper docuit, in politissimo opusculo de *Niv.* SCHEFFERUS.

(38) *Honore divina domus*] Sic optime Paris. sublatis etiam notis lacunæ ante hunc versum; Deest enim nihil. Edebatur antea: *honorem vidit divina domus*; quod ut mutarit Rigaltius, vidimus. FREINSHEMIUS. Palatinæ, Augustæ, Imperatoris, inquit *Faber. Veteres edit. habuerunt honorem vidit divina domus.* SCHEFFERUS. Vide Juret. ad *Symmach. pag. 166.* & indicem XIII. Gruter. *Inscript. in domus divina.* HEINSIUS.

(39) *Capite*] Catull. *De Colonia, per caputque pedesque.* HEINS. (1) *Per-*

(89) F A B. VIII.

Occasio depicta.

CURSU volucris pendens in novacula,
 Calvus, comosa fronte, nudo corpore,
 Quem si occuparis, teneas: elapsum semel
 Non ipse possit Jupiter reprehendere;

(1) Pendens] Eleganter, proleviter insistens, ut vix attingat. Quomodo pendentem manum, pro vix tangente usurpavit Pacuvius noster c. 3. ubi vide, quæ notamus in editione secunda. Ovid. de Perseo, per ærem ambulante lib. 4 Met.

Cumque super Lybicas victor penderet arenas.

Heinsius de hoc loco ad me: Salmasius ad Hist. Aug. 323. distinguit: cursu volucris, pendens, in novacula. Imo pendens in novacula, qui volat super novaculam. Sic pendere in aere aves passim dicuntur. Hanc tamen distinctionem Rigaltius admisit posteriori editione. Optime haud dubie. Probatque amplius Virgilius, quem subinde respicit. Nam & ipse lib. 1. Æn. v. 110. de navigantibus in tempestate, isto sensu: Hi summo in fluctu pendent. Quanquam cum novaculam in manu potius fingatur habere, quam ei insistere, ut liquet ex Anthologia lib. 4. aliisque locis, possunt verba in novacula, scortum de novaculam gerente, accipienda videri. Quomodo poetæ solent sapius. Ovid. 8. Met. v. 313. - - Primis etiam nunc Nestor in armis.

Sic enim legendum censet Nob.

N. Heinsius eo loco, ubi plura de hoc genere. Ipse Virgilius, quem fors Nolter respexit. lib. 5. v. 35.

- - Occurrit Aestes, Herrius in jaculis - -

Servius ibidem: in jaculis, in hastis. Ennius: levesque sequuntur in hastis. Sed & alii sic solent. Solinus cap. 5. Campus Ennensis in floribus semper. SCHEFFERUS. Curtius 4. 14. 26. Aquila diu, circa equum Alexandri pendenti magis, quam volanti similis apparuit. HEINSIUS.

(2) Comosa] Comis abundante. Ita Plin. arborem in orbem comosam dixit lib. 16. c. 6. SCHEFF.

(3) Occuparis] Inopinatum quasi ac non sentientem præveniundo. Id enim proprie vult hoc verbum. SCHEFF.

(4) Non ipse Jupiter] Proverbiale hoc videtur. Sic Palinurus apud Poëtarum Regem Æn. 5.

Non si mihi Jupiter auctor

Spondeat, hoc sperem Italiani contingere caelo.

Quem quidem versum δ πένυ Scaliger Poëtes 3, 16. moratum putat, ob nautarum impietatem. Ac sane impium esse dictum, vel hæc Ausoniana firmant, Epist. ad Theodos.

Agricolam si flava Ceres dare semina terræ,

Occasionem rerum significat brevem.
 Effectus 6 impediret ne segnis mora,
 Finxere antiqui talem effigiem 7 temporis.

FAB.

*Grandævus jubeat si capere
 arma ducem,*

*Solvere de portu classem Neptu-
 nus inermem;*

*Fidere tam fas est quam du-
 bitare nefas.*

*Infantum quamvis hiemet mare,
 crudaque tellus*

*Seminibus, bello nec satis apta
 manus.*

*Nil dubites auctore bono: mor-
 talia querunt*

*Consilium; certus jussu ca-
 pesse Dei.*

Sed annon illa etiam locutio, quam Phædrus hic usurpat, similesque aliæ, (vid. Plin. H. N. 2. 7. fin. & Corn. Martini Metaphyl. cap. de potentia activa) v. g. *Deus non potest virginitatem restituere; facere, ut bis duo non sint quatuor*; ut maxime veræ videantur, ad temeritatis fines accedant, atque ideo a Christianis, quibus non nisi reverentissime & cum tremore de Deo loquendum, rectius declinentur, dubito; atque eo magis, quod tanta hominum est cæcitas & caligo in rebus divinis, ut Cicero alicubi vere dixerit, de Deo etiam vera dicere periculosum esse, verba sunt Corn. Martini l. c. p. 326. cui adhibe Lipsium Polit. 1. 2, 8. N. Et finge, secus hoc esse: tamen, ut non pessime Thomas, convenientius dicitur, quod ea non possunt fieri, quam quod Deus ea non possit facere. PRASCHTUS.

(5) Reprehendere] Prehensum retro trahere proprie. Cicero Acad. 4. Revocat vitas vel potius repre-

bendit manu. Adde Nob. Hein-
 sium ad lib. 13. Ovid. Met. v. 235.
 & lib. 15. v. 525. & Guyerum ad
 Terent. Adel. A. 4. sc. 4. SCHEP.

(6) Impediret] Lege, impe-
 diatur ne segni mora. HEINSIUS.

(7) Temporis] Καρπῶ. Auso-
 nio est *temporarium tempus*, in
 Ludo septem Sap. cujus & ima-
 ginem exhibet epigr. 12. Adip.
 Mexiam Sylv. Var. Lect. 4, 8. In-
 terim χρόνος quoque effigiem pi-
 ctam nobis reliquerunt, senem a-
 latum, qui capite clepsydræ,
 manu falcem gerit. Symbolum
 autem ejus serpentem esse volue-
 runt: eo quod longus sit, &
 multis spiris ac voluminibus sese
 regyret, reparque sine strepitu.
 Legi potest Allard. Uchtman. An-
 not. ad Examen mundi R. I. Ba-
 dreshite, Hispani, p. 288. ubi
 & alia quædam sequuntur de tem-
 pore & occasione. Denique per
 ænigmata quoque effigiarunt:
 quale antiquissimum illud apud
 Athenarum, τί ταυτόν ἐστίν,
 ἔδαμῶ καὶ πανταχῶ: A quo non
 procul abhorret vetus epigramma:

Καὶ μὴ Φαινομένους τῶς Φαι-
 νομένους ἀφανίζει,

Καὶ μὴ Φαινομένους εἰς Φαι-
 νερόν προφέρει. PRAS.

Non simpliciter, sed ejus, quod
 ante dixit *occasionem*, h. e. oppor-
 tunitatem. Et sic sæpe Græci usur-
 pant. Cornel. Nep. Alcib. 8. *tempus
 rei gerendæ non dimisit.* Adde Plin.
 4. ep. 5. ibique celeberrimum
 Buchnerum. SCHEFFERUS.

(1) Ple-

AD
 MOR
 TAC
 Q

(1)

& Buc
 nihil t
 plebe
 que fit
 6. pleb
 Elest. 2
 gubern
 vem.

libroru

nunc h

Barth.

Lege,

Scheff

(2)

præter

sicut fo

anum

AD

C

(1)

suis &

canis

multu

si fuit

Lege,

Pecuar

suis &

(90) F A B. IX.

Taurus & Vitulus.

Anguſto in aditu taurus luſtans cornibus,
Quum vix intrare poſſet ad præſepia,
Monſtrabat vitulus, quo ſe pacto ¹ pleſteret.

Tace, inquit, ante hoc novi, quam tu ² natus es.

Qui doctiorem emendat, ³ ſibi dici putet. 5

(1) *Pleſteret*] Rittershuſius & Buchnerus volunt *ſteſteret*. Sed nihil temere mutaverim. Nam & *pleſteret* eſt *ſteſteret*, cum utrumque ſit a *πλέκειν*. Sic Juven. Sat. 6. *pleſtit que comas*, ut legit Ruſen. Eleſt. 2. c. 26. Inde *pleſtra* navium gubernacula, quia ſteſtunt navem. Qua de re in editione Nova librorum de Militia navali, quam nunc habeo ſub manibus, ſcHEF. Barth. adv. 44. 6. legit *pleſteret*. Lege, *inſteſteret*. HEINS. Vide ſCHEF. de re vghiculari lib. 1. cap. 4.

(2) *Natus es*] Præſens, pro præterito perfecto, *natus fuiſti*, ſicut ſolet etiam in aliis. Vide *Sanctuum* l. 1. *Miner.* c. 15. SCHEF.

(3) *Sibi dici putet*] Terentianum hoc eſt, *tibi dictum puta*, ait Conradus Rittershuſius. Sed ſua illi memoria impoſuit, niſi nos noſtra fallat. Legitur quidem apud Terentium *dictum puta*, at longe aliud ſignificat. (locus eſt in prima Andria,) quaſi diceret, *illuc pro dicto habeto. Il n'eſt pas beſoin que vous en diſiez davantage; je vous entens.* FABER. Terent. Adel. 1. ſc. 2. *Hæc quum illi Micio dico, tibi dico*, quem locum ad oram ſui libri bene poliſtiſſimus juvenis, Dn. Lindemannus annotaverat. Nam quem attulit Rittershuſius, alienus eſt, id quod Faber etiam obſervat. SCHEFFERUS.

(91) F A B. X.

Venator & Canis.

Adverſus omnes fortis ¹ veloces feras
Canis quum domino ſemper feciſſet ſatis,

(1) *Veloces*] Molebat N. Heiſius & *velox feras*, quia fortitudo canis adverſus feras veloces non multum potuit prodeſſe domino, ſi fuit ſola ſine velocitate. SCHEF. Lege, & *velox*. Columell. 7. 12. *Pecuarius canis neque tam ſtrigofus & pernix eſſe debet, quam qui*

damas cervosque & velocisſima ſeſtatur animalia, nec tam obreſtus aut gravis, quam villa horreique cuſtos; ſed robuſtus nihilominus, & aliquatenus promptus ac ſtrenuus, quoniam & ad rixam & ad pugnam, nec minus ad curſum comparatur; cum & lupi repellere inſidia

Languere cœpit annis 2 ingravantibus,
Aliquando 3 objectus hispidi pugnae 4 suis
Adripuit 5 aurem: sed cariosis dentibus
Prædam dimisit. Hic tum venator dolens
Canem 6 objurgabat. Cui senex contra latrans:
Non 7 te destituit animus, sed vires meæ.

8 Quod fuimus laudas, jam damnas, quod non sumus.
Hoc cur, 9 Philete, scripserim; 10 pulcre vides. 10

fidias, & raptorem ferum consequi fugientem, prædam excutere atque auferre debeat. Justin. lib. 37. c. 2. de Mithridate: Assuetus feras cursu aut fugere, aut persequi, cum quibusdam etiam viribus congrédi.

HEINSIUS.

(2) *Ingravantibus*] Mallet Rittersh. *ingraventibus*. Puto *ingravantibus* esse positum pro *gravantibus*, cum anni eum gravarent, i. e. molestiam ei afferrent, quomodo apud Virgilium, *gravare labor* dicitur. SCHEFFERUS.

(3) *Objectus*] *Objectus pugna*, est commissus cum ea in pugnam. SCHEFFERUS.

(4) *Suis*] Leporem substituit Anonymus fab. 27. PRASCHIUS.

(5) *Aurem*] *Lege, aure*. HEIN.

(6) *Objurgabat*] *Lege, objurgare*. HEINSIUS.

(7) *Te destituit*] Scilicet *meus*. Non destituit, non fallit, non facere negligit aut non curat, quod imperas. *Vellejus* 2. c. 24. *Conata ejus qui obtinebat Afram, metu suo destituit*. SCHEFF. Forte, *nos*. HEIN.

(8) *Quod fuimus &c.*] *Faber* corrigi: *damnas quod jam nos sumus*. Nihil ego mutò. Ordo est: *damnas, quod jam non sumus, pu-*

ta, id, quod fuimus, h. e. ægre fers, quod non semper retineamus, & sic etiamnum habeamus illas vires, quas habuimus olim. Quamquam minus sit contemnendum, quod putabat Heinsius: Quod fuimus, lauda, non damna, quod jam sumus. SCHEFF. Alteram conjecturam adscripsit Nob. vir: *Quod fuimus laudas, dum damnas quod nunc sumus.* Barth. 44. adv. 6. legit: *Quod fuimus laudas? jam de-damnas quod sumus.*

(9) *Philete*] *Filete*. Excerpta Rigalt. *Philetus* Uffus Statio memoratus. HEINSIUS.

(10) *Pulchre vides*] *Faciunt* hic asteriscos aliqui, tanquam desit nonnihil. Verum frustra. Sic enim solet aliquando finire, ut l. 3. c. 12. *Hoc illis narro, qui me non intelligunt; & eodem lib. cap. 1. Hoc quo pertineat, dicet, qui me noverit.* Unde simul discimus, solere eum ita loqui, quoties de se ipso agit. Quod cum hic quoque fiat, non est dubium, quin integra sint omnia. Vult enim se excusare *Phileto*, quod non ea scribat alacritate senex, qua fecit olim, cum adhuc ætate viribusque esset integris. SCHEFFERUS.

I N D E X

IN PHÆDRI FABULAS.

Prior numerus librum, posterior caput significat.



A.
 Catena detritum
 collum 3, 7. fœ-
 minis spoliari vi-
 ros 2, 2. radici-
 bus evertere 3,
 10. superis mer-
 ces fraudis 1, 17

A cœnâ redire 2, 8. a negotiis
 vacare 3, *prol.* a furibus tueri
 domum 3, 7
 Ab humeris destrieta tunica. 2, 5
 Ab injuria tutæ 1, 31. sermone
 cognitus 4, 21. ab universis
 5, 7
 Abdere corpus domo 2, 6
 Abditi thesauri 4, 19
 Abesto hinc 3, *prol.*
 Abjicere agros 4, 4. se 4, 1
 Abigi 4, 23
 Abire domum 3, 19. impune
 1, 8. abiturus illuc, quo
 priores abiverunt 4, 19
 Abripere se contumeliis 4, 17
 Abientis admirator 4, 21
 Absistere timere 3, 2
 Absolvi 3, 9
 Abundat copia materiæ 4, 25.
 varietas rerum 5, 5
 Accede, pota leniter 1, 25
 Accedere 2, 6. 5, 6. ad lectum
 3, 10. ad præsepe 2, 8
 Accendere lucernam 3, 19. ac-
 cendi lucernam, sacra 4, 10.
 accensa magis 3, 16
 Accessum dare 2, 1
 Accidere illis 3 *prol.* accidit ali-

quid simile 4, 17
 Accipere 3, 5. alveos 3, 13.
 partem 4, 24. præmium. 3,
 5. res 4, 4. accipere bonas in
 partes 2, *prol.* accepimus 1, 16.
 accipiens in contumeliam 3, 8.
 accepta merces 4, 21
 Accipiter rapit passerem 1.9
 Accommodare se humanitati
 3, 16
 Accurrere 5, 2
 Accusator 3, *prol.* accusatores
 3, 10
 Acer canis 3, 7
 Acerba uva 4, 2. acerbum con-
 vicium 3, 16
 Acriter contendere 4, 23
 Acti menses 1, 18
 Acuit sese industria 2, *prol.*
 Ad animum referre 3, 19. ad
 necem currere 2, 8. cœnam in-
 vitare 1, 26. cœnam pro-
 mittere 4, 24. fabellam ferri
 5, *prol.* perniciem devocare. 3,
 5. ad sidera 1, 6. fontem resi-
 stere 1, 12. sanitatem venit
 curatio 5, 7. se 4, 21. januam
 4, 24. lanium 3, 4
 Ad præsepe accedere 2, 8
 Ad querelam recidere 3, 18
 Ad legendum inducere 3, *prol.*
 Ad fallaciam consilium vertere
 1, 31
 Ad studium vocare 3, *prol.*
 Ad se rapere quod est commune
 omnium 3, *prol.*
 Adclamare 5, 5

I N D E X.

Adclamat populus 5, 5
 Addere contumeliam injuriæ 5, 3
 Adducere quem pretio, precib. 5, 7
 Adeptus regnum 1, 31
 Adeo 1, 4
 Adesse 4, 21
 Adfectare quod 3, 18
 Adferre frondem bobus 2, 8.
 Lucernam 3, 10
 Adfici impetu leonis 1, 11. Malo
 adficietur 1, 5
 Adfinitas 4, 13
 Adficiis succurre 1, 2
 Adfluens vestitu 5, 1
 Adgressa garrulam 3, 16
 Adhuc 3, 1. superesse 5, 5
 Adjicere 3, 10. fabellam *prol.* 4.
 simul 5, 6
 Adire statim 4, 17
 Aditus angustus 5, 8. acitum
 rogantes 4, 17
 Adjuvatores nulli 5, 5
 Adjuvare debilem 4, 25. fidem
 3, 10. indignos 1, 8. verbis 5, 2
 Adludere occupato 3, 19
 Admirabilis ayibus 3, 18
 Admirans Minerva 3, 17
 Admiratus ingenium 5, 1
 Admirator 4, 21
 Admonere 1, 26. 1, 11. admo-
 net fabella, agere 3, 17. ira-
 cundos 4, 3. simplices 3, 10
 Admovere preces reposcenti 1, 19.
 uber 3, 15. admoveri tibi pre-
 ces puta 4, 25. admota prece.
 3, 16
 Adnatate 1, 2
 Adpetere cibum 5, 4. morda-
 ciores dente 4, 7. uvam 4, 2.
 adpetere, nisi 5, 4
 Adplicare membra 4, 14. virgi-
 nale. *ibid.*
 Adprobare 4, 4. ingenium 5, 5.
 opus 4, 24
 Adquirere famam 1, 14

Adridere 4, 20
 Adscribere exemplum sibi 4, 2.
 Praxitelem marmoris 5, *prol.*
 adscribi alios 4, 17. adscriptus
 Dies poenæ 4, 10
 Adsequi famam 3, 9. mures 4, 1
 Adsignare cætera illi 4, 4
 Adsignari illi 5, 2
 Adsilire 2, 5. 4, 1
 Adstare, adstare, adstare
 4, 7. adstare abire, rapere,
 1, 16. adstare vicem 3, *prol.*
 Adtentare quos 5, 2
 Adtingere cibum 1, 4
 Adtrahere turbatos 4, 17
 Adtributum hoc mihi 4, 19
 Advenit dies 1, 16. 5, 6
 Adversum tempus 2, 8. adversus
 feras fortis 5, 10
 Adulta ætas 3, 10
 Adulter 3, 10
 Adultera conjux 3, 3
 Advocare fidem 4, 4. advocata
 concione 1, 14
 Advolare ex insidiis 2, 7. cupi-
 de 3, 16
 Ædes parvæ 3, 9
 Æta 4, 6
 Ægea freta 4, 6
 Ægre recepti 4, 5
 Æmulatio est, non invidia 1, 9
 Æqualiter distribuere 4, 4
 Æquare dignitatem 4, 15
 Æquitatis laus 4, 12
 Æquo animo 1, 26. æque le-
 ges 1, 2
 Ælopus 1, *prol.* & 3, 4, 16.
 Phryx 3, *prol.* scnex 3, 3. & gar-
 rulus 3, 19. derisor 3, 14.
 versabatur Athenis 1, 2. 4, 4.
 ludit cum pueris 3, 14. Ælo-
 pi exempla. *prol.* 2. statua 2, 9.
 stylus 3, *prol.* Ælopo quidam
 lapidem impingit 3, 5

Æstas,

Æstas
 Æstim
 vere
 Æstua
 Etas ad
 quid
 Æterna
 Ævum
 tum
 4, 1
 Affectu
 Afflicto
 Affirm
 rum
 Agelli
 Agere
 quic
 nil 4
 do n
 porr
 agi
 pœn
 agiti
 Aggera
 4, 1
 Aggrav
 Agmen
 Agnos
 hom
 Agnus
 no c
 Agrest
 Ajunt
 Alapan
 ne
 Albus,
 Alere q
 Ales r
 Ahenu
 appe
 1, 4
 bon
 Aliqua
 Aliqui

I N D E X.

Æstas, brumæ oppos. 4, 23
Æstimo hoc dictum ridicule,
 vere 3, 4. *æstimantes*. 4, 17
Æstuans humus. 2, 5
Ætas adulta 3, 10. *ætatis* mediæ
 quidam 2, 2
Æterna basis 2, 11. fama 3, *prol.*
Ævum languens 4, 25. follici-
 tum 1, 31 *ævum* exigere
 4, 19
Affectus proprii 3, *prol.*
Affictio veretri 4, 13
Affirmare 1, 17. 3, 3. mor-
 tum 5, 7
Agelli 4, 4. agri. *ibid.*
Agere cuniculos 4, 19 *gratias*
 quietis 2, 8. multum 2, 5.
 nil 4, 23. quod 3, 17. agen-
 do multa nihil agens 2, 5. age
 porro 3, 15. *agedum* 5, 4.
 agi ad perniciem 4, 12. ad
 poenitendum 5, 5. de quis
 agitur 3, 14
Aggerare quadrantes patrimonio,
 4, 19
Aggravare curam cura 3, 3
Agmen extremum 5, 1
Agnoscere dictum in se 1, 22.
 hominem 2, 5
Agnus 1, 1. 3, 15. agni huma-
 no capite 3, 3
Agrestes 3, 2
Ajunt 4, 21. 5, 6
Alapam ducere 5, 3. *alapæ* ve-
 neunt majoris 2, 5
Albus, an niger 3, 15
Alere quos 4, 10
Ales 1, 13
Alienum moribus 4, 4. *alienum*
 appetens, proprium amittit.
 1, 4. *aliena* vitia 4, 9. *alienis*
 bonis gloriari 1, 3
Aliquando 3, 14. 5, 9
Aliquid simile 4, 17. *turpe*, *ibid.*

dictorum 2 *prol.* operis 4, 25.
 aliquod tempus 4, 17. *aliquæ*
 ferie 3, *prol.* reliquæ 4, 25.
 aliquot domus. 3, 19. *menfes*.
 5, 7
Alius Sejano 3, *prol.* non *alius*,
 quam qui 4, 10. nec *aliud*
 quicquam 2, *prol.* *aliis* confi-
 lium dare 1, 9. *aliis* censo-
 res sumus 4, 9. *alium* re-
 gem 1, 2
Allicere plures 2, 3
Alligare 3, 7
Alter 2, *epil.* 4, 14. 5, 6. *alter*,
 tertius 4, 1. *alter*, unus 2, 7.
 calvus 5, 6 *alterius* malo,
 reperire effugium 4, 8. opi-
 nione quid ponderare 3, 10.
alteri dedi 4, 3. *altera*. 1, 19.
pro alia. *altera*, *tertia* 4, 4
Alticincti atrienses 2, 5
Alta quercus 3, 13. *vinca*. 4, 2,
alta *altra* 2, 6. *cornua* 2, 8.
altior margo 4, 8. *altius* agere
 cuniculos 4, 19
Alveolus ligneus 2, 5
Alvei 3, 13
Alvi capacis specus 4, 5
Amans 3, 10. *ament*, *amentur*. 2, 2
Ambæ 2, 2
Ambitio mortalium 3, 10
Amicus 3, 7. *amicus* malis Plu-
 tus 4, 11. *descende* *amice* 4, 7,
amici nomen vulgare, *fides* ra-
 ra 3, 9. *amici* veri, *ibid.* *ami-*
cis reddere tempora 3, *prol.*
Amissum corpus 3, 11. *amit-*
tere dignitatem 1, 21. *fidem*.
 1, 10. *amittit* proprium 1, 4.
amisi nihil 2, 8
Amphora epota 3, 1
Amplexus utrumque 3, 8
An niger, an albus 3, 15
Anacharsis Scythæ 3, *prol.*

An-

I N D E X.

Angulus interior. *prol.* 4
 Angustus aditus 5, 9. angusta
 domus 3, 9
 Anhelans gratiæ 2, 5
 Anima 3, 1
 Animadvertere 2, 8
 Animal generis conte pti impro-
 bum 5, 3
 Animus destituit te 5, 10. sentit.
 Epil. 2. est 3, 7. est, potare
 3, 16. excedit terminum 4, 25.
 animi cogitatio 5 *prol.* con-
 scientia. *prol.* 3. animo dare
 lusum 3, 14. animum alicuj-
 us nosse 1, 11. relaxare.
 5, *prol.* ad animum referre.
 3, 19. animo æquo 1, 26.
 animus liber 3, *prol.* vanus
 5, 7. animos capere alicujus
 2, 2
 Anni ingravantes 5, 10. annos
 tegere 2, 2. annis debilis 4, 1.
 defectus. 1, 21
 Annos celare elegantia 2, 2
 Ante hoc novi, quam tu natus es
 5, 9. ante pectus 4, 9. ante
 hos sex menses 1, 1. ante
 pœnam 4, 17. antehac 3, 1
 Antidorum venditare 1, 13. an-
 tidoto miscere toxicum 1, 14
 Antiqua urbs 4, 21. antiqui 5, 8.
 cadi 4, 4
 Anus 2, 2. 3, 1
 Anus, *podex.* 4, 17
 Aper 1, 21. insidiosus 2, 4
 Apertum est 3, 13. apertum
 pignus 5, 5
 Apes 3, 13
 Apollo 3, *prol.* Apollinis citha-
 rã 3, 16
 Apotheca plena cadis 4, 4
 Apparatus magnus 4, 24. sine
 apparatu 5, 5
 Apparet auctor 3, 13. appare-

bunt tempore 4, 25
 Aptare partes corporibus 4, 14
 Aqua fusa 1, 14. turbulenta 1, 1.
 aquæ bonitas 4, 8. aquam
 bibere 1, 20
 Aquila 1, 9. 1, 28. 2, 4. 2, 6.
 3, 18
 Ara Jovis. 4, 10, ab ara rapere
 facem 1, 28. aræ 4, 23. aras
 frequentare 4, 23
 Aranea tollere 2, 8
 Arbitrium fatorum 3, 18
 Arbor cæssa 1, 13. arbores in tu-
 tela divorum 3, 17. loquun-
 tur 1, *prol.*
 Arborem circumdare flammis
 1, 28
 Arca dives 4, 11
 Arcus retentus 3, 14. arcum
 rumpere. *ibid.* arcum tendere,
 laxare 3, 14
 Ardalionum natio 2, 5
 Ardens fax 1, 28. ardere sui.
 3, 16
 Argentum, *vas argenteum* 5,
prol.
 Argentea lavatio 4, 4
 Arguere delictum 3, 11. vul-
 pem crimine furti 1, 10
 Argumentum 5, 3. monet 4,
 15. continet res utiles 4, 10.
 hoc argumento sentiat, se
 4, 7
 Argus. 4, 6
 Argutiæ suaves, temperatæ 5, 5
 Arida sedes 1, 6
 Arripuit animus fiduciam 5, 7
 Artis prudentia 1, 14. arte fictæ
 fabulæ 2, Epil. artium cho-
 rus 3, *prol.*
 Artifex 5, *prol.* 5, 5
 Arti vi 4, 5
 Arx Atheniensis 1, 2
 Ascendere navem 4, 21

Ascen-

I N D E X.

Afellus 1, 11. 1, 15. 1, 29.
 5, 4
 Afia urbes 4, 21
 Afinus 3, 20. naturæ dedecus
 1, 21
 Asper dens 1, 2. aspera vita 3, 7
 Aspernatus quas 5, 4
 Aspiceret 3, 7 & 10
 Aspis 3, 5
 Astra alta 2, 6
At, postpositum 1, 1. at ille
 1, 15. 1, 21. 1, 25. 2, 8.
 3, 2. 4, 22. at illa 1, 16
 Athenæ tyrannum accipiunt Pi-
 sistratum 1, 2. Athenas oc-
 cupat Demetrius Phalereus 5, 1.
 Athenis Æsopus. 4, 4
 Atque ita correptum lacerat 1, 1.
 atque ita locutus 1, 22. atque
 ita coëgit 4, 3
 Atrienfes alticincti 2, 5
 Attendere 2, 1. 2, 5
 Attentare quos 5, 2
 Attestatur hoc fabula 1, 10
 Atticus 3, 14. Attici 1, 2. 2, *epil.*
 4, 4
 Avarus 4, 19. avaris conveniens
 esse 1, 27
 Auctor, Phædrus 3, 15. ho-
 rum 3, 13. vulgi 4, 14. au-
 ctoris nomine commendari
 2, *prol.*
 Auctoritas gloriæ 4, 24. aucto-
 ritatis gratia 5, *prol.*
 Audacter 2, 1
 Audax via 4, 6
 Audacia impudens 3, 5
 Audere dicere 3, *prol.* venire 5, 1
 Audire sonum 4, 19. esse reme-
 dium 2, 3
 Avertere oculos 4, 11. averten-
 dum periculum 3, 3
 Auferre caput ore 1, 8. prædam
 1, 5. insolentiam 3, 6. sensum

communem 1, 7
 Augurium corvi 3, 18
 Augustus 3, 10
 Aviditas dives 2, 1. decepta 1, 4
 Avida 3, 1. avidi dentes 1, 13.
 4, 5
 Avis impudens 1, 3
 Aulæum missum 5, 7
 Aura frivola 5, 7
 Auris 3, 10
 Aurem adripere 5, 10. capere
 2, *prol.* pervellere 5, 5. aures
 occupatæ 3, *prol.* ad aures per-
 venit 2 *epil.*
 Aurum 1, 27. conveniens vitæ.
 4, 19
 Aut, aut 3, 10
 Auxilio locus est 4, 25. auxilium
 ferre 4, 3. 4, 18. petere 4, 3.
 sibi nullum esse 3, 16. auxi-
 lia requirere 1, 31

B.

B Ajulare sarcinas 3, 20
 Balans agnus 3, 15
 Barba 4, 15
 Barbari 4, 6
 Barbatus 4, 8
 Basia jactare 5, 7
 Basis æterna 2, *epil.*
 Bahstyllus 5, 7
 Beneficium vanum 1, 22. utile
 4, 25. dare. 3, 15
 Benevolentia dulcis 3, 15
 Benignitas subita 1, 23
 Bestiæ 1, 11
 Bibere 1, 12. aquam 1, 1. 1, 14.
 1, 20. una 3, 16. sanguinem 5, 3.
 in Nilo 1, 25
 Bidens 1, 17
 Bilinguis homo 2, 4
 Binæ clitellæ 1, 15
 Bipennis Thessala 4, 6
 Bis mori 1, 21. peccare 1, 8

Blan-

I N D E X.

Blanditiæ hominis mali 1, 19
 Bonitas 4, 8. tua 4, 25. facit
 parentes 3, 15
 Bonus *opp.* malefico 4, 10. plus
 boni 4, 4. quid boni 2, 5.
 bonum ferre nolens malum
 ferat 1, 2. bono esse 5, 4.
 quale bonum 3, 1. boni mo-
 res 3, 8. bonas in partes ac-
 cipere 2, *prol.* bona præsentia.
 5, *prol.* bona possidere 3, 10
 Bos 2, 8. 1, 24. boves 1, 30. 4, 4
 Bovile opportunum 2, 8
 Brevis fabula 1, 10. narratio 4, 4.
 occasio 5, 8. breve tempus
 1, 19. brevi docebo 3, *prol.*
 brevius iter 3, 19
 Brevitas 2, *prol.* nimia 3, 10. bre-
 vitatis præmium 4, 25. bre-
 vitem adprobare 5, 5
 Brevis exponere 3, 10. prolo-
 qui 3, 7
 Bruma est 4, 23
 Bubile 2, 8
 Bubulcus 2, 8

C.

Cacare odorem 4, 17
 Cadi antiqui 4, 4
 Cædes 2, 7. patris 4, 6. cæde
 fessus 1, 11
 Cæsar Tiberius 2, 5
 Cætera 4, 4. cæteri 4, 21
 Calamitas 3, *prol.* sentit repul-
 sam 1, 3
 Calamo ludere 4, 1
 Calceandi pedes 1, 14
 Calcei nivei 5, 7
 Calcibus extere frontem 1, 21
 Callidus hostis 4, 1
 Calumniæ tenebræ 3, 10. calum-
 niam eludere 3, *prol.*
 Calumniari *prol.* 1
 Calumniator canis 1, 17

Calvi duo 5, 6
 Calvus repente factus 2, 2. in no-
 vacula 5, 8. & musca 5, 3. &
 pilis defectus 5, 6
 Camaræ ruina 4, 24
 Campus 1, 12
 Candor notus 3, *prol.*
 Canere laudem mercede 4, 21
 Canis 1, 17. & 25. & 27. 3, 7.
 5, 10. fidelis 1, 23. parturiens
 1, 19. vehemens 2, 3. carnem
 fert per flumen 1, 4. canis col-
 lum 3, 7. canes currentes bi-
 bunt 1, 25. canum legati 4, 17.
 Canticum notum 5, 7. cantus
 3, 16. Luscinii 3, 18. cantu
 movere saxa *prol.* 3
 Canos evellere 2, 2
 Capax alvus 4, 5
 Capella 1, 5. 3, 15. 4, 15
 Capere animos alicujus 2, 2. au-
 rem 2, *prol.* fructum 4, 4, 19.
 prædam 4, 3. cervum 1, 5.
 somnum 3, 16. celerius 4, 25.
 capi cibo 1, 23. fabulis. *prol.* 5.
 meritis 3, 15
 Capillos legere 2, 2
 Captare risum 1, 29. lædere 4, 7.
 opprimere 5, 3
 Captus aura 5, 7. capti ab hosti-
 bus 4, 5
 Caput 3, 3. regis 4, 23. huma-
 num 3, 3. nostrum 1, 30.
 nudatum 5, 3. quale talis 3, 4.
 tonsum 3, 10
 Caput incolume auferre 1, 8. de-
 mittere 5, 5. proferre 1, 2.
 capite protrusus foras 5, 7.
 capita 1, 14. capitibus ligare
 cornua 4, 5
 Carbonem pro thesauro 5, 6
 Carere contumelia 4, 17. effectu
 1, 20. somno 4, 19
 Cariosi dentes 5, 10

Cari-

Caritas
 Carmin
 Carnis c
 Carpere
 oscu
 Caseus r
 Cassand
 Casta m
 Casus g
 obviu
 casus;
 Catena 3
 Cathedr
 Cato 4,
 Catuli fe
 vulpin
 Cauda g
 Cavere f
 Caverna
 Causa fa
 mali;
 stioni
 dicitu
 causæ
 re 3, 1
 rere 4
 mea fa
 Cauti ho
 Cavus ra
 tutum
 Cedere l
 Cedo ill
 Celare c
 4, 14
 Celebres
 Celer pes
 4, 25
 Celeriter
 Celsa ar
 popul
 Censores
 Centena
 oculi
 Cepit c

I N D E X.

- Caritas dulcis 3, 8
 Carminis vis 3, *prol.*
 Carnis cupidus 1, 25
 Carpere 1, 28. meliores 2, *Epil.*
 oscula 3, 8
 Caseus raptus 1, 13
 Cassandra 3, 10
 Casta mulier 3, 10. oscula 4, 23
 Casus gravis 1, 21. 5, 7. casu
 obvius 4, 21. peccare 5, 3.
 casus, *pl.* 2, 7
 Catena 3, 7
 Cathedra matris 3, 8
 Cato 4, 6
 Catuli felis 2, 4. firmiores 1, 19.
 vulpini 1, 28
 Cauda gemmea 3, 18
 Cavere sibi 1, 9
 Caverna 2, 4
 Causa facinoris 4, 18. jurgii 1, 1.
 mali 3, 10. querelæ 1, 6. quæ-
 stionis 3, 14. scribendi 5, *prol.*
 dicitur 3, 3. est tangi 3, *prol.*
 causæ fictæ 1, 1. causam dice-
 re 3, 17. perorare, 1, 10. quæ-
 rere 4, 11. tueri 3, 10. causa
 mea factum 1, 22
 Cauti homines 1, 25
 Cavus ramus 3, 16. cavum. *ib.*
 tutum 2, 4. cavi arti 4, 5
 Cedere loco 1, 19. invidiæ 3, 9
 Cedo illum 5, 2
 Celare quem 5, 5. partes veste
 4, 14. annos elegantia. 2, 2
 Celebres nuptiæ 1, 6
 Celer pes 4, 17. celerius capere
 4, 25. celeritas pennæ 1, 31
 Celeriter rapere 1, 13
 Celsa arbor 1, 13. cervix 2, 7.
 populus 3, 17. celsa cornua 4, 8
 Censores sumus 4, 9
 Centena sestertia 4, 4. centum
 oculi 2, 8. centum viri 3, 10
 Cepit clamare 3, 16. corripere
 re 1, 2. queri 1, 2. redire 1, 3.
 3, 19. inlicere 1, 8. cepit fu-
 gere 1, 12. facere medicinam
 1, 14. flagitare 1, 19. bibere
 1, 20. 1, 25. lacerari 1, 12.
 lavare 4, 13. legere capillos
 2, 2. conspergere 2, 5. gra-
 tias agere 2, 8. indignari 4, 15.
 ferri 4, 16. tremere 4, 17.
 circumire 4, 21. prior 4, 23.
 desiderari 5, 7. languere 5, 10
 Ceptus ordo 4, 20
 Cera 3, 13
 Cerebrum non habet 1, 7
 Cernens insidias 4, 1
 Certamina laudis 5, 5
 Certatim 1, 21. & passim 5, 1
 Certe 1, 21. 1, 29. *prol.* 3
 Certus fons 3, 10. certa donatio
 2, 5. ratio 5, *prol.* certi menses 3, 15
 Cervix celsa. 2, 7
 Cervus 2, 8. vasti corporis 1, 5.
 laudans cornua. 1, 12. rogans
 ovem 1, 16
 Cessant pedes 1, 9
 Ceus, insula 4, 21
 Chartæ 5, *prol.* chartis victurum
 nomen. 5, 5
 Chorus 5, 7. artium. 3, *prol.*
 Cibis intritus 1, 26. objectus
 1, 23. tenuis 4, 12. est po-
 tior 3, 12. cibi oblitus. 1, 27.
 res cibi 4, 7. cibum adpetere
 5, 4. cibo facere corpus 3, 7.
 fraudare se 4, 19. satiari 3, 7.
 vesci 2, 6
 Cicada 3, 16
 Ciconia 1, 26
 Ciere gemitus 1, 18. 4, 22
 Cinxedus 5, 1
 Cinis 3, 9
 Circa murum 4, 23. circum 4, 3
 Circumcidere impensam 4, 19
 Circumdare arborem flammis
 1, 28. Cit-

I N D E X.

Circumire urbes 4, 21. circum-
 eunti longius est iter 3, 19
 Circum quæstus ducere asinum
 3, 20
 Cirri dependentes 2, 5
 Citatus testis 1, 17. citati re-
 spondent 4, 17
 Cithara Apollinis 3, 16. citharæ
 fonus 4, 19
 Cito peragere 4, 25. rumpere 3,
 14. citius progredi 3, 6
 Cives 1, 2. 1, 15
 Civitatem concitare 5, 5. misce-
 re 1, 1
 Clam subsedit 3, 10
 Clamare 3, 16
 Clamitans questu 1, 9
 Clamor hostium subitus 1, 5. 1,
 11. clamorem tollere ad sidera
 1, 6. clamores suscitare 5, 5.
 clamore magno quid petere 1, 2
 Clarum tintinnabulum 2, 7
 Classis Minois 4, 6
 Claudii margine 4, 8. clausum
 vadum. *ibid.*
 Clazomenæ 4, 21
 Clementer respondere 4, 19
 Clitellæ binæ, meæ 1, 15
 Coacta vulpis fame 4, 2
 Cæcus timor 2, 8. cæca mens
 4, 19
 Cælum fatigant perjurio 4, 19.
 vituperant 4, 6. cælo rece-
 ptus 4, 11
 Cœnam parare 3, 19. ad cœnam
 invitare 4, 14. promittere 4, 24
 Cœpit *vide cepit.*
 Cœters, in cœtum recipi 3, *prol.*
 Cogere aliquem trudi foras 5, 5.
 mori 4, 24. emori 1, 6
 Cogi ferre 1, 21
 Cogitare plura 3, *prol.* intrare, *ib.*
 judicare 4, 20. ad cogitandum
 redit animus tibi 3, 14
 Cogitatio animi 5, *prol.*

Cognati 4, 24
 Cognoscere quem 3, 10. opti-
 mos 3, 4. cognovit laudari vo-
 cem suam 3, 16. cognitus a
 sermone 4, 21
 Colligere Zonas 4, 21. colligitur
 sensus 4, 4
 Collocare seruum in basi 2, *Epil.*
 Collum lagonæ 1, 26. detritum
 canis 3, 7. colli longitudo 1, 8.
 collum compungere 3, 6. col-
 lo jactans tintinnabulum 2, 7
 Collo præfulget nitor smaragdi
 3, 18
 Color par 3, 13. privus 5, *prol.*
 Colubra 4, 18
 Columbæ 1, 31
 Comes 2, 7. timidus, 5, 2
 Comesse 1, 13. 1, 20
 Come officium 2, 5
 Comite a seculo 1, 11
 Commemorare reges 4, 23
 Commendare panem 1, 17. com-
 mendari debet brevitatis 5, 5.
 commendatur re, non nomine
 2, *prol.*
 Commendatio verbosa 2, *prol.*
 Commercium luminis 4, 10
 Commixtura cortex 2, 6
 Commissum aliquid 4, 17. com-
 mittere cui calceandos pedes
 1, 14. spiritum tecto 2, 8. se-
 tutandum &c. 1, 31
 Communis sensus 1, 7. commu-
 ne omnium. *prol.* 3. commune,
 quodcumque est 5, 6
 Commutandus principatus 1, 15
 Comædiis nobilis 5, 1
 Comosa frons 5, 8
 Comperire nil 5, 5
 Compescere mores dissolutos. 1, 2
 Compilare Jovem 4, 10
 Complere locum timore 2, 4
 Comprehensus 3, 5

Com-

Compre
 Compu
 Compun
 Conari
 Conca
 Concep
 conce
 Conde
 dit sed
 Concinn
 Concio
 Concipe
 Conciat
 lum
 dus 3,
 Concupi
 Concurr
 Concurf.
 2, 5
 Condere
 ferrur
 quid.
 cavo 2
 Condice
 Conditio
 sub co
 Conditus
 Confectu
 1, 14
 Conferre
 tia. *ib.*
 23
 Confessu
 morti
 Confido.
 Confode
 Confusu
 Congere.
 23. c
 Conjux a
 Conrode
 Conscien
 2, *Ep*
 Consci
 Consci
 Com-

I N D E X.

Compressus 4, 1
 Compulsus siti 1, 1
 Compungere collum 3, 6
 Conari 4, 25
 Concacare regiam 4, 17
 Conceptus canis trivio 1, 27.
 conceptum malum 1, 18
 Concidere casu gravi 5, 7. concidit securi pinus 4, 6
 Concinnare multum mali 2, 4
 Concio advocata 1, 14
 Concipere 3, 15
 Concitare civitatem 5, 5. periculum sibi 1, 29. concitus gradus 3, 2
 Concupiscere reg. opes 1, 27
 Concurrit populus 3, 14
 Concurfat familia 3, 10, trepide 2, 5
 Condere famam ingenio 3, *prol.* ferrum, linguam 5, 2. angulo quid. *prol.* 4. bovili se 2, 8. cavo 2, 4
 Condicere pretio 4, 24
 Condicio eadem 3, 7. placet 3, 13. sub conditione 4, 4
 Conditus 4, 4. 2, 6
 Confectus macie 3, 7. morbo 1, 14
 Conferre pecuniam 4, 4. festeria. *ibid.* se laudibus alicuius 4, 23
 Confessus reus 4, 25. est, timore mortis 1, 14
 Confido, posse hoc finiri 1, 18
 Confodere corpus cornibus 1, 21
 Confusus fragor 4, 17
 Congerere fustes 3, 2. granum 4, 23. congeruntur plagæ 3, 20
 Conjux adultera 3, 3
 Conrodere ferrum 4, 7
 Conscientia animi 3, *prol.* laudis 2, *Epil.*
 Conscius animus integritatis 4, 25

Confectata trepidantem 3, 16
 Consequi famam 4, 12
 Confideo, confedit Jupiter 4, 17
 Considera te saepe 3, 8
 Consiliator maleficus 2, 6
 Consilium stultum devocat ad perniciem 1, 20. damnare. 5, *prol.* dare aliis 1, 9. vertere ad fallaciam 1, 31. consilio esse nocentem 5, 3. monere vitam 1, *prol.*
 Consilia qui dant &c. 1, 25
 Consistere in scena 5, 5. turba media 4, 4
 Consociare usum 4, 10
 Consolandi gratia 3, 18
 Conspectus meus 5, 1. in conspectum prodire 5, 7. in conspectu venire 5, 1. de conspectu fugere 1, 16
 Conspergere humum 2, 5
 Consperius panis furfuribus 4, 17
 Conspicatus cornua cervi 2, 8
 Conspicere 1, 24
 Conspicuum signum 4, 5
 Conspirare partes factionum 1, 2
 Constantior fuisset 5, 2
 Constat sanitas 4, 25
 Consulere hariolos 3, 3. Jurisperitos 4, 4
 Consumere 1, 19. longi temporis moram 4, 4
 Consumi 4, 25. inedia 2, 4
 Consumtus fame 1, 27
 Consurrectum in plausus 5, 7
 Contegere frutice quem 1, 11. 1, 28
 Contemnere utiliora 1, 12. contemnens suos 1, 3. contemnere verba vidit 3, 16. contemptum me gaudeo 2, 7. contemptum genus 5, 3
 Contendere quovis pignore 4, 20. subesse pallio 5, 5. se commo-
X
dasse

dasse 1, 17 acriter 4, 23
 Contentus cibo 4, 12. contenta
 vocibus suis 3, 18
 Conterritus vocibus 1, 12
 Continere ora frenis 3, 6. res 4,
 10. ventrem 4, 17. continetur
 spiritus 4, 25. continetur
 exemplis. *prol.* 2
 Contingere, contingit tibi simile
 4, 23. quod petierant 1, 20
 Continuo narrare 1, 6. impetrare
 4, 17
 Contra 1, 1. 3, 2. 5, 10. contra
 se ipse 4, 18. potentes ne-
 mo munitus satis 2, 6
 Contracta musca 4, 23
 Contrarios inveniri 4, 10
 Contubernium fortuitum 2, 4
 Contumax lima 4, 7
 Contumelia gravis 1, 29. homi-
 nis 4, 17. contumeliam inju-
 riæ addere 5, 3. in contume-
 liam accipere 3, 8. contume-
 liis hominum abripere 4, 17
 Contumeliam experiri 1, 3
 Contumelia omni inquinare 1, 2
 Conveniens res avaris 1, 27. vitæ
 4, 19. convenit auribus. 3, *prol.*
 quærela huic 5, 6
 Convicium 1, 6. acerbum face-
 re 3, 16
 Convictus Deum 4, 23
 Conviva 1, 26
 Convivium hilare 4, 24
 Convocata familia 2, 8
 Copia materiæ abundat 4, 25
 Copiosus liquor 4, 8. copiosa
 domus 4, 23. varietas 5, 5
 Cor duratum 2, *Epil.* semifo-
 mnum 4, 14. tacitum 5, *prol.*
 corde eradere curam 3, *prol.*
 Corcodilli, qui alias crocodilli 1,
 25
 Corium depressum in fluvio 1, 20

Cornea domus 1, 6
 Cornix 2, 6
 Cornicis omina 3, 18
 Cornua alta 2, 8. celsa 4, 8. in-
 festa 1, 21. ramosa 1, 12. re-
 tentâ, *ibid.* ligare capitibus
 4, 5. cornibus luctans 5, 9
 Coronam rogare 5, 7
 Corpus amissum 3, 11. hostile
 1, 21. inconveniens 3, 13. nu-
 dum 5, 8. ruptum 1, 24.
 tantum corporis fecisti 3, 7.
 vasti corporis cervus 1, 5. cor-
 pori dare otium 3, *prol.* cor-
 pus abdere 2, 6. recipere lecto
 1, 18. corporibus aptare 4, 14.
 sudore dissoluta corpora 4,
 24
 Corrigitur error 2, *prol.*
 Cortipere dente quem 1, 2
 Corruptum lacerare 1, 1
 Cotranspere cuncta 4, 11. for-
 mam 3, 8. gratiam 4, 24.
 corrupti boves 2, 8
 Cortex dura 2, 6
 Corvi augurium 3, 18. stupor
 1, 13
 Cothurni novi 4, 6
 Creare liberos 1, 6. regem 1, 31.
 creati masculum 3, 15
 Crede 1, 10
 Credere capita cui 1, 14. acci-
 disse 3, *prol.* statim 3, 10. pe-
 riculosum, *ibid.* credens col-
 lum gulæ 1, 8. creditum est 3,
 10. credendum virtuti 5, 2.
 illæ credentes 1, 31
 Credulitas 3, 10. stulta 2, 4
 Crepusculum 3, 7
 Crimen fortunæ 2, *Epil.* falsum
 3, 10. criminis error, *ibid.*
 crimine furti arguere quem 1,
 10. crimina damnanda 3, 10
 Criminari filiam 3, 8

Cru-

Cruciar
 Crudelis
 Crudelit
 Cruore
 Crus liga
 nuitas
 Cruce po
 Cubiculu
 Cubile r
 vulpis
 Culpæ pr
 1, 10.
 culpam
 1, 23
 Cultrix n
 Cultus 4
 Culum ol
 Cuncta c
 mecum
 3, 2. c
 cti 5, 1
 cat 1,
Epil.
 Tunc 5,
 Cuniculo
 Cupere fal
 re 5, *pr*
 Cupide ac
 me 4, 2
 Cupiditas
 Cupidus c
 cupidis
 Cura hab
 2, 2, c
 Curâ om
 dere co
 ra aggr
 3, *prol.*
 4, *prol.*
 Curabo se
 Curatio v
 Curiosior
 Currentes
 1, 25.

I N D E X.

Cruciari fame 4, 17
 Crudelis 1, 2
 Crudelitas 3, 10
 Cruore tinctus panis 2, 3
 Crus ligatum 5, 7. crurum tenuitas 1, 12
 Cruce pœnas persolvere 3, 5
 Cubiculum uxoris 3, 10
 Cubile 1, 19. 3, 2. suis 2, 4. vulpis 4, 19
 Culpæ præmium 2, 3. proxima 1, 10. imponere pœnas 4, 17. culpam luere 4, 10. culpa mea 1, 23
 Cultrix nemoris 2, 4
 Cultus 4, 4
 Culum olfacit 4, 17
 Cuncta corrumpere 4, 11. mea mecum sunt 4, 22. vastans 3, 2. cunctæ aves 3, 18. cuncti 5, 11. 4, 12. cunctas evocat 1, 2. cunctis patere, 2, *Epil.*
 Cunei 5, 7
 Coniculos agere 4, 19
 Cupere saluum quem 2, 8. tradere 5, *prol.*
 Cupide advolare 3, 16. cupidissime 4, 21
 Cupiditas divitiarum 1, 27
 Cupidus carnis 1, 25, pretii 3, 12. cupidis negare 2, 1
 Cura habendi 3, *prol.* mulierum 2, 2, condit quid. 3, *prol.*
 Cura omni. *prol.* 2. curam eradere corde. 3, *prol.* curam curam aggravare 3, 3. impendere. 3, *prol.* obrectare. *Epil.* 2, 4, *prol.*
 Curabo sentiat 5, 2
 Curatio venit ad sanitatem 5, 7
 Curiosior 4, 21
 Currentes canes bibunt in Nilo 1, 25. 3, 6. currere ad hatio-

los 3, 3. necem 2, 8. patrem 3, 8
 Cursus levis 1, 12. Pelagius 4, 21. volucer 5, 8
 Custodire aurum 1, 27. thesauros 4, 19
 Custos liminis 3, 7
 Cutem intendere 1, 24
 Cybebes Galli 3, 20. Cybebæ pinus 3, 17

D.

Damnare consilium 5, *prol.* damnas, quod non sumus 5, 10. damnata testimonio 1, 17. damnanda crimina 3, 10
 Damnum 3, 2. corporis 3, 11
 Dapem dividere 2, 6, largam præbere 2, 4
 Dardania rex. 3, *prol.*
 Dare accessum 2, 1. alsem cui 3, 5, beneficium 3, 15. causam. 5, *prol.* consilium 1, 9, 1, 25. destinata singulis 4, 4, mandata 1, 2. 4, 17. operam Bathylo 5, 7. ossa 3, 7. otium corpori 3, *prol.* panem sibi 3, 2, 4, 17. pœnas 1, 13. partem 2, 1. veniam 4, 19. veniam supplicii 1, 22. verba cui 3, 3, vitam 4, 4. uxores 3, 3. tigillum, pro rege 1, 2. dare regem 1, 2. leto quem 1, 22. 3, 15. post tergum peram 4, 9. datur lufus 3, 14. merces 1, 17. venia 4, 24. 5, 3. data occasio 2, 8. datum 4, 4. quid datum 3, 18. datæ partes. *ibid.*
 De conspectu fugere 1, 16. flamma lucernam accendere 4, 10. mensa 3, 7. fenestra 1, 13. reliquis una 1, 31. tuo 4, 19
 De principatu decertare 1, 30

I N D E X.

Debet assignari illi 5, 2. quic-
 quid debui 5, *prol.* debebat
 vorum illi 5, 4. debetur gloria
 mihi 3, *prol.* pars modestiæ 2,
 1. 1, 7. debet dari 3, 14. 4, 25.
 debebunt hoc adscribere sibi
 4, 2. commendati 5, 5. Hoc
 debent agnoscere 1, 22. me-
 tuere 1, 28.
 Debilis annis, senecta 4, 1. senio
 4, 25
 Debitum flagitat mors 4, 25
 Decedens 4, 4
 Decem deberi dicit testis 1, 17
 Decepta aviditas 1, 4. deceptus
 corvi stupor 1, 13
 Decernere, quod patitur fides 4,
 25
 Decertare de principatu 1, 30
 Decidunt pennæ 1, 3. in foveam
 3, 2. in puteum 4, 8
 Decipit frons multos. *prol.* 2. do-
 lo 1, 31
 Declarat, quales sitis 5, 5
 Decurrere vitam tristem 3, 20.
 decurnit 1, 1
 Decus patriæ 3, *prol.* solidum 4,
 23. corporis 1, 13
 Dedecus naturæ 1, 21
 Dedi alteri 4, 3
 Dedicans honori quid 3, *prol.*
 Deditus studio 4, 21. dedita la-
 næ 4, 4
 Deductus in locum 2, 1. deducta
 lis in forum 3, 13
 Deesse 2, 8. 3, 11. deest faber
 labori 4, 25. mihi 3, 15. de-
 fuisse nocet 5, 1
 Defectus annis 1, 21. pilis 5, 6.
 deficiunt loca turbam 5, 5
 Deflectere à consuetudine 4, 12
 Deformis 4, 4
 Degere vitam 1, 3. 1, 30
 Degravatione 4, 21

Dehinc 1, 13
 Dejectus juvenecus 2, 1
 Dein 1, 19. 3, 7. 4, 25. 5, 2
 Deinde 1, 8. 3, 5. 3, 10. 4, 1.
 4, 4. 4, 19
 Delectat varietas 2, *prol.* delecta-
 ri bibere 5, 3
 Delenire dolorem remediis 3, *prol.*
 Delibare oscula matronarum 4,
 23
 Delibutus unguento 5, 1
 Delicatus gressus 5, 1. hortulus
 4, 4
 Delicium 3, 20
 Delictum fortunæ 3, 11
 Deligere quædam 3, *prol.*
 Delinquere 4, 9
 Delirum ridere 3, 14
 Deludit spes 3, 18. 5, 6
 Demens 4, 3
 Dementia 1, 14
 Demetrius Phalereus 5, 1
 Demittere caput in sinum 5, 5
 Demissus penis 1, 29
 Demonstrare versibus 3, 15
 Demum, id demum 3, 11. nunc
 demum 1, 12. tum demum
 1, 13
 Denique, *in summa* 3, *prol.*
 Dens improbus 4, 7. dentes avidi
 4, 5. cariosi 5, 10. fulminei
 1, 21. dentibus rapere caseum
 1, 13. 4, 7.
 Dente lædere 4, 7
 Deorum pater 1, 2
 Dependentes cirri 2, 5
 Deperditus inopia 1, 14
 Deplorare fata 1, 9
 Deponere foetum 1, 19. onus na-
 turæ 1, 18
 Deprensi 5, 4
 Deprimere infontem 3, 10. co-
 rium in fluvio 1, 20
 Depugnare 5, 2

Derepere
 Derideri
 potest
 1, 25.
 dus sci
 Derisor 3
 Derisui e
 duci 5
 Descende
 Describi
 Deserere
 viribus
 Desideran
 ice 5,
 sideran
 Desidere
 Desinere
 Despicere
 3, 2
 Destinare
 ta 4,
 Destituit
 Destricta
 eum co
 Detracta
 Deterritu
 Detritum
 5, *prol.*
 Devenire
 Devocare
 3, 5
 Devoluta
 Devorare
 devora
 Devota
 Deus *prol.*
 Dea Jun
 4, 11.
 27.
 4, 17.
 victus
 ma 4,
 natus
 Dextra fo

I N D E X.

Derepere 2, 4
 Derideri 2, 5, 3, 18. fabula quis
 potest 3, 6. se 3, 18. turpiter
 1, 2, 5. derisuri 5, 5. deriden-
 dus senex 3, 14
 Derisor 3, 14
 Derisui esse 1, 11. ad derisum
 duci 5, 7
 Descende amice 4, 8
 Describi 4, 7
 Deserere decus 3, *prol.* desertus
 viribus 1, 21
 Desiderare pretium meriti 1, 8.
 ire 5, *prol.* legere 3, *prol.* de-
 siderari 5, 7
 Desiderare ramis 2, 4
 Desinere esse 4, 2, 5. habere 4, 4
 Despicere 1, 3, 1, 12. despecti
 3, 2
 Destinare habere 5, *prol.* destina-
 ta 4, 4
 Delituit animus te 5, 10
 Destricta tunica 2, 5. destringit
 eum contumelia 1, 2, 9. 4, 6
 Detracta pellis 3, 20
 Deterritus respectu fabular 5, 4
 Detritum collum 3, 7. nomen
 5, *prol.*
 Devenire in locum 4, 8
 Detocare ad perniciem 1, 20.
 3, 5
 Devoluta tonitrua 5, 7
 Devorare quos 1, 22. vivos 2, 3.
 devoratum os 1, 8
 Devota vino 4, 4
 Deus *pro* Jove 1, 2
 Dea Juno 3, 18. dii gratulantes
 4, 11. locuti 5, 7. Manes 1,
 27. deorum genitor 3, 17.
 4, 17. pater 1, 2. deum con-
 victus 4, 23, exta, *ibid.* flam-
 ma 4, 10. ira *ibid.* diis iratis
 natus 4, 19
 Dextra fortis 5, 2

Dicere 3, 3. causam 3, 17. fen-
 tentiam 1, 10. suum 3, 13.
 verum *ibid.* audere velle 3, *prol.*
 libere 4, 19. dico tibi 4, 19.
 dixi 4, 21. 4, 24. dixit debe-
 ri 1, 17. Sinon 3, *prol.* habe-
 re 5, 5. dixerunt illi 1, 24.
 dici student 1, 27. cur hoc di-
 ceret 1, 30. dicet aliquis 3, *prol.*
 dic tamen 3, 7. dixerim 1, 14.
 dicitur invitasse 1, 26. sapiens
 5, 6. sibi 5, 19. dictus Pha-
 lereus 5, 1. hora 4, 24. pe-
 cunia 4, 4. dictum tempus 4,
 10. est 1, 6. illis 4, 6. falso,
ibid. in se 1, 22. dicta obscœ-
 na 3, 11. dictorum aliquid
 2, *prol.* dicet qui me noverit 3, 1
 Dies adscriptus 4, 10. ludorum
 5, 7. advenit 1, 16. mutatur
 4, 16. diei spatium 2, 8. die
 toto 2, 4. diebus interpositis 3, 2
 Difficile; nec est difficile 4, 17
 Difficiliter contineri 4, 25
 Diffuentes corpora 4, 24
 Dignitas 4, 15. pristina 1, 21
 Dignus malis 3, *prol.* memoria
 5, *prol.* pœna 5, 3. memoriæ
 4, 20, præmium dignum 3, 5
 Digrunnere 5, 5
 Dilatio temporis 4, 25
 Diligens industria 2, *prol.*
 Diligenter intueri. *prol.* 4. dili-
 gentius servare 3, 10. dilige-
 re 3, 10
 Dimissus irate 4, 24. dimissa gra-
 tia. *ibid.* dimittere cibum 1, 4.
 legatos 4, 17. prædam 5, 10.
 dimitti veto 4, 17
 Diripere nummos 2, 7
 Discedens 4, 2. discedere 4, 10
 Discere exemplis 2, 2. prodelle
 4, 18. quam sis 4, 3
 Discernere notas 4, 23

IN D I E X I

Dispellere tenebras 3, 10.
 Dispersus rumor 5, 5.
 Dissidere fabulas 5, *prol.*
 Dissidens ambitio 3, 20. dissident
 potentes 1, 30. sententiis 3, 3
 Dissimulare 4, 20
 Dissolvere quam 4, 21. dissoluti
 mores 1, 2
 Distribuire equaliter 4, 4.
 Distringere contumelia quem 1,
 29. scripta 4, 5. vide destr.
 Diversum genus 1, 30
 Dives nobilis 5, 5. & potens 3, 5.
 onere 2, 7. aica 4, 11. avi-
 ditas 2, 1
 Dividere dapem 2, 6
 Divinabit, quid omiserim 5, *prol.*
 Divina demus honor 5, 7.
 Divisum tergus 2, 1.
 Divitiarum cupiditas 1, 27. divi-
 tias habere 4, 21. 5, 4. rapere,
ibid.
 Diutius 1, 2.
 Divus Augustus 3, 10. divi 3, 17
 Docebo, cur sit inventum 3, *prol.*
 argumentum 5, 3.
 Docilis solertia 1, 28.
 Doctus habet divitias in se 4, 21.
 labor 2, *epit.* 3. *prol.* doctio-
 rem emendare 5, 9.
 Documentum habere 2, 4.
 Dolens venator 5, 10. injuria 4,
 24. dolet, qui fert 4, 18. do-
 liturum amanti 3, 10. 4, 18
 Dolon 3, 6
 Dolor miscet vitam 4, 16. dolo-
 rem delinire 3, *prol.* miscere
 1, 28. dolore victus 1, 8. cum
 dolore exprimere vocem 5, 5.
 dolorem vindicare 3, 10
 Dolosa 2, 4. vulpis 1, 13
 Dolum, Doli præmetuens 1, 16.
 dolo decipere 1, 31. doliin-
 rui 1, 23. dolos vereri 1, 25
 Domare feras 3, *prol.*

Dominus 2, 5. 3, 7. 3, 19.
ovium 3, 3. videt plurimum in-
 rebus suis 2, 8. domino præ-
 stare officium 3, 7. satis face-
 re 5, 10
 Domesticæ rei curam imp.
prol. 3.
 Domus 4, 23. Ætæ 4, 6. angu-
 sta 3, 9. cornea 2, 6. divina
 5, 7. luxuriæ 4, 4. polita 4, 4.
 resonat apparatus 4, 24. domus
 fama 3, 10. domum abire 3, 2.
 & 3, 19. evertere 3, 10. re-
 ferri 5, 7. reversus 4, 14. tū-
 ri 3, 7. purgare alicui 1, 22
 Donare 4, 4. & 19. nectar cui
 3, 16. ulli 4, 19
 Donatio certa 2, 5
 Dormire in cubiculo 3, 10. non
 sinit cantus 3, 16
 Dorso levare 4, 3
 Dos libelli 1, *prol.*
 Draco 4, 19
 Dubia res 5, 2. in dubium venire
 3, 13
 Dubitare 1, 14
 Ducere ævum sollicitum 1, 31.
 alapam 5, 3. catulos 1, 19.
 circum quæstus 3, 20. duci ad
 derisum 5, 7
 Dulcis liquor 4, 8. benevolentia
 3, 15. caritas 3, 8. libertas 3,
 7. mora 3, *prol.* dulce lucrum,
ibid.
 Dum aggeras 4, 19. constabit fa-
 nitas 4, 25. nihil habemus
 majus 4, *prol.* portem 1, 15.
 3, 10. dum loquitur 1, 9. dum
 procedunt 3, 7. dum ferret 1,
 4. dum quærunt, dum con-
 cursant 3, 10. 4, 3. non pos-
 sit imitari 5, *prol.* volunt videre
 pares 2, 2. non sint 4, 15.
 vindicet 3, 10.

Dum-

Dumini
 Dux de
 4, 24
 Duo ju
 Duplex
 Duxus p
 6. m
 Duratur
 Dux 2,

E
 Ebru
 Ecce 3,
 Edere 1,
 Educatu
 Effectu
 pedire
 Efferte
 2, *epi*
 Efficere
 Effigies
 foam
 Effodien
 27
 Effugere
 neces
 Effugiu
 Effunde
 Ego, q
 3, *pro*
 3, *pro*
 Egregiu
 4, 21
 Egressa
 Eia in c
 Elapsus
 Elegan
 2, 2
 Elevare
 verbi
 Eludere
 cursu
 Emend

I N D E X:

Dimmodo absolvar 3, 9
 Dux dextræ tibiar 5, 7. laudes
 4, 24. partes 3, 13. peræ 4, 9
 Duo juvenes 4, 24
 Duplex libelli dos. *prol.* 1
 Durus pes 1, 30. dura cortex 2,
 6. miseria 3, 20
 Duratum cor. 2, *epil.*
 Dux 2, 5. duces *murium* 4, 5

E.

E populo unus 3, 9
 Ebrius error 4, 14
 Ecce 3, 20. venit ecce 3, 5.
 Edere 1, 14. fletus 1, 9. vocem 1, 12.
 Educatu stercore 1, 27
 Effectu caret 1, 20. effectus im-
 pedire 5, 8
 Efferre quid 4, 21. in lucem
 2, *epil.*
 Efficere iter brevius 3, 19
 Effigies temporis 3, 8. effigiem
 suam videre in liquore 1, 12
 Effodiens ossa humana canis 1,
 27
 Effugere laqueos, muscipula 4, 1.
 necem 1, 22
 Effugium reperire 4, 8
 Effundere sarcinam 3, 15
 Ego, qui 3, 7. 3, 12. qui sum
 3, *prol.* ego veto 3, 7. porro
 3, *prol.*
 Egregium exemplum 2, 1. melos
 4, 21
 Egressa è cavo 3, 16
 Eia in commune 5, 6
 Elapsus semel 5, 8
 Elegantia tegere vel celare annos
 2, 2
 Elevare quid vetustate 3, 10.
 verbis 4, 2
 Eludere calumniam 3, *prol.* canes
 cursu 1, 12
 Emendare doctiorem 5, 9. ali-

quem 2, 5
 Eminere cervice 2, 7
 Emittere ore casum 1, 13
 Emori sede arida 1, 6
 Emunctæ naris senex 3, 3
 En 3, 11
 Enatare 4, 21
 Enim 3, *prol.*
 Enim vero 2, 5
 Enixa me mater 3, *prol.*
 Epota amphora 3, 1
 Eques 4, 3. 5, 7.
 Equester ordo 5, 7
 Equidem 1, 1. 2, *prol.* 2, 7
 Equus 4, 3
 Eradere curam habendi 3, *prol.*
 Eripere conscientiam laudis 2,
epil. periculo suos 1, 28. alii
 prædam 1, 4. pennas suas 1, 3
 Errare suspitione sua 3, *prol.* et-
 ras 3, 15
 Error criminis 3, 10. mortalium
 2, *prol.* ebrius 4, 14. stultus
 5, 7. turpis 5, 5
 Errorem solvere 4, 4
 Eruere terram 4, 19
 Erumpere 2, 8
 Esca 1, 28. escam putare 4, 1.
 quarere 3, 12. scrutari 4, 17.
 esca replere se 2, 4
 Esse non semper, quod quid vide-
 tur 4, 1. difficile 4, 17. de-
 mentie magnæ 1, 14. tanti
 3, *prol.* inutilis 1, 2. par cui
 1, 19. alicui obuius 1, 29.
 patris bono, malo 5, 4. deri-
 sui 1, 1. in metu, *ibid.* est
 animus abire 3, 7. potare 3,
 16. licentia 3, 7. mens mihi,
 notare 3, *prol.* est ita 3, 15.
 erit ille notus 3, 10. fuerat fra-
 gor subito 4, 17. solitus 4, 3
 Esuriens 1, 26
 Et, facilis mihi vindicta 1, 29.

I N D E X.

- se. dixit. & demisit, nec potuit* 1, 4
 Etiam 1, 21. 2, 1. 2, 8. 5, *prol.*
 5, 7. Simpliciter etiam 3, 10
 Etiam si 1, 10
 Evadere necem 4, 5. puteo 4, 8
 Evagata inde *felas* 2, 4
 Evellere capillos 2, 2
 Eventus tristis 4, 5
 Evertere contubernium fraude
 2, 4. domum 3, 10. quercum
 2, 4
 Eunuchus 3, 11. eunuchi, glabri
 4, 4
 Evocare quem 1, 2. 1, 11
 Eutyclus 3, *prol.*
 Ex ara lucernam accendere. 4, 10.
 insidiis 2, 7. populo nescio
 quis 3, 9. pretio 4, 4
 Exaggerare opes. 3, *prol.*
 Exarare librum 3, *prol.*
 Exaudiunt fabulæ 5, *prol.*
 Excedit animus terminum 4, 25
 Excipere fugientem 1, 11. excipit
 ferum silva 1, 12. vices
 noctis spatium diei 2, 8
 Excitare quem 4, 24. excitatur
 vigor 5, 7. excitatus latibulis
 2, 8
 Excolere deos. 4, 10
 Excusatum me velim huic 3,
prol.
 Excuti 5, 5
 Exemplum 1, 3. egregium &
 laudabile 2, 1. justum 4, 6.
 exempli talis fabella 5, *prol.*
 exemplum adscribere sibi 4, 2.
 exponere 3, 10. pati suum 1,
 26. exemplis continere quem
 2, *prol.* discere 2, 2
 Exercere imperium unguibus 1,
 31. minas 3, 6
 Exercitus mustelarum 4, 5
 Exhibere decus 4, 23. fidem vo-
 cis 4, 25. molestiam cui 4, 6
 Exigere ævum in tenebris 4, 19
 Exigua materia 4, 24
 Exire passum 2, 4
 Existimat 3, 10. rogare eum 5, 7.
 stultum 4, 25. vera 5, 2. exi-
 stimatur locutus *prol.* 4.
 Exitium fatale, 2, *epil.* invenire
 1, 31
 Exitus noti 1, 11
 Exorare tempus breve 1, 19
 Exornare 1, 3. hominem veste 4,
 21
 Expedite 4, 4. rem 1, 16. expe-
 di, quid fecerim 3, 19
 Experiendi gratia 1, 14
 Expers virtutis 1, 11
 Expertus contumeliam 1, 3. sum
 5, 2
 Expetere 1, 16
 Expiari 3, 3
 Explere famem fimo 4, 17
 Explicare 4, 10. caudam 3, 18.
 fugam 4, 6
 Exponere 4, 14. breviter 3, 10
 Exploranda veritas 3, 10. explo-
 rato rege 1, 2
 Exprimere gemitum cui 4, 19.
 vocem naturæ 5, 5
 Exsecutus hæc pluribus 3, 10.
 ordinem 4, 20
 Exerit narratio, inveniri 1, 12
 Expectare lanium 3, 15. legatos
 4, 17
 Expectatio maxima 4, 22. facit
 silentium 5, 5
 Exspirans 1, 21
 Extâ decum 4, 23
 Exterere frontem calcibus 1, 21
 Exterritus monstro 3, 3
 Extollere nautas hilaritate 4, 16
 Extrahere 1, 8. 1, 10
 Extremum spiritum trahere 1,
 21. extremum agmen 5, 1
 Ex-

Extrica
 Excudit
 Exurit

F Abel

3
 ta
 m
 ni
 4
 2
 Faber d
 ficina
 Fabrica
 Fabula
 gnifi
 bulæ
 rider
 fictæ
 prol.
 bulis
 Fabulos
 Facere
 3, 16
 4, 4
 1, 2
 medi
 5, 5
 2, 4
 quod
 10
 tantu
 viam
 cere f
 tibi 5
 Facere c
 Facere
 factu
 5, 5
 gratu
 heret
 vus 2
 perio

I N D E X.

Extricare nihil 4, 22
 Extudit frontem 1, 21
 Exurit sol lacus 1, 6

F.

FAbella 1, 2, 1, 5, 1, 26. mea
 3, 3. parva 1, 15. vera 2, 5.
 talis exempli 5, *prol.* ad-
 monet agere 3, 17. discer-
 nit 4, 23. fabellæ & fabulæ
 4, 6. per fabellas quæritur
 2, *prol.*

Faber deest labori 4, 25. fabri of-
 ficina 4, 7

Fabricare ratem 4, 6

Fabula 3, 13. admonet 4, 3. si-
 gnificat 2, 8. brevis 1, 10. fa-
 bulæ respectus 5, 4. fabula de-
 rideri 3, 6. fabulæ fictæ 1, *prol.*
 fictæ arte 2, *epil.* fugatæ 5,
prol. inventæ cur 3, *prol.* fa-
 bulis capi 5, *prol.*

Fabulosa vetustas 3, 10

Facere 4, 2. 5, *prol.* convicium
 3, 16. favos 3, 13. hæredem
 4, 4. impetum 1, 29. lucrum
 1, 25. 4, 19. ludos 5, 5. 5, 7.
 medicinam 1, 8. 1, 14. melius
 5, 5. moram 4, 24. nidum
 2, 4. parentes bonitas 3, 15.
 quod monitus sis 3, 5. satis 5,
 10. se regem 4, 12. corporis
 tantum 3, 7. tympana 3, 20.
 viam semita illius 3, *prol.* fa-
 cere silentium 5, 5. utile 3, 17.
 tibi 5, 3

Facere quid alicujus causâ 1, 22

Facere quid coram pluribus 2, 3.
 factus locuples 4, 21. faciebat
 5, 5. faciunt 5, *prol.* fac me
 gratulari 4, 25. facerem me-
 hercule, nisi 1, 25. factus cal-
 vus 2, 2. nobilis 1, 14. sophus
 periculo 4, 16. facere aquam

turbulentam 1, 1. quid sit fa-
 ciendum 2, 6. quis fecerit 3,
 13. quo facto 5, 5

Facies pulchra 3, 8. serena 4, 16.
 turpis 3, 4. faciem vincere
 moribus 3, 8. ad faciem mu-
 tari 4, 16

Facilis vindicta 1, 29. facile 5, 3.
 5, 7. facile præsidium 4, 5.
 facile impetrare 1, 19. oppri-
 mere 2, 4

Facile vesci 2, 6

Facilius sustinere paupertatem 4,
 21. bibere 1, 20

Facinoris causa 4, 18. pœna 3,
 10. facinori præluere 4, 10

Factionum partes 1, 2

Falerna fex 3, 1

Fallacia 3, 16. ad fallaciam con-
 silium vertere 1, 31

Fallere ignorantes 5, 2. ignotos
 1, 11. fallit spes 3, 5. mul-
 tum 1, 23

Falsum crimen 3, 10. testimo-
 nium 1, 17. falso dictum 4, 6.
 falsæ laudes 4, 23. falso nomi-
 ne 1, 14

Fama domus 3, 10. æterna 3, *prol.*
 famæ tradere 5, *prol.* famam
 adquirere strophis 1, 14. ad-
 sequi 3, 9. consequi 4, 12

Famem explere fimo 4, 17. fame
 coacta 4, 2. consumtus 1, 27.
 cruciari 4, 17. perire 3, 7.
 torquere quem 1, 26

Familia 3, 7. 4, 21. convocata
 2, 8. concursant 3, 10. solus
 est familia 3, 19

Farina se involvere 4, 1

Fas est 4, 10

Fascia nivea 5, 7

Fastidiose recipi 3, *prol.*

Fastidire 3, 7. & 16. legere 4, 6.
 pulmentarium 3, 7

I N D E X.

Florere legibus 1, 2
 Flumen Nilus 1, 25
 Pluvium 1, 20
 Fodere cubile 4, 19. terram 2, 4
 Fœcunda novies 3, *prol.*
 Fœdus icere 1, 31
 Fœtus canis 1, 19. fœtum ponere 2, 4
 Fons certus veritatis 3, 10
 Foras prodire 2, 4. protrudi 5, 7. trudi 5, 5. vadere 4, 17
 Forma *pavonis* 3, 18. favi 3, 13. data 3, 18. humana 4, 24. formam corrumpere 3, 8
 Formica 4, 23
 Formosus 3, 8. grex 1, 3. formosa filia 4, 4. formosi sæpe pessimi 3, 4
 Fors *prol.* 3
 Forsan 2, 4
 Fortasse 3, *prol.*
 Forte 2, 1. 3, 8. 4, 21. 4, 25. 5, 6. 5, 7. occurrere 3, 7. viderat 1, 7
 Fortis 5, 10. dextra 5, 2. re secunda, *ibid.* forti viro invisæ opes 4, 11. fortes 1, 21. 1, 5
 Fortiter tuentes 3, 10. fortius adfuetam vicem præstare 3, *prol.*
 Fortitudo hircorum 4, 15
 Fortuna tota 4, 4. aufert sensum 1, 7. tribuit honorem 1, 7. filius Plutus 4, 11. vicem gemens 5, 1. fortunam pudet criminis, 2, *epil.* ad fortunam offendere 4, 14. de fortunis queri 4, 16
 Fortunæ delictum 3, 11
 Fortuitum contubernium 2, 4
 Forum 3, 13
 Fovea 3, 2. 1, 17. fovea sese liberare 3, 2
 Fovere sinu 4, 18
 Fragar 4, 17
 Frangere tibiam 5, 7. frangi 4, 14

Frater salve 1, 29. fratris artus 4, 6. joci 3, 8
 Fraudare natos lacte 3, 15. superos thure 4, 19
 Fraudatus 4, 24
 Fraudator 1, 16
 Fraudis merces 1, 17. fraudem moliens 4, 8. fraude turpi innotescere 1, 10. fraudibus impugnari 3, 10
 Fraude evertete contubernium 2, 4
 Frenit rumor 5, 7
 Frenare impetum 4, 24
 Frena spumantia 3, 6. frenos pati 4, 3. frenum solvere 1, 2
 Frequentare aras 4, 23
 Freta Ægea 4, 6
 Frigora 4, 23
 Frivola aura 5, 7. insolentia 3, 6
 Frons, frondis parum 2, 8
 Frons comosa 5, 8. prima decipit *prol.* 4. frontis severitas 4, 6. frontem extetere *vel* extundere calcibus 1, 21
 Fructus apum 3, 13. *oliva* 3, 17
 Fructum capere 4, 4. fructum capere ex 4, 19. fructu honorem vendere 3, 17
 Frugi 4, 4
 Frui data 4, 4. gaudio 4, 14. gloria 4, 15. rebus 4, 23. reliquis 1, 22. diutius 4, 25. fructe, quæ laudas 3, 7
 Frustra 3, 7
 Frustra 1, 2. 1, 26. 4, 25. gemere 3, *prol.*
 Frutice contingere quem 1, 11
 Fuci recusant 3, 13
 Fugam explicare per 4, 6
 Fugare rostris 1, 3
 Fugare fabulæ 5, *prol.*
 Fugax 5, 2
 Fugere 4, 5. milvium 1, 31. mor-

I N D E X.

mortem cuius 3, 9. necem 2, 8.
viribus tantis 5, 2. metu 1, 11.
de conspectu 1, 16. per cam-
pum 1, 12. fugit impruden-
tiam 4, 4. fugientes excipere
1, 11

Fugitare 1, 2
Fulmen quassare 4, 17
Fulminei dentes apri 1, 2
Fundare ædes 3, 9
Funditus evellere 2, 2
Funeſtum ſcelus 3, 10
Funeris impenſa 4, 19
Fur 1, 6. 4, 10. nocturnus 1, 23.
fures 3, 7
Furens ira 3, 10
Furfures 4, 17
Furor pugnantium 1, 30
Furtim 1, 2
Furti crimen 1, 10
Fuſtes congerere 3, 2. fuſtibus
propulſi 4, 17
Fuſa aqua 1, 14
Futilis lingua 5, 2. futiles 4, 17

G.

GAlli Cybebes 3, 20
Gallinacius pullus 3, 12
Garrulus 3, 19. Garrula 3, 16
Gaudens pecore 4, 4. gaudere
patce 4, 16. ſe contemptum
2, 7. laudari 1, 13
Gaudens ferus 2, 8
Gaudium donationis 2, 5. here-
dis avarus 4, 19. pravum 4, 14.
& dolor miſcet vitam 4, 16
Gelu rigens 4, 18
Gemere fruſtra 3, *prol.* gemens
multum 5, 7. tacite 5, 1
Gemina ſydera 4, 24
Gemitum exprimere 4, 19. ge-
mitus flebiles ciere 1, 18. 4, 22
Gemmea cauda 3, 18
Generoſus impetus 1, 29

Genitor deorum 3, 17. 4, 17
Gens Threiffa 3, *prol.*
Genus proprium 1, 3. fabularum
3, *prol.* jocosum 4, 6. que-
ſtus 4, 21. mortalium 2, *prol.*
ſpectaculi 5, 5. ſpectatorum
5, 7. vitæ 3, *prol.* contemptum
5, 3. diverſum 1, 30. inermis
1, 31. maſculum 4, 14. pa-
vidum 1, 2. vetuſtum 5, *prol.*
utrumque 3, 13. generi tribui-
tur gloria. 2. *epil.*
Gerere multum decoris corpore
1, 13
Gignere 3, 15
Glabri 4, 4
Gladium ſtringere 5, 2. gladio
tranſigere pectus 3, 10
Gloria ſolennis 3, *prol.* ſtulta 3,
17. vana 4, 15. gloriæ aucto-
ritas 4, 24. gloriæ jaclare
verbis 1, 11. tribuere virtuti.
2, *epil.*
Gloriari alienis 1, 3. gloriantis
joci 3, 8
Glorioſus 4, 23
Graculus 1, 3
Gradus concitus 3, 2. quietus,
placidus 2, 7
Græcia litterata 3, *prol.* Græciæ
quos opponat, habet Latium
2, *epil.*
Graji 4, 6
Granum congerere 4, 23
Gratia dimiſſa 4, 24. par reſertur
3, 2. gratiæ ſubſcribere 3, 10.
gratiam rependere *prol.* 2. in
gratiam redire ſecum 5, 3
Gratias agere 2, 8. gratia aucto-
ritatis 5, *prol.* conſolandi 3, 18.
4, 16. experiendi 1, 14
Gratis anhelans 2, 5
Gratulari iudicio 4, 25. gratulan-
tes dii 4, 11. fautores 5, 7
Gra-

Gratus
1, 2
3, 1
Gravis
Gravis
con
4, 9
inſu
grav
con
Gravit
Greflus
Grex p
cipa
Gruis
Gulæ c
Gubern
Guſtari
Gyrus

HAb
arcu
ſe 4,
ocul
ſign
1, 1
oble
nam
term
habe
non
docu
habe
étac
Habitu
Habitu
Hac re
Hærer
fauc
Hariol
Haud
Haustu

I N D E X.

Gratus stultis 1, 23. gratum est
1, 22. gratior propter fructus
3, 17
Gravati sarcinis 2, 7
Gravis casus 1, 21. alapa 5, 3.
contumelia 1, 29. vitiiis *pera*
4, 9. res 3, *prol.* grave onus
infuctis 1, 2. pondus 2, 6.
graves fletus 1, 9. gravi morbo
confectus 1, 14
Graviter ferre 4, 4
Gressus delicatus, languidus 5, 1
Grex pavonum 1, 3. gregis prin-
cipatus 1, 30. grex tener 2, 4
Gruis 1, 8
Gulæ credere 1, 8
Gubernator 4, 16
Gustare 1, 26
Gyrus similis 4, 25

H.

HAbendi cura 3, *prol.* habere
aliquid operis residui 4, 25.
arcum tensum 3, 14. divitias in
se 4, 21. majus nihil *prol.* 4.
oculos centum 2, 8. filiam 3, 8.
signum 4, 5. multum luctus
1, 12. pecora 3, 3. quo se
oblectent 3, *prol.* quos oppo-
namus cui. *Epil.* 2. res 4, 4.
terminum 5, *prol.* vocem 1, 13.
habent insidias blanditiæ 1, 19.
non cerebrum 1, 7. habere
documentum 2, 4. nihil 4, 23.
habent divitias 5, 4. genus spe-
ctaculi 5, 5
Habitu suo vitam degere 1, 3
Habitu similis alicui 4, 15
Hac re probatur 1, 13
Harere in portis 4, 5. vado 4, 8.
fauce lupi 1, 8
Hariolus 3, 2
Haud 3, 2
Haustus 1, 1

Hebrus 3, *prol.*
Heic 2, 8
Hercules 3, 17. 4, 11. sanctus
5, 4
Hercule 1, 1
Heres proximus 3, 10. heredis
gaudium 4, 19. heredem fa-
cere 4, 4
Heu 1, 30
Heus 1, 23. 2, 5. 3, 14
Hic est Menander 5, 1. hac re
4, 9. hoc quoque 4, 6. hoc,
quo 4, 25. argumento 2, 7.
hæc inter 2, 8. hoc locuti mo-
do 3, 20
Hic tum 5, 10
Hilare convivium 4, 24
Hilaritate extollere 4, 16
Hinc 1, 2
Hippolytus 3, 10
Hircus 4, 8. 4, 15
Hispidus fus 5, 10
Historia 4, 5
Hodie 4, 10. 4, 24
Homo 2, 5. 4, 8. bilinguis 2, 4.
doctus 4, 21. improbus 1, 31.
malus 1, 19. meus 5, 7. per-
turbatus 4, 24
Homini 2, 1. 2, 2. nihil utilius,
quam 4, 12. hominis auxi-
lium 4, 3. curam 3, 3. soler-
tia 4, 4
Hominem non visum 3, 19. quæ-
ro. *ibid.* exornavit 4, 21. pro-
sequuntur plausu 5, 5. homi-
num fator 3, 17. tectum 2, 8.
vita 3, *prol.* mores. *ibid.* te-
nuitas 2, 7. contumeliæ 4, 17.
nota 4, 23
Homines cauti 1, 25. inter ho-
mines 4, 24
Honor & gloria 1, 7
Honor divinæ domus 5, 7. ho-
noris via patet 2, *epil.* honori
tuo

I N D E X.

tuo dedicans hoc 3, *prol.*
 Honore fructum vendere 3, 17
 Hora dicta 4, 24. horæ momen-
 tum 3, *prol.*
 Hordeum vile 2, 7. hordei reli-
 quia 5, 4
 Horrendus impetus 1, 11
 Horrida tempestas 4, 21
 Hortari 1, 18
 Hortuli delicati, venusti 4, 4
 Hospitium præstare cui tempore
 adverso 1, 8
 Hostia major 3, 3
 Hostile corpus 1, 21
 Hostis 1, 28. callidus 4, 1. illis,
 qui me læserant 3, 2. hostium
 clamor 1, 15. ab hostibus ca-
 pti 4, 5
 Humanitati se accommodare 3,
 16
 Humanus sanguis 5, 3
 Humanam supra formam 4, 24
 Humano capite 3, 3
 Humana ossa 1, 27
 Humiles nati 1, 27. laborant, ubi
 potentes dissident 1, 30. hu-
 miles metuere 1, 28
 Humus æstuans 2, 5. humi ja-
 cere 1, 18
 Hydrus 1, 2

I.

Jacens lupus in fovea 1, 17
 Jacentis miserita est 3, 15
 Jacere humi 1, 18
 Jaces 1, 2. 4, 1. merito 1, 27.
 Ô quanta res 3, 12
 Jacens amphora 3, 1. confectus
 morbo 1, 14. leo spiritum ex-
 tremum trahens 1, 21
 Jacuit rupto corpore 1, 24
 Jacent regna 4, 6
 Jactans basia 5, 7. frustra 3, 7.
 gloriam 1, 11. meritum inane

imprudentibus 1, 22. offi-
 cium 2, 5. quod tegere debet
 pudor 4, 23. se formosum 3, 8
 Jactare tintinnabulum 2, 7
 Jactis telis 4, 3
 Jam 3, *prol.* 3, 10. 4, 25. nunc
 4, 20. 5, 5. jam curabo sen-
 tiat 5, 2. pridem 5, *prol.*
 Janua 3, 10. ad januam 4, 24
 Ibi dum 1, 12. stans 3, 3
 Icere sædus 1, 31. Ictus 1, 21
 Id demum homini turpe est, quod
 meruit pati 3, 11
 Idem ille 4, 24
 Ideo 4, 23. nec ideo 2, 8
 Igitur 1, 25. 1, 2. 2, 7
 Ignavis jocus esse 1, 21
 Ignavus sanguis 1, 29
 Ignis noster 4, 10. ignem qua-
 rere 3, 19
 Ignorans ipsum 5, 1. ignorantes
 fallere 5, 2
 Ignotus locus 1, 14. ignotos fal-
 lere 1, 11. ignotum onus 3, 15
 Ilium 3, 10
 Ille molestus 3, 19. Cyncædus
 ille 5, 1. illa contra 4, 7. nec
 illam nec hanc 1, 2. ille inso-
 lens 1, 11
 Illic 4, 6
 Ima quercus 2, 4
 Imbres pati 3, 7
 Imitari dum non possit, obrectet
 5, *prol.* potentem 1, 24. vo-
 cem 5, 5. similius. *ibid.*
 Immanes gemitus 4, 22
 Immiscere se regi 1, 3
 Immittere panem *vid.* mittere,
 se in puteam 4, 8
 Immodica offendunt 5, 5
 Immolare verrem 5, 4
 Immolari 4, 23. dentibus 4, 5
 Impar duabus 2, 6. virtute 4, 15
 Impedire 5, 8. cornibus impeditus
 1, 12

Impen-
 3, 1
 Imperi-
 erca
 Impetu-
 4, 18
 1, 1
 Impetu-
 leoni
 iratu
 4, 2
 impe-
 Impetu-
 Imping-
 Impere-
 plet
 plectu-
 Implica-
 Impone-
 4, 9
 cantio
 Importa-
 Improb-
 Improb-
 4, 7
 16
 impro-
 impro-
 boru-
 2, 3
 5, 1
 Imprude-
 dentes
 Imprude-
 Imprude-
 Imprude-
 dens p
 Impuder-
 Impuder-
 Impugna-
 Impune
 4, 3
 Imputar-
 Ima que-

I N D E X.

Impendere curam rei domestica
 3, *prol.* impensa funeris 4, 19
 Imperium improbum 5, 1. ex-
 ercere 1, 31
 Impetrare aditum 4, 17. barbam
 4, 15. veniam 4, 25. facile
 1, 19
 Impetus iræ 3, 10. horrendus
 leonis 1, 11. generosus 1, 29.
 iratus 3, 2. impetum frenare
 4, 24. impetu fugere 1, 16.
 impetus tenere *fluminis* 3, *prol.*
 Impetum cuius vindicare 4, 6
 Impingere lapidem cui 3, 5
 Implere amicis *domum* 3, 9. im-
 plet rumor Athenas 4, 4. im-
 pletur venter 3, 7
 Implicat error 3, 10
 Imponere citellas 1, 15. peras
 4, 9. pœnas 4, 17. imposuit
 canticum cui 5, 7
 Importare luctum cui 1, 28.
 Improbitas aufert prædam 1, 5.
 Improbus 1, 8. 3, 11. 2, 1. dens
 4, 7. homo 1, 31. sponsus 1,
 16. improba *muscula* 1, 22.
 improbum animâ, *musca* 5, 3.
 improba fauce 1, 1. impro-
 borum successus plures allicit
 2, 3. improbum imperium
 5, 1. improbis prodesse 4, 19
 Imprudens decidit 3, 2. impru-
 dentes 1, 22
 Imprudentia multorum 4, 4
 Imprudentiæ veniam dare 4, 19
 Imprudens audacia 3, 5. impru-
 dens peccat 3, 13
 Impudens avis 1, 3
 Impudentia quæstus 1, 14
 Impugnari fraudibus 3, 10
 Impune abire 1, 8. lædi 1, 21.
 4, 3
 Imputare beneficium cui 1, 22
 Ima quercus 2, 4

In conspectum prodire 5, 1. fa-
 bellas transferre 3, *prol.* hye-
 mem 4, 23. hoc 4, *prol.* horas
 singulas 3, 15. plausus con-
 surrectum 5, 7. se dictum 1,
 22. sublime tollere 2, 6. con-
 spectum venire 5, 1. numero
 esse 4, 24. periculo esse 2, 4.
 sylvis vita aspera 3, 7. in vitam
 incumbere 3, *prol.* in cœtum
 recipi 3, *prol.* in foveam deci-
 dere 3, 2. in chartas transferre
 5, *prol.*
 Inanis superbia 1, 3. inane me-
 ritum 1, 22
 Incensus crimine 3, 10
 Incipit ingredier 5, 7. narrare 1,
 6. orare 1, 28
 Incitatus 1, 1
 Incola stagni 1, 6
 Incolumis 4, 23. Roma 5, 7.
 incolume caput 1, 8. incolumes
 nati 1, 28
 Incommodum 5, 3
 Inconueniens corpus 3, 13
 Incorrupta fides 4, 12
 Inctepans mulam 3, 6
 Incumbere ferro 3, 10. in vitam
 3, *prol.*
 Inde 2, 5
 Indicare 1, 15. indicat agere 4,
 23
 Indignari 1, 24. 1, 29. 4, 15
 Indigne ferre 1, 21; 3, 18
 Indignus locus 3, 12. indignos
 adjuvare 1, 8
 Inducere ad legendum 3, *prol.*
 verbis 2, 6
 Industria diligens. *prol.* 2
 Inedia consumpti 2, 4
 Ineptum opus 4, 20
 Iners somnus 3, *prol.* inertes fuel
 1, 13. 1, 2
 Infelix 1, 12. 2, 8. 3, 20

Infe-

I N D E X.

Inferior 1, i
 Inferre causam jurgii 1, 1
 Infesta cornua 1, 21
 Inficere manus 4, 6
 Inflare pellem 1, 24. sese validius.
ibid.
 Infundere opus ceris 3, 13
 Ingemiscere 1, 13
 Ingenium 3, *prol.* 5, 5. viti 5, 1.
 quantum valet 1, 13. sævum
 4, 6. ingenio condere famam
 3, *prol.*
 Ingens statua 2, *Epil.*
 Ingrata 1, 8
 Ingravantes anni 5, 10
 Ingredier 5, 7
 Inhospitalis Pontus 4, 6
 Injecta illi cupiditas 1, 27
 Initio 1, 18
 Injuria vetus 1, 21. vindicanda
 4, 17. injuriæ addere contumeliam
 5, 3. patiens 1, 5. injuria
 dolens 4, 24. ab injuria
 tutæ 1, 31
 Injusta nex 1, 1.
 Illicere pretio quem 1, 8
 Inlidere corticem super scopulum
 2, 6
 Inludens eques 5, 7
 Innocens 4, 25. 1, 1. femina
 3, 10
 Innotescere fraude 1, 10
 Innoxius viator 2, 1
 Inopia deperditus 1, 14
 Inops potentem dum vult imitari
 perit 1, 24
 Inquinare lignum contumelia 1,
 2. inquinari sanguine 1, 29.
 Inquit 1, 1
 Inridens 5, 3. mala 1, 9
 Intrigatus nectare venas 4, 14
 Inriti doli 1, 23
 Inscia 4, 8
 Insectari 3, 11

Insecuta nox 3, 2
 Inferere rostrum lagonæ 1, 26
 Insidiæ hostis 4, 1. insidias habent
 blanditiæ 1, 19. ex insidiis
 advolare 2, 7
 Insidiosus aper 2, 4
 Insignis facies 3, 8. opera 1, 11.
 insilire 1, 2
 Insitivi liberi 3, 3
 Insolens 1, 11. fiducia 5, 7
 Insolentia frivola 3, 6. insolentia
 noxiorum 4, 25
 Insons 3, 10
 Inspicere speculum 3, 8
 Instans nex 1, 22. 2, 8. partus
 1, 18. pernicies 1, 30
 Instrumentum rusticum 4, 4
 Insuetis onus 1, 2. insuetæ vox 1, 11
 Insula 4, 21
 Insultum 4, 6
 Insultare cui 1, 21
 Integritas sincera 4, 25. integritatis
 testes 3, 11
 Intelligere 1, 12. causam 3, 14.
 errorem 5, 7. me 3, 12. quod
 4, 1. rem 2, 5. pulchre 4, 20
 Intempestive 3, 19
 Intendere cutem 1, 24
 Inter capellas 3, 15. feras 4, 12.
 aras morari 4, 23. cædem 2, 7.
 homines 4, 24. lachrymas 4,
 16. manus sublatas 5, 7. quos
 inter 5, 5.
 Inter reliquas merces pendere 3, 4.
 hæc inter 2, 8.
 Intercipere laudem 4, 11
 Interdicere, ne 4, 10
 Interdiu 3, 7. 3, 16
 Interesse illius, ne 4, 24
 Interficere 1, 9
 Interior angulus 4, 3. *prol.* 4
 Interponere quid. *prol.* 2. nomen
 5, *prol.* sidera 4, 24. interpositis
 diebus 3, 2

Inter-

Interp
 Interr
 Interw
 Intran
 3
 Intrit
 Intuer
 Intuer
 Inveni
 5, 6
 nem
 tium
 3, 1
 inve
 cont
 inve
 Inveni
 Invidia
 mor
 1, 2
 Invidu
 Invisus
 . invid
 Invitar
 nam
 Invitur
 laud
 Involvo
 na 4
 Inutilis
 Jocar
 Jocular
 Jocund
 Jocund
 Jocus ef
 ranti
 glori
 genu
 Iple do
 Jupit
 sermo
 5, 5
 illum
 cipes

I N D E X.

Interpretari 4, 4
 Interrogare 1, 24. 1, 30. 3, 17
 Intervenire 2, 1
 Intrare ad præsepia 5, 9. januam
 3, 10. limen musarum 3, *prol.*
 Intritus cibus 1, 26
 Intueri nœnias. *prol.* 4
 Intueri pugnam taurorum 1, 30
 Invenire 3, 12. 4, 17. carbonem
 5, 6. thesaurum 1, 27. pecti-
 nem 5, 6. exitium 1, 31. pre-
 tium 5, *prol.* ubi accenderet.
 3, 19. *opp.* perficere 4, 20
 inveniri 1, 12. inveniuntur
 contrarii 4, 10. formosi 3, 4.
 inventuri mortuam 3, 2
 Invicem 2, 2. 3, 8
 Invidia. 2, *Epil.* magna 3, 8.
 mordax 5, *prol.* invidia tangi
 1, 24. invidiæ cedere 3, 9
 Invidum fatum 5, 6
 Invisus 4, 23. invisæ opes 4, 11.
 invisæ munera 4, 10
 Invitare cognatos 4, 24. ad cœ-
 nam 1, 26. 4, 14. præmio 5, 5
 Invitum coëgit pati 4, 3. invita
 laude 3, *prol.*
 Involvere ingenium 4, 6. se fari-
 na 4, 1
 Inutilis 1, 2
 Jocari 2, 5. 3, 4. fabulis 1, *prol.*
 Joculari *prol.* 4
 Jocunditas tibiaram 4, 19
 Jocundus odor 3, 1
 Jocus esse alicui 1, 21. jocus nar-
 rantis *prol.* 2. joci ficti 3, *prol.*
 gloriantis fratris 3, 8. jocorum
 genus 4, 6
 Ipse dominus 2, 8. dies 5, 7.
 Jupiter 4, 10. 5, 8. ipso ab
 sermone 4, 21. ipsa expectatio
 5, 5. schola 3, *prol.* vita. *ibid.*
 illum ipsum 5, *prol.* ipsi prin-
 cipes 5, 1. ipsum ignorans 5, 1

Ira Deum 4, 10. furens 3, 10,
 iram reprimere 1, 29
 Iracundi 4, 3
 Irascaris nolo 4, 19. irascitur 3, 8
 Irate dimissus 4, 24
 Iratus imperus 3, 2. sonipes fero
 4, 3. iratis diis natus 4, 19
 Ire, redire 2, 8
 Ire in plausum litterarum 5, *prol.*
 Ire gravatum sarcinis 2, 7
 Ista sic *prol.* 2.
 Ita est 3, 15. ita nunc 4, 14. 4, 17
 Itaque 1, 27
 Iter brevius, longius 3, 19. si-
 mulare ad villam 3, 10
 Iteratur canticum 5, 7
 Itidem 3, 8
 Jubet me benignitas vigilare 1,
 23. vocem premere 1, 11. ex-
 cudi 5, 5. repeti 5, 7. occidi
 2, 8. jussit bibere 1, 14. poni
 5, 4. dormire 3, 10. adscribi
 4, 17
 Judex 3, *prol.* sedit 1, 10. judices
 petunt adjuvari ab Aug. 3, 10
 giudice vespâ 3, 13. quales judi-
 ces 5, 5
 Judicare dignum memoria 5, *prol.*
 Judicat sententia 3, 10. livor 4,
 20. judico dignum pœna 5, 3
 Judicium 4, 17. erroris 5, 5.
 sincerum 3, *prol.* judicio gra-
 tulari 4, 25
 Jugulare 5, 4
 Jugum temperare flagello 3, 6
 Jugum temporis 4, 6. Pierium
 3, *prol.*
 Jumenta 4, 4
 Juno 3, 18
 Jupiter 1, 6. 3, 17. 4, 9. 4, 10.
 5, 8. magnus 4, 17. pater deo-
 rum 1, 2. summus 4, 19. to-
 nans 3, *prol.*
 Jurgium petulans 3, 11. jurgii
 causam

I N D E X.

causam inferre alicui 1, 1
 Juris periti 4, 4
 Jus neglectum 4, 4. simile 1, 26.
 jura sancta 4, 12
 Jurisjurandi fides 1, 8. 3, 10
 Jussum parere 3, 19.
 Justum exemplum 4, 6. tanto
 justius 5, 5. 4, 25
 Juvant te fabellæ 4, 6
 Juvenus 2, 1
 Juvenis pulchra 2, 2. juvenes
 duo 4, 25

L.

Labi favore pravo 5, 5
 Labor 2, *Epil.* doctus 3, *prol.*
 deest fabro 4, 25. labore mor-
 tuus 3, 20
 Labori alicujus favere. *Epil.* 2.
 ex labore fructum capere 4, 19
 Laborare nihil 4, 23. validius 3,
 11. laborant humiles 1, 30
 Laborare ut 1, 22
 Lacerari 1, 1. morfibus 1, 12.
 2, 3
 Lacerare quem 4, 23
 Lacrymæ vectorum 4, 16
 Lacus 1, 6
 Lædendi mens 5, 3. lædere 1, 26.
 3, 2. dente 4, 7. læsit locus
 1, 18. læsura invicem 3, 8.
 læsus vulnere 2, 7
 Lædi 2, 6. impune 1, 21. 4, 3
 Lætari 3, *prol.* tulisse auxilium
 4, 3. lætare Rom. 5, 7
 Læta domus 4, 24. viridaria 2, 5
 Læva omina 3, 18
 Lagona plena cibo 1, 26
 Lagonæ collum 1, 26
 Lambere collum 1, 26. otio 1, 25
 Lanæ dedita 4, 4
 Languens ævum 4, 25. languere
 5, 10
 Languidus gressus 5, 1. languidæ
 vires 3, 2

Lanifica 4, 4
 Laniger 1, 1
 Lanius 3, 4. 3, 15
 Lapidem impingere cui 3, 5
 Laqueos effugere 4, 1
 Large dividere 2, 6
 Largus cibus 3, 7. larga dapes 2, 4
 Lassare se pondere 2, 6
 Late spargere 3, 1
 Latens 2, 8. 5, 5. latet plebs 4, 5
 Latibula nemorosa 2, 8. secreta
 1, 30
 Latior bove 1, 24
 Latina litteræ 5, 5
 Latium *Epil.* 2
 Latrans senex 5, 10
 Latrare pro re domini 1, 25
 Latro 1, 1. occisus 5, 2. latrones
 advolant 2, 7
 Lavare 4, 13
 Lavatio argentea 4, 4
 Laudabile exemplum 2, 1
 Laudare opus 4, 20. quod fui-
 mus 5, 10. quæ laudas, frueri
 3, 7. laudari verbis subdolis
 1, 13. vocem cognovit 3, 16.
 cornua 1, 12. quæ laudamus
 sæpe multum luctus habent
 1, 12. laudatis utiliora *ibid.*
 Laurea placet Phæbo 3, 17
 Laus invita 3, *prol.* victorum 4,
 21. 4, 24. parta 5, *prol.* vera
 4, 11. laudes duæ 4, 24. falsæ
 4, 23. laudis conscientia. *Epil.*
 2. laudis certamina 5, 5
 Laudibus onerare 5, 5
 Laxare arcum 3, 14
 Lector 2, *prol.* Cato 4, 6
 Lecto recipere corpus 1, 18
 Leda 4, 24
 Legati canum 4, 17. legatos di-
 mittere. *ibid.*
 Legere comœdias 5, 1. genus jo-
 corum 4, 6. libellos 3, *prol.*
 sen-

I N D E X.

- sententiam 4, 25. versus 4, 21.
 arbores 3, 17. capillos 2, 2.
 viles nœnias 3, *prol.*
 Leniter potare 1, 25
 Lentus 1, 15. lentum flagellum
 3, 6
 Leo 1, 5. 1, 11. 1, 21. 2, 1.
 4, 12
 Lepidum genus 5, 7
 Lepus 1, 9
 Leto dare 1, 22. 3, 16
 Levare dorso quem 4, 3
 Levis cursus 1, 12. risus 1, 29.
 leve ludere. *prol.* 4
 Levitas 5, *prol.* stulta 5, 7
 Lex. Legem proponere 3, 13.
 legibus obistere 3, 15. leges
 æquæ 1, 2
 Libellus 5, *prol.* libellum sustine-
 re 4, 6
 Libelli Phædri. *prol.* 3
 Libeat 1, 3. quum libitum est
 concipere 3, 15. si libuerit
 2, *prol.*
 Libenter 5, 4
 Liber. Librum exarare 3, *prol.*
 Liber 4, 14. mihi sum 3, 7. ani-
 mus 3, *prol.* liberæ paludes 1, 2
 Liberalis repente stultis gratus est
 &c. 1, 23
 Liberi insitivi 3, 3. liberos creare
 1, 6
 Liberare sese fovea saltu 3, 2
 Libere dicere 4, 10
 Libertas dulcis 3, 7. procax 1, 2
 Libertus 3, 10
 Libido 4, 14
 Libirina 4, 19
 Licet obtrecter, dum 5, *prol.* dis-
 simulet, tamen 4, 20
 Licentia poëtæ 4, 24 solvit fre-
 num 1, 2
 Licentia est 3, 7
 Ligare cornua capitibus 4, 5.
 crus fasciâ 5, 7
 Ligneus alveolus 2, 5
 Lima 4, 7
 Limare mendacium 3, 10
 Limen Musarum 3, *prol.* liminis
 custos canis 3, 7
 Limus 1, 2
 Lingua 4, 13. futilis 5, 2. liti-
 guam præcludere 1, 23
 Linq̄ere hærentem vado, 4, 8
 Linteam Pelusium 2, 5
 Linus 3, *prol.*
 Liquida sorbitio 1, 26
 Liquor 1, 1. dulcis 4, 8
 Lis deducta in forum 3, 13. orta
 4, 3
 Litigare cum aliquo 3, 11
 Litteræ 4, 6. latinæ 5, 5. valent
 4, 24. litterarum studium 4,
 21. plausus 5, *prol.*
 Litterata Græcia 3, *prol.*
 Livor 2, *Epil.* 4, 19. abesto hinc
 3, *prol.*
 Locare nomen 1, 16
 Locuples 1, 27. 4, 21
 Locus 2, 1. 4, 8. ignotus 1, 14.
 indignus 3, 12. obscurus 4, 1.
 est auxilio 4, 25. locum reco-
 lere 1, 18. loco mercedis 4,
 24. tuta 1, 28. cedere 1, 19.
 concipere malum, finire 1, 18.
 loca deficiunt 5, 5
 Locum complete timore 2, 4. re-
 postere 1, 19
 Locutus 1, 27. 5, 7. 5, 4. exi-
 stimor. *prol.* 4. hoc modo 3,
 20. sic 1, 5. 1, 26
 Longe vetustior 4, 6. ab illis 1,
 30. longe inferior 1, 1. for-
 tior 3, 7
 Longitudo colli 1, 8
 Longus. Longa memoria 5, *prol.*
 longum tempus 4, 4. longior
 usus 4, 25. longius iter 3, 19
Y 2 Lo-

I N D E X.

Loqui 5, 5. recte 4, 12. hoc modo 3, 20
 Loquuntur arbores. *prol.* 1
 Lora continere 3, 6
 Lubitum est 3, 15
 Lucerna adlata 3, 10. lucernam accendere 3, 19. de flamma deum, nefas 4, 10
 Lucrum 5, 6 dulce 3, *prol.* periculofum 5, 4. facere 1, 23. lucro corrumpit cuncta Plutus 4, 11
 Luctans cornibus 5, 9
 Luctus quantum 1, 12. luctum importare cui 1, 28
 Lucullus 2, 5
 Ludere calamo. *prol.* 4. nucibus 3, 14. pueriliter 3, 8. ludorum dies 5, 7. ludos facturus 5, 5. nobiles. *ibid.*
 Ludus animo debet aliquando dari 3, 14
 Luere culpam spiritu 4, 10. peccatas 1, 17. 3, 10
 Luget domus 4, 6
 Lumen 3, 10. luminis commercium 4, 10. ad lumen compilare. *ibid.* cum lumine quid tu 3, 19
 Lupus 1, 1. 1, 8. 1, 10. 1, 16. 1, 17. 3, 7
 Luscinius 3, 18
 Lustrare domos 3, 19
 Lusus datur animo 3, 14
 Lux. in lucem efferre 2, *epil.* luce 3, 7
 Luxuriæ domus 4, 4
 Luxus 4, 4
 Lympharum speculum 1, 4

M.

Macerare quem 4, 19
 Macie confectus 3, 7
 Mage 5, 3. magis accensa 3, 16.

ridicule, quam vere 3, 4
 Magistra 2, 6
 Magnitudo 3, 18. principum 4, 5. magnitudinis invidia 1, 24
 Magnus apparatus 4, 24. Jupiter 4, 17. risus 5, 7. magnæ opes 2, 7. 3, *prol.* magnum beneficium 3, 15. periculum 2, 4. 2, 8. 4, 8. magna mirari 4, 22
 Magna invidia 3, 8. magno dolore 1, 8. major hostia 3, 3. molestia 4, 6. nifus 1, 24. turba 5, 4. 5, 5. cura 3, 3. majus incommodum 5, 3. nihil 4, 1. majoris venire 2, 5. quis major 1, 24
 Majestas ducis 2, 5
 Male dimissa gratia 4, 24. multatus 1, 3
 Maledicere cui 1, 1
 Maleficii pœna 1, 17
 Maleficus canis 2, 3. consiliator 2, 6
 Maligna suspicio 3, 10
 Malignitas 5, *prol.*
 Malitia scelestâ 2, 4.
 Maluisset perdere 5, 7
 Malus homo 1, 19. sutor 1, 14. malum extrahere 1, 8. alterius 4, 8. concinnare 2, 4. concipitur 1, 18. ferat 1, 2. finiri 1, 18. malo adficietur 1, 5. esse 5, 4. malorum munera 4, 10. malis amicus 4, 11. mala nequitia 3, 8. videre 1, 16.
 Malis auxilium ferre 4, 18
 Malis se dignum fateri 3, *prol.* mali causa 3, 10
 Mandata servulo 4, 24
 Mandata dare 1, 2. 4, 17
 Manes dii 1, 27
 Manet sensus patri 4, 4. pretium literis 5, 5
 Manifesta res 5, 5

Manus

I N D E X.

Manus nostra 4, 20. manum oscu-
lari 5, 1. manu Luculli 2, 5.
manus inficere 4, 6. inter ma-
nus 5, 7. manibus tangi 3, *pr.*
Mare medium 4, 21. Siculum,
Tusculum 2, 5
Margarita 3, 11
Margo altior 4, 8
Maritus 3, 10
Marmor novum 5, *prol.*
Mas, mares molles 4, 14
Masculina membra 4, 14
Masculus 3, 15. masculum ge-
nus 4, 14
Mater 1, 28. 3, 10. enixa 3, *prol.*
tua 3, 15. sedula 4, 4. servans
aetatem nati 3, 10. matris ca-
thedra 3, 8
Materia, quam Æsopus reperit
1, *prol.* exigua 4, 24. materiae
copia 4, 25. satis 5, *prol.*
Matronarum oscula 4, 23
Matura 4, 2. maturus 3, 19
Maxime contrarii 4, 10. maximus
genitor 4, 17. plausus 5, 5.
splendor 3, 12. admirator 4,
21. maxima exspectatio 4, 22
Maxima fames 4, 17
Maxime dolere 3, 10
Mecum 2, 5. 5, 3. sunt mea
4, 21
Medea 4, 6
Medicinam facere 1, 8. 1, 14
Medicus nobilis 1, 14
Medica ars 1, 14
Medio sole 3, 19. media aetas 2, 2.
querens 2, 4. turba 4, 4. via
3, 14. medium mare 4, 21
Mehercule 1, 25. 3, 5. 3, 17.
5, 5
Melior vita 4, 17. ad cogitandum
redit 3, 14. meliores carpere
2, *epil.* melius facturum 5, 5.
deponere 1, 18

Mellis sopor 3, 13
Melos egregium 4, 21. Iuscini
3, 18
Memini 3, 2. quibus 5, 7. pul-
clare 4, 25
Meminerit *prol.* 1
Memoria longa 5, *prol.* memoriae
tradere 4, 24. memoriz di-
gnum 4, 20. meâ factum 3,
10
Menander scriptor 5, 1
Mendaces 1, 17
Mendacium limare 3, 10
Mens lædendi 5, 3. cœca 4, 19.
rara *prol.* 4. mihi est 3, *prol.*
mentes tenet favor 5, 5
Mensa 3, 7
Menses 3, 15. acti 1, 18. tran-
seunt 5, 7
Mentiri 1, 29. multa 3, 10
Merces 3, 4. *prol.* 4. fraudis 1,
17. accepta 4, 21. mercedis
loco 4, 24. pars, *ibid.* merce-
dem postulare 1, 8. sine mer-
cede 4, *prol.*
Mercurius 1, 2. 4, 17
Merda 4, 17
Merere pati 3, 11
Mergere specu quos 4, 5. merfum
1, 2
Meritum inane 1, 22. meriti
pretium 1, 8. merito diceris 3,
17. jaces 1, 27. plectimur 1,
31. meritis tuis dedicant 3,
prol. capi 3, 15. merito deri-
deri 3, 6. venire in dubio 3,
13. invisus 4, 11
Metuere humiles 1, 28. ruinam
2, 4
Metus mortis 4, 16. præcludit
vocem 1, 2. metu fugere 1, 11
Meus homo 5, 7. mea causa face-
rem 1, 22. culpa 1, 23. cuncta
mecum sunt 4, 21

I N D E X.

- Mihi prodesse 3, 12. mihi dona-
 vit 3, 16. visum est 4, 23. pro-
 mitte 4, 24. supersunt 4, 25
 Milites, *mures* 4, 5
 Milvius *vel* Miluus 1, 31
 Minas exercere 3, 6
 Minari magna 4, 22
 Minerva admirans 3, 17
 Minime confido 1, 18. puto 3, 10
 Minos 4, 6
 Minus muneris 4, 25. adridet 4, 19
 Minuta plebs 4, 5
 Miraculum novum 1, 11
 Mirans 1, 12. mirati non rever-
 tier 4, 17
 Miscere dolorem 1, 28. civita-
 tem 1, 2. toxicum antidoto 1,
 14. miscet vitam dolor & gau-
 dium 4, 16
 Misenenensis villa 2, 5
 Miser spiritus 4, 19. misera 1, 28.
 misera 1, 6. mihi 2, 4
 Miseranda 3, 10
 Miseria fati 3, 20
 Misericordia proclivis 4, 25
 Misericors contra se 4, 18
 Miserita jacentis 3, 15. miseriti
 peritura 3, 2
 Missum aulæum 5, 7. mittere
 hydrum 1, 2. legatos 4, 17.
 panem 2, 3. 3, 2. cani 1, 23.
 vocem 3, 18. 4, 10
 Mixtus odor cum merdis 4, 17
 Mnemosyne 3, *prol.*
 Modestia debetur pars 2, 1
 Modestis offerre, quod 2, 1
 Modius tritici 1, 16
 Modo 1, 9. 5, 2. 4, 20. vos par-
 cite 2, 8
 Modus nullus 1, 26. similis 1, 24.
 talis 4, 4
 Mœcha 4, 4
 Mœrens 1, 3. 3, 3. 4, 15
 Mœritus 4, 3
 Molestiam exhibere 4, 6
 Molestus ille 3, 19. litteris 4, 6.
 videtur 4, 25. molesta sibi na-
 tio 2, 5. molesti mures 1, 22.
 Poëtæ 5, 5
 Moliens fraudem 4, 8
 Molles mares 4, 14
 Momentum horæ 3, *prol.*
 Monere vitam consilio 1, *prol.*
 præcepto 3, 8. monent versus
 1, 19. monet argumentum
 4, 15
 Monitus 3, 8. monitis parere 2, 6
 Mons summus 2, 5. parturit 4, 22
 Monstrare 3, 5. quid sit 2, 6. quo
 pacto 5, 9
 Monstro exterritus 3, 3
 Mora dulcis 3, *prol.* temporis 4, 4.
 impedit effectus 5, 8. moram
 facere 4, 24. sine mora 5, 7
 Morari inter aras 4, 23
 Morbo gravi confectus 1, 14
 Mordax invidia 5, *prol.* morda-
 cior 4, 7
 Mordere caput 5, 3. limam 4, 7
 Mori cogere 4, 23. mori bis 1,
 21. moriens 1, 12
 Mors Socratis 3, 9. professa 4, 6.
 vicina 4, 25. mortis metus 4,
 16. periculum 1, 28. solati-
 um 1, 9. timor 1, 14. morti
 propior 4, 25. morte ulcisci
 5, 3
 Morsus canis 2, 3. sævus 1, 12
 Mortales 1, 20. solent labi favore
 pravo 5, 5. mortalium ambitio
 3, 10. error *prol.* 2
 Mortuus labore, plagis 3, 20.
 mortuo congeruntur plagæ,
ibid. mortua tribuit quod viva
 negarat 3, 16
 Mortuum quem invenire 3, 2
 Mos spectatorum 5, 7. vulgi 5, 1.
 translaticius 5, 7. ut moris 4, 24.
mo.

I N D E X.

mores dissolutos compefcere
 1, 2. hominum 3, *prol.* mori-
 bus suis alienum 4, 4. vincere
 faciem 3, 8. servare 2, *prol.*
 Motu sonoque 1, 2
 Movere plausus 5, 5. risum *prol.* 1.
 faxes cantu 3, *prol.* moveri ver-
 bis 3, 6
 Mox 1, 21. 3, 20. 4, 14
 Mula 3, 6
 Muliebris mundus 4, 4
 Mulier 3, 10. calta, *ibid.* partu-
 riens 1, 18. non rudis 2, 2.
 mulierum curâ fingi, *ibid.* mu-
 lierem postulant 3, 10. mulie-
 ris lingua 4, 13
 Mutare (*lege* mulcare) aliquem
 simili jure 1, 26. mulcatus
 male 1, 3
 Multus 3, 5. sudor 4, 24. mul-
 tum nectar 4, 14. exploranda
 3, 10. falli 1, 23. gemens 5, 7.
 multo hordeo 2, 7. majoris 2,
 5. similius 5, 5. validius 3, 16.
 multi, pauci 5, 4. multi, raris
 4, 1. multi, unus 4, 4. multa
 laudes 5, 5. res 4, 25. multa
 agendo nihil agens 2, 5. men-
 titus 3, 10. supersunt 5, 5
 Muli duo 2, 7
 Mundus muliebris 4, 4
 Munus 4, 15. naturæ 2, 6. mu-
 nera malorum 4, 10. minus
 muneris 4, 25
 Munitus satis 2, 6
 Murus, circa murum 4, 23
 Mus 4, 22. mures molesti 1, 22.
 veloces 4, 1. victi 4, 5
 Musa 3, *prol.* musarum limen,
ibid.
 Musca 3, 6. 4, 23. 5, 3
 Muscipulum effugere 4, 1
 Musicus sonus 4, 19
 Mustela 1, 22. 4, 1. 4, 5

Mutant pauperes nil 1, 15. mu-
 tare propositum, & vitæ genus
 3, *prol.* mutari ad faciem fere-
 nam 4, 16. mutatus statim 5, 1
 Mutire palam 4, 25
 Mutus, muta species 3, 18
 Myron 5, *prol.*
 Myrtus Veneri placet 3, 17

N.

NÆniæ *prol.* 4. viles 3, *prol.*
 Namque 1, 23. 3, 5. 3, 6.
 3, 10. 3, 19. 4, 6. 4, 18
 Nancisci cavernam 2, 4
 Naris emunctæ senex 3, 3. nari-
 bus scrutari 4, 17. trahere odo-
 rem 3, 1
 Narrantis jocus *prol.* 2. narrare
 3, 10. fabulam 1, 6. hoc illis
 3, 12. narrabit quisque quod
 voluerit 3, 17. narrata res 4, 24
 Narratio adsignatur cui 5, 2.
 exferit 1, 12
 Narratione quid posteris tradere
 4, 4
 Nasci 1, 1. nigrum, album 3, 15.
 natalis dies 3, 15
 Nasute 4, 6
 Natans 1, 4
 Natio ardelionum 2, 5
 Natura 5, 5. sinistra 2, *epil.* dat
 1, 3. non dat verba cui 3, 3.
 naturæ dedecus 1, 21. munus
 2, 6. onus 1, 18. partes 4, 14
 Natus 3, 10. 4, 21. infelix est 3,
 20. diis iratis 4, 19. humilis
 natus 1, 27. ante, quam tu na-
 tuses 5, 9. vir natus 3, 8. nati
 1, 24. 2, 4. 3, 15. incolumes
 1, 28. nata Jovis, Minerva 3,
 17. natus in ipsa pene schola
 3, *prol.*
 Naufragi 4, 21
 Nautæ 4, 16

I N D E X.

- Navis vexata tempestatibus 4, 16.
 navem ascendere 4, 21
 Naufcant stulti 4, 6
 Ne 2, 3. non 4, 17. ne possent
 capi 1, 15
 Neapolis 2, 5
 Nec tibi, nec mihi 3, 12. opinans
 5, 7. opinus 1, 9. ulli 4, 24.
 nectibi, nec ulli 4, 19. unquam
 4, 6. nec ideo 2, 8. nec ille
 quicquam 2, 8
 Nec aliud quicquam quaeritur
 quam *prol.* 2
 Nec quicquam possunt nisi, *Epil.* 2
 Necare animal 5, 3. pastores 3, 2.
 necuit hominem 4, 18
 Necessitas non facit parentes 3, 15
 Nectar 3, 16. multum 4, 14
 Negare 1, 15. 1, 24. 1, 29. quod
 3, 16. pulcre 1, 10. cupidis
 debes 2, 1. se esse culpæ pro-
 ximum 1, 10
 Neglectum jus 4, 4
 Negligenter 4, 1
 Negligere hordeum 2, 7
 Negotia 3, *prol.*
 Nemo 1, 14. 2, 8. 4, 4. muni-
 tus contra 2, 6. libenter reco-
 lit qui læsit locum 1, 18
 Nempe 4, 23. discimus 2, 2
 Nemus Peleum 4, 6. nemoricul-
 trix 2, 4. regnum 1, 30. ne-
 morosa latibula 2, 8
 Neque enim 3, *prol.*
 Nequicquam 2, 5. 2, 6
 Nequitia 2, 6. nequitiae mala 3, 8
 Nescio quis 3, 9. quid boni 2, 5.
 nescit 2, *prol.*
 Nex venatorum 2, 8. instans 1,
 22. tristis 2, 6. neci occum-
 bere 4, 1. necem evadere 4, 5.
 ad necem currere 2, 9. nec in-
 justa 1, 1. necem fugitare 1, 2.
 vitare 1, 31.
 Nidus aquilæ 2, 4. nido ponere
 1, 28. nidum facere 2, 4
 Niger an albus 3, 15. nigri capilli
 2, 2
 Nihil repertum 5, 5. nihil est 3, 7.
 agere 2, 5. quod non possit 3,
 17. habere 4, 23. laborare 4,
 23. respiciens 3, 10. spernat
 auris, *ibid.* nihilominus 3, *prol.*
 Nilus flumen 1, 25
 Nimia brevitatis 3, 10. hilaritas 4,
 16. tenuitas 1, 12
 Nisi 5, 4. est utile 3, 17. mon-
 straro 2, 6. nossem 1, 11. sci-
 rem 1, 25. soleres 2, 1
 Nisus major 1, 24
 Nitere 3, 7
 Nititur adjuvare bonitas 4, 25.
 nixa celsis cornibus 4, 8
 Nitor pennarum 1, 13. sma-
 ragdi 3, 8
 Nivea fascia 5, 7. tunica, *ibid.*
 nivei calcei, *ibid.*
 Nives 3, 7
 Nobilis 5, 7. comædus 5, 1. no-
 biles ludi 5, 5. medicus factus
 1, 14. testa 3, 1. urbs 4, 21
 Nocet defuisse 5, 1. nocendum
 nulli 1, 26
 Nocens consilio 5, 3
 Nocivum periculum 1, 29
 Noctu 2, 4. 3, 7
 Noctua 3, 16
 Nocturnus fur 1, 23
 Nolo 4, 2. irascaris 4, 19. inqui-
 nari 1, 29. regnare 3, 7. noli
 adfectare 3, 18. esse molestus
 4, 6. facere hoc 2, 3. imputa-
 re 1, 22. vereri dolos 1, 25.
 nolulistis bonum 1, 2
 Nomen amici 3, 9. domini 1, 15.
 falsum 1, 14. victurum 5, 5.
 locare 1, 16
 Nomine alicujus commendari
prol. 2 No-

I N D E X.

Nomino *Æsopias* 5, *prol.*
 Nominor 1, 5
 Non est 3, 7. 3, 15. dubitatis credere 1, 14. multum egisti 2, 5. fati memini 5, 7. vis progredi citius 3, 6. modo, verum 1, 17. 3, 20. illam, verum illam 3, 15. est, quod timeas 2, 1
 Non tantum *prol.* 1
 Non modo, sed 1, 20
 Non eram natus 1, 1
 Nondum 4, 2
 Nolle genus 3, 13. animum alic. 1, 11. novi hoc ante, quam tu natus es 5, 9. noverat 4, 4
 Nostra progenies 2, 4. manus 4, 19. laus 4, 23. nostra mala non videmus 4, 9. nostro seculo 5, *prol.*
 Notam tristem sustinere 1, 3. notæ hominum 4, 23
 Notare singulos 3, *prol.*
 Notescere 3, 3. notuit res 5, 7
 Notus candor 3, *prol.* exitus 1, 11. flexus 2, 5. scurra 5, 5. ille erit quem per te cognoveris 3, 10. nota pernicitas 1, 9. notum canticum 5, 7. notis esse derisui 1, 11. notior paulo 5, 7
 Novacula 5, 8
 Noverca 3, 10
 Novies fecunda 3, *prol.*
 Novissime 1, 24. 3, 14. & 15. 4, 10
 Novitas artis 5, 5
 Novus *canis* 4, 17. novum mar- mor 5, *prol.* miraculum 1, 11. novi cothurni 4, 6. nova res 5, *prol.*
 Nox venit 3, 7. insecuta est 3, 2. noctis vices 2, 8
 Noxiarum insolentiæ 4, 25
 Nudare caput 5, 3. conscientiam 3, *prol.*

Nudum corpus 5, 8. nudos relin- quere 4, 21
 Nulli nocendum &c. 1, 26. nullo modo 1, 26. nulla 4, 4. prior ales 1, 13. nullum 4, 19. auxilium mihi est 3, 16. nullis adjutoribus 5, 5
 Numinum præsentia 4, 24
 Numerare, qui perierint 5, 4. au- ctiores suos 3, *prol.*
Numerus, in numero esse 4, 24
 Nummi 4, 21. nummos diripere 2, 7
 Nunc 1, 6. 3, *prol.* 4, 20. 5, 2. demum intelligo 1, 12. pri- mum 3, 3. quia 1, 22. patior nives 3, 7
 Nunquam 1, 5. 3, 3. 4, 17. 5, 5
 Nuper 2, 8. 3, 16
 Nuptiæ celebres 1, 6
 Nutrire cibo 5, 4. ubere 3, 15
Nux, nucibus ludere 3, 14

O.

O me infelicem 1, 12. nata 3, 17
 O quanta species cerebrum non habet 1, 7
 O suavis anima 3, 1. qui nitor 1, 13. 4, 4. canis 1, 27
 Objectus cibus 1, 23. objectum lucrum 4, 11. objectus pug- næ 5, 10
 Obire 3, 10. obitus 3, 20
 Objurgare 1, 9. canem 5, 10
 Oblectare se 3, *prol.*
 Oblitus cibi 1, 27
 Obnoxia servitus 3, *prol.* obno- xiæ opes periculo 2, 7
 Obscœna dicta 3, 11
 Obscœnitas 4, 13
 Obscurus locus 4, 1
 Obstant homines legibus 3, 15
 Obtegere quid vestimentis 5, 5

Y 5

Obte-

I N D E X.

- Obterere pede 1, 30
 Obtrectare curam alicujus *Epil.* 2. quem 5, *prol.*
 Obvius esse alicui 1, 29. casu 4, 21
 Occasio brevis 5, 8. data 2, 8
 Occidere necesse 2, 6. occiso latrone 5, 2
 Occipere loqui 1, 13
 Occumbere neci 4, 1
 Occupare aliquem ne esset primus *Epil.* 2. Athenas imperio 5, 1. arcem 1, 2. quem 2, 8. occupatus 3, 19. in otio 2, 5. occupatae aures 3, *prol.*
 Occurrere 3, 7. occurrit illis labor 2, *Epil.*
 Oculos avertere 4, 11. centum habere 2, 8. oculis venari viros 4, 4
 Odiosissima aliis natio 2, 5.
 Odisse quem 4, 11
 Odio subscribere 3, 10
 Odor jucundus 3, 1. mixtus cum merdis 4, 17. multus, *ibid.* odorem spargere 3, 1. trahere naribus, *ibid.*
 Offendere quosdam 3, 10. ad fortunam 4, 14. offendunt immo-dica 5, 5. offendor subripi 4, 10
 Offerre modestis quid 2, 1
 Officina fabri 4, 7
 Officium 3, *prol.* come 2, 5. praestare 3, 7. repudiare 1, 29
 Offundere terrorem 2, 4
 Olfacere culum 4, 17
 Olim 3, 2. 3, 17. 4, 17. nitetur adjuvare 4, 25. redisses 3, 12. venire 4, 10
 Oliva gratior Minervae 3, 17
 Omina laeva 3, 18
 Omittere quid 5, *prol.*
 Omnis impensa 4, 19. omni contumeliâ 1, 2. cura *prol.* 2. injuria 1, 31. vigilia 3, *prol.* omnes rustici 2, 8. reclamant 4, 17. scierunt 4, 24. omnes 3, 18. unus exurit 1, 6. omnibus dici 3, 17. innotuit 5, 7. omnia perlustro 4, 23. tremunt 4, 17
 Omne 4, 7. onus 1, 2
 Omnem querelam 2, *epil.* impensam 4, 19
 Omnino 4, 6
 Onerare laudibus 5, 5. saxi 3, 2
 Onus naturae deponere 1, 18. ignotum gravidæ 3, 15. grave insuetis 1, 2. onere degravari 4, 21. dives 2, 7
 Onustus sacrilegio 4, 10
 Opera vocis 1, 11. perit 2, 5. operæ pretium, *ibid.* operam dare Batyllo 5, 7. perdere 1, 25
 Operarii 4, 4
 Opes 4, 21. invisæ forti 4, 11. opes regales concupiscere 1, 27. opes magnæ sunt periculo obnoxiae 2, 7. opes magnas exaggerare 3, *prol.*
 Opima præda 2, 6
 Opinione alterius quid ponderare 3, 10
 Oportet vaces 3, *prol.* gaudere 4, 16
 Oppetere poenas superbiae 3, 16
 Oppidum 3, 10
 Opponere Græciæ quos 2, *epil.*
 Opportunum bubile 2, 8
 Oppressus lepus ab aquila 1, 9. manu 5, 1. opprimere quem 4, 24. innocentes 1, 1. progeniem 2, 4. muscam 5, 3
 Oppugnare 2, 6
 Oplonia 3, 4. opsoniorum pretia 4, 19
 Optem necare 5, 3
 Optimi multi turpi facie 3, 4. optimæ res 4, 23
 Opus 3, 13. ineptum, laudandum 4, 20.

I N D E X.

4, 20. Palladium 4, 6. refi-
 dum 4, 25. quum opus est
 4, 23. operis terminus 5, *prol.*
 opus adprobare 4, 24. artifi-
 cis 5, *prol.*
 Orare, ut 4, 19. incipit 1, 28.
 oratum mittere 4, 17
 Orba nato 3, 10
 Ordo propositi 4, 20. rei 4, 24.
 equester 5, 7
 Ornare se laudibus 4, 23
 Ornamenta 4, 4
 Ornatus muneris 4, 15. orbatum
 parare 4, 4
 Orpheus 3, *prol.*
 Orta lis 4, 3
 Ore attingere cibum 1, 4. emit-
 tere calcem 1, 13. ore auferre,
pro ex ore 1, 8
 Os devoratum hæret fauce 1, 8.
 ossa 3, 7. humana 1, 27
 Osculari manum 5, 1
 Oscula matronarum 4, 23. casta,
ibid. carpere 3, 8
 Ostendere 4, 10. 5, *prol.* novita-
 tem 5, 5. oves procul 3, 15.
 prædam 5, 6. sese 5, 7. vocem
 1, 13. paucis versibus 1, 9.
 vitam & mores hominum
 3, *prol.*
 Ostentum procurare 3, 3
 Otiosus 3, 7
 Otium dare corpori 3, *prol.* se-
 quentes 5, 1. otio lambere 1,
 25. in otio occupata 2, 5
 Ovis 1, 5. 1, 16. 1, 17. 3, 3.
 segregatæ oves 3, 15

P.

Pacta fides 3, 13. præmium 1,
 8. quo pacto 4, 4. 5, *prol.*
 5, 9. nullo 2, 6
 Palam mutire 4, 25
 Palladium opus 4, 6

Pallas 3, 16
 Pallium 5, 5
 Palus 1, 30. paludis latibula, *ibid.*
 paludes liberæ 1, 2
 Panis consparfus furfuribus 4, 17.
 tinctus cruore 2, 3
 Panem petere ab aliquo 1, 17
 Panem mittere cani 1, 23. 3, 2.
 dare 3, 2
 Panthera 3, 2
 Par color 3, 13. gratia 3, 2. offi-
 cium 3, 7. esse mihi si potueris
 1, 19. pares ætate 2, 2. forti-
 tudinis 4, 15
 Parare cœnam 3, 19. ornatum
 4, 4. togam puram filio 3, 10.
 vinum 4, 4. paratur pernicies
 2, 4. paratus sum 3, 7. parata
 rapere 2, 4
 Parce gaudere 4, 16
 Parcere 1, 22. fera 3, 2. parco
 sciens 4, 25. vos parcite 2, 8
 Parens 3, *prol.* 4, 4. parentes fa-
 cit bonitas 3, 15
 Parere agnos 3, 3. chorum artium
 3, *prol.* murem 4, 22. parit
 mons, *ibid.* peperit 2, 4. 3, 15
 Parere monitis 2, 6
 Pariter 5, 2
 Pars promissa 2, 6. tertia 4, 24.
 debetur 2, 1. partem postu-
 lans, *ibid.* partes factionum 1,
 2. naturæ, quas tegit pudor 4,
 14. bonas in partes accipere 2,
prol. data 3, 18. partes tuæ
 prius, dein aliorum 4, 25. par-
 tibus 3, 13. factis 1, 5
 Particulo 5, *prol.* vir sanctissimus
 5, 5
 Partiens charitatem in ambos 3, 8
 Parturiens canis 1, 19. mons 4, 22
 Partus instans 1, 18. parata laus
 mihi 5, *prol.*
 Parum frondis 2, 8

Par-

I N D E X.

Parvula volucris 5, 3
 Parvum tigillum 1, 2. parva patientia 4, 6. res 4, 3. fabella 1, 15. parvæ ædes 3, 9
 Pascere asellum in prato 1, 15. pasci stercore 4, 23. pastum exire 2, 4
 Passer 1, 9
 Passim & certatim 5, 1
 Pastores 3, 2. 3, 3. 4, 4
 Patefacere sinum 4, 6
 Patena 1, 25
 Pater 1, 1. 3, 8. deorum 1, 2. familias 3, 10. Herculis 4, 11
 Patet via honoris 2, *Epil.* vindicta solertia 1, 28
 Pati exempla sua 1, 26. frenos 4, 3. quod natura dedit 1, 3. nives 3, 7. quod religio patitur, decernere 4, 25. quod meruit pati 3, 11
 Patiens injuria 1, 5
 Patientia parva 4, 6
 Patria 4, 21
 Patriæ decus *prol.* 3
 Patrimonium 4, 19. patroni 3, 10
 Paucis diebus interpositis 3, 2. paucis temeritas est bono, multis malo 5, 4. pauca plures 5, *prol.* pauci 4, 21
 Paulo ante 5, 5. notior 5, 7
 Pavidum genus 1, 2. paventes 1, 11
 Pavo 3, 18. pavonum grex 1, 3
 Pavorem simulans 2, 4
 Pauper pudor est 2, 1. pauperes nil mutant mutato principatu præter nomen domini 1, 15
 Paupertatem sustinere 4, 21
 Peccare 3, 10. bis 1, 8. casu 5, 3. peccat religio 3, 13
 Pecma 5, 7
 Pecten 5, 6
 Pectus solutum 3, *prol.* transfigere 3, 10. ante pectus 4, 9

Pecunia 2, 7. dicta 4, 4
 Pecus 4, 4. 3, 2. & 4. pecore gaudens 4, 4. pecora habere 3, 3
 Pedisequi 4, 4
 Pelagius cursus 4, 21
 Peleum nemus 4, 6
 Peliadum manus 4, 6
 Pelias 4, 6
 Pellis detracta 3, 20. rugosa 1, 24
 Pelusium linteum 2, 5
 Pendens in novacula 5, 8. ad lanium 3, 4. pœnas religioni 3, 27
 Pene in ipsa schola 3, *prol.*
 Penis demissus 1, 29
 Penitus 3, *prol.*
 Pennarum nitor 1, 13. pennæ celeritate vitare necem 1, 31
 Penula rejecta 5, 2
 Per artus fractis 4, 6. campum fugere 1, 12. quem 4, 10. te 2, 1. quem per te cognoveris 3, 10. auras venire 2, 6. per fabellas aliquid quarere *prol.* 2
 Peræ dux 4, 9
 Peragere rem 4, 25
 Perambulans viridaria 2, 5
 Perdere 1, 10. operam 1, 25. tibias 5, 7
 Perdomare freta 4, 6
 Perductus ad regem 3, *prol.*
 Peregrina volucris 1, 26
 Perferre 1, 2
 Perficere 4, 20
 Periclitatur magnitudo ejus 4, 5
 Periculo eripere 1, 28. obnoxia opes 2, 7. factus sophus 4, 16. periculum avertendum victima 3, 3. nocivum 1, 29. in periculum venire 4, 8. in periculo esse 2, 4. verti 2, 8. periculum est 4, 25
 Periculosa medicina 1, 8. periculosum 3, 10. lucrum 5, 4
Perire

I N D E X.

- Perire 4, 21. 5, 4. fame 3, 7. per-
 rit imitatus potentem 1, 24.
 momentum 3, *prol.* opera 2, 5.
 ruptus 1, 20. peritura, quam-
 vis nemo lædat 3, 2
 Peritus usu 3, 3 peritis inritos
 dolos tendere 1, 23
 Perjurium sordidum 4, 19
 Perlegere libellum 5, *prol.*
 Perlustrare templa 4, 23
 Permotus convicio 1, 6
 Pernicies Grajum 4, 6. instat no-
 bis 1, 30. paratur 2, 4. ad per-
 niciem agi 4, 12. devocare 1, 20
 Pernicitas nota 1, 9
 Perorare causam 1, 10
 Perpallus canis 3, 7
 Perpeti 4, 4
 Perſalutare deos 4, 11
 Perſcrutatus crimina 3, 10
 Perſecuta 1, 28. perſequi quem
 3, 20
 Perſolvere pœnas 3, 5
 Perſona tragica 1, 7
 Perſuaſus 3, 5. jurejurando 1, 8
 Pertinet ad caput 3, 3. illos 1, 14.
 quo 3, 1. furor illorum ad cap.
 noſt. 1, 30
 Pertrahere Romam 3, 10
 Perturbatus homo 4, 24. ſenſus
 2, 4
 Pervellere aurem 5, 5
 Pervenire ad aures 2, *epil.* ad ſpe-
 luncam 4, 19
 Perveniet ad me minus muneris
 4, 25
 Pes celer 4, 17. durus 1, 30. ſu-
 ſpenſus 2, 4. titubans 4, 14.
 ceſſat 1, 9. pedem referre 2, 1.
 calceandum committere cui
 1, 14
 Peſſimi 3, 4
 Petens Neapolim 2, 5. petere 1,
 20. 2, 1. panem 1, 17. re-
 gem 1, 2. cibum 1, 4. auxi-
 lium 4, 3. cubiculum 3, 10.
 exitus 1, 11. ſecretum 4, 24.
 ſylvas 2, 1. villam 2, 8. urbem
 4, 21. petere ſaxo 3, 2. peto,
 reddas 3, *prol.* ut reddas 4, 25.
 ut adjuvaret 3, 10
 Petulans 3, 5. jurgium 3, 11. tur-
 ba 1, 2
 Philetus 5, 10
 Phæbo placet laurea 3, 17
 Phædri libellos 3, *prol.*
 Phalereus Demetrius 5, 1
 Phryx Æſopus 3, *prol.*
 Pictæ plumæ 3, 18
 Pierium jugum 3, *prol.*
 Pietas excolit deos 4, 10
 Pignus apertum 5, 5. pignore quo-
 vis contendere 4, 20
 Pilis defectus 5, 6
 Pingi, *vide* ſingi: pingitur historia
 4, 5
 Pinus 4, 6. Cybelæ placet 3, 17
 Piſiſtratus 1, 2
 Placare ſeveritatem 4, 6
 Placet conditio 3, 13. quercus Jo-
 vi 3, 17. fatis 4, 19
 Placidus 2, 1. gradus 2, 7
 Plagæ congeruntur mortuo 3, 20.
 plagis mortuo, *ibid.*
 Plane 3, 7. 3, 13
 Planum 2, 4
 Plaudere 5, 7
 Plauſus literarum 5, *prol.* maxi-
 mus 5, 5. plauſus movere, *ibid.*
 in plauſus conſurrectum 5, 7
 Plebejo eſt periculum 4, 25
 Plebes minuta 4, 5
 Plectere ſe 5, 9. plecti 1, 31
 Plena Apotheca cadis 4, 4. lagona
 cibo 1, 26
 Plerumque 1, 29. 3, 16
 Plumæ pictæ 3, 18
 Plus boni 4, 4. favere 5, *prol.* non
 habeo

I N D E X.

- habeo 3, 5. consumet 4, 25.
 valeo 1, 5. pluris esse 4, 23.
 plures 2, *epil.* 4, 21. cuniculi
 4, 19. pluribus exsecutus 3, 10.
 plura 3, *prol.* 3, 10
 Plutus 4, 11
 Pocula 4, 24
 Pœnæ 4, 17. facinoris 3, 10. ma-
 leficii 1, 17. pœnæ dies 4, 10.
 pœna dignus 5, 3. pœnas cui
 dare 1, 13. imponere 4, 17.
 luere 1, 17. 3, 10. oppetere 3,
 16. pendere 1, 27. persolvere
 3, 5
 Pœnitere, ad pœnitendum agi
 5, 5
 Pœnitentiâ 4, 13. fera 1, 13
 Poëtæ licentiâ 4, 24. poëtæ mo-
 lesti 5, 5
 Polire materiam versibus 1, *prol.*
 polita domus 4, 4
 Pollicitus 4, 25
 Polluitur fama 3, 10
 Ponderare quid opinione alterius
 3, 10
 Pondus grave 2, 6
 Ponere arcum 3, 14. domum 3, 9.
 lagonam plenam cibo 1, 26.
 eicam nido 1, 28. fœtum 2, 4.
 forbitionem 1, 26. statuam 2.
Epil. ponuntur reliquiæ 5, 4.
 posito timore 1, 2. præmio 1,
 14. villa 2, 5. posita quæstio
 3, 14. positum speculum 3, 8
 Pontus inhospitalis 4, 6
 Populus 4, 5. in theatro 5, 7. ad-
 clamat 5, 5. adprobat 4, 4.
 concurrit 3, 14
 Populus celsa 3, 17
 Porcelli vocem imitatus 5, 5. por-
 cellum obtegere vestibus, *ibid.*
 porcelli 2, 4
 Porrigere tabulam 4, 21
 Porro 3, *prol.*
- Portæ cavorum 4, 5
 Portare onus 3, 15. tabulam 4, 21.
 clitellas 1, 15
 Poscere reliquum 4, 25. scyphum
 1, 14
 Posse 1, 18. 3, 3. possum 1, 1.
 4, 6. potes 3, 7. 3, 12. 4, 23.
 potest 1, 8. 2, 4. 3, 10. possu-
 mus 4, 9. possunt 4, 2. posset
 1, 19. 2, 6. 5, 5. 4, 14. 5, 9. pos-
 sent 1, 20. possim 5, 5. possis
 3, 5. 5, 2. possit 3, 13. 4, 25.
 5, *prol.* 5, 8. possint 4, 17. po-
 tuit 1, 4. 3, 3. 4, 2. 4, 4. po-
 tueris 1, 19. potuerit 1, 26.
 potuissent 4, 4. poterit 4, 4.
 si potuit Phryx 3, *prol.* ne pos-
 sent capi 1, 15. an cibo posset
 capi 1, 23
 Possidere data 4, 4. bona 3, 10
 Post tempus 4, 17. 4, 18. tergum
 4, 9. post paucos dies 1, 17.
 obitum 3, 20
 Posterius 3, *prol.* 4, 17. posteris tra-
 dere 4, 4
 Postquam 2, 4. 3, 1. 3, 10. 4, 3.
 4, 4. 4, 13. 4, 21. 5, 5. est
 fessus 1, 11
 Postridie 3, 2. 5, 5
 Postulare mercedem 1, 8. partem
 2, 1. postulare mulierem 3,
 10
 Potare nectar 3, 16. leniter 1, 25
 Potens 1, 24. 3, 5. potentes 2, 6.
 dissident 1, 30. cum potente
 societas 1, 5
 Potestas ejus nulla 3, 15
 Potior mater 3, 15. cur hæc sit,
ibid. potius, quam 1, 31. 3,
prol. 3, 10. 3, 14. 4, 3
 Potior cui multo est cibus 3, 12
 Potrix 4, 4
 Præbere dapem 2, 4
 Præcepto monitus 3, 8

I N D E X.

Præcludere linguam 1, 23. metus
 præcludit vocem 1, 2
 Præcurrite quem 2, 5
 Præda 1, 4, 5, 6. opima 2, 6.
 prædam capere 4, 3. dimittere
 5, 10. tollere 2, 8
 Prædator 2, 1
 Prædonēs 4, 2 I
 Præfulget nitor collo 3, 18
 Prægustare exta 4, 23
 Præluceat facinori 4, 10
 Præmetuens doli 1, 16
 Præmium culpæ 2, 3. pactum
 1, 8. positum 1, 14. proposi-
 tum 5, 5. tantum 4, 19. ferre
 4, 17. reddere 4, 25. dignum
 accipere 3, 5
 Præponere lucrum labori docto
 3, *prol.*
 Præsentia bona 5, *prol.* numinum
 4, 24
 Præsepe 2, 8. 5, 9
 Præsidium facile 4, 5
 Præstare benevolentiam 3, 15.
 hospitium 2, 8. officium 3, 7.
 tutas ab injuriâ 1, 31. vicem
 3, *prol.* præstatur sapor 3, 4
 Præterire fabulam silentio 3, 13
 Prævalet sapientia virtute 1, 13.
 pratum 1, 24
 Prave judicare 3, 10. pravum
 consilium 1, 25. gaudium 4,
 14. pravus favor 5, 5
 Praxiteles 5, *prol.*
 Prece admota 3, 16. 1, 19. pre-
 cibus cujus auxilium ferre 4, 3
 Pretio, precibus 5, 7
 Premit eventus populum 4, 5. pre-
 mi à noxiorum insolentis 4,
 25. premere vocem 1, 11
 Prensâ ab homine mustela 1, 22
 Pretiosa res 4, 21. pretium meri-
 ti 1, 8. operæ 2, 5. opsonio-
 rum 4, 19. rerum 4, 4. cer-

tum 4, 24. majus 5, *prol.* ma-
 net litteris 5, 5. pretii cupidus
 3, 12. pretio inlicere 1, 8
 Primum, dein 4, 19. 4, 25. de-
 inde 1, 8. 4, 19. primus esse
 2, *epil.* somnus 3, 10. prima
 frons *prol.* 4. pars 1, 5. ratis
 4, 6. sella 3, 6. primo 4, 10
 Princeps 5, 7. *salvus ibid.* Prin-
 cipes civitatis 5, 1. principum
 magnitudo 4, 5
 Principatus gregis 1, 30. commu-
 tandus 1, 15. de principatu de-
 certare 1, 30
 Prior 5, 5. cepit 4, 23. prior, *i.e.*
pulcror 1, 13. prior invitare
 1, 26. priores 4, 19. prius 1,
 3. 1, 20. 3, 10. 4, 25
 Pristina consuetudo 4, 12. digui-
 tas 1, 21. pristinum frenum 1, 2
 Privata viro 3, 10. utilitas 1, 22
 Pro re domini latrare 1, 23. the-
 sauro carbonem 5, 6. vita ro-
 gare 3, 2
 Probanda sententia 4, 12. probans
 errorem 5, 5. probatur hac re,
 quantum valet 1, 13
 Procax libertas 1, 2
 Procedere 3, 7
 Proclivis misericordia 4, 25
 Procreare tribades 4, 14
 Procul cernere 4, 1. ostendere 3,
 15
 Proculcatas obterere 1, 30
 Procurare ostentum 3, 3
 Prodere exemplum 1, 3. legatos
 4, 17
 Prodesse 3, 12. 3, 17. 4, 23. im-
 probis 4, 18. profuerint, quæ
 despexeram 1, 12
 Prodire in scenam 5, 5. in con-
 spectum 5, 7. in cothurnis 4, 6.
 foras 2, 4
 Proelium 4, 5

Pro-

I N D E X.

Profecto 4, 23
 Proferte caput 1, 2. porcellum 5, 5
 Profertur in theatro 5, 5
 Professus rem gravem 3, *prol.* facturum se 5, 5. professa mors 4, 6
 Proficisci celeri pede 4, 17
 Profugere 1, 30
 Progenies 2, 4
 Progredi citius 3, 6
 Prolapsa sarcina 3, 15
 Proles 2, 4
 Proloqui breviter 3, 7
 Prometheus 4, 14
 Promittere ad coenam 4, 24. partem 2, 6
 Promovere pedem triclinio 4, 24
 Prope 4, 21
 Properare gradu concito 3, 2
 Propior color 5, 1. Graciae 3, *prol.* morti 4, 25
 Proponere legem partibus duabus 3, 13. terminum 4, 25
 Propositum 1, 5. mutandum 3, *prol.* praemium 5, 5. servare *prol.* 2. propositi ordo 4, 20
 Proprium genus 1, 3. amittit appetens alienum 1, 4. proprii affectus 3, *prol.* propriae voces 3, 18. propria vitia 4, 9
 Propter fructum 3, 17. virtutem 4, 11. volans 2, 6
 Proprius color 5, *prol.*
 Propterea 3, 10
 Propulsi fustibus 4, 17
 Profsus egregium 2, 1. libenter 5, 4
 Prosequi plausu 5, 5. verbis 3, 5
 Prospectate mare 2, 5
 Prospicere toto die 2, 4. Tuscum mare 2, 5. prospicere, *pro* conspicere ex loco superiore 1, 17
 Prostrernere se 5, 7
 Protinus 4, 18

Protrusus foras 5, 7
 Provocare quem 4, 24
 Provolare 3, 2
 Proximus haeres 3, 10. culpae 1, 10. proxima villa 2, 8. proximi 5, 1
 Prudens consilium 1, *prol.*
 Prudentia artis 1, 14
 Pudet fortunam criminis 2, *epil.*
 Pudor 4, 14. est pauper 2, 1. regit quod 4, 23
 Puella 2, 2
 Puer 3, 10. legi 4, 25. puerorum turba 3, 14
 Pueriliter 3, 8
 Pugna suis 5, 10. taurorum 1, 30
 Pulchra juvenis 2, 2
 Pulchre intelligere 4, 20. meminisse 4, 25. negare 1, 10. videre 4, 19. 5, 10. pulcherrime nosse 3, 13
 Pullus gallinaceus 3, 12. pullis escam ponere 1, 28
 Pulmentarium 3, 7
 Pulpitum 5, 7
 Pulsus regno 1, 30
 Pulverem sedans 2, 5. pulvere sparsi 4, 24
 Punctum volucris 5, 3
 Puniuntur scelera 4, 10. puniti 5, 4
 Pura toga 3, 10
 Purgare alicui domum 1, 22
 Putans escam 4, 1. ferri 1, 4. minime 3, 10. putes 3, 16. putantur sapere 4, 6. putas 1, 15. putaret se fingi 2, 2. ut putavit 2, 5. putabit 4, 20. putat 5, 7. puter 5, 9
 Putare se post mortem securum fore 3, 20
 Puteus 4, 8
 Pycta 4, 24

Qua

I N D E X.

Qua 4, 7
 Quacunque summa tradere 4, 4
 Quadrantes 4, 19
 Quærere 1, 6. 1, 29. 3, 4. causam 4, 11. escam 3, 12. hominem 3, 19. ignem 3, 19. illum 3, 15. lumen 3, 10. victum 3, 16. vindictam 4, 3. quid per fabellas *prol.* 2. quærere reperire 4, 8. quærere modo simili 1, 24. quærere exaggerare opes 3, *prol.* quæri 2, *prol.*
 Quæso 1, 1. 3, *prol.* 3, 7. 3, 9. num 1, 15. ponis domum? 3, 9. parcas mihi 1, 22
 Quæstio posita 3, 14
 Quæstus impudentiæ, stultitia 1, 14. genus 4, 21. quæstus *plur.* 3, 20
 Qualis videtur tibi? 1, 11. quale in te dicam bonum fuisse 3, 1. quale caput, talis sapor 3, 4
 Quam tarda es 3, 6. utilis sis 4, 3. non sit conveniens 4, 19
 Quamlibet lambe otio 1, 25
 Quamvis 3, *prol.* 4, 10. 4, 24. 4, 25. sublimes 1, 28
 Quando 3, 4
 Quandoquidem 3, 10
 Quantus honos 4, 24. quanta pernicies 1, 30. res 1, 12. species 1, 7. utilitas 4, 1. quantiæ dementiæ putatis 1, 14. quantum decoris geris 1, 13. laboris 2, 8. lætus habuerit 1, 12. mali 2, 4. valerent litteræ 4, 24. quanto validius 5, 5. facilius 3, 7. iustius 4, 25. quantis viribus fugias 5, 2
 Quapropter 3, 6. 3, 13
 Quare 1, 31. 3, 17. 5, *prol.* 5, 5
 Quarta pars 1, 5. quartus libellus 5, *prol.*

Quasi 5, *prol.* delirus 3, 14. inventuri 3, 2
 Quassare fulmen 4, 17
 Quavis 5, 3
 Quercus alta 3, 13. media, ima, sublimis 2, 4. placet Jovi 3, 17
 Quercum evertere 2, 4
 Querela 1, 6. 1, 9. convenit 5, 6. querelam submovere 2, *epil.* ad querelam recidere 3, 18
 Queri 1, 1. 1, 2. de fortunis suis 4, 16. sensim, *ibid.*
 Questus vanus 1, 9
 Qui nunc demum intelligo 1, 12. qua res 4, 7. qua visum est 3, 8. quæ jaces 4, 1. quo factò 5, 5. qui, *pro quomodo* 1, 1
 Quia 1, 2. jam 1, 8
 Quicumque 1, 10. 1, 21. 2, *prol.* 4, 15. quodcunque fuerit 3, *prol.* quodcunque est lucri 5, 6
 Quicquid 2, 6. 4, 20. 5, *prol.* quicquam 2, 8. 3, 12. 4, 19
 Quidam è turba 3, 19. quidam alii 5, 7. quendam 2, 2
 Quidnam 5, *prol.*
 Quidem 2, 8. 4, 12
 Quietis gratias agere 2, 8. quietus gradus 2, 7
 Quiescere 3, 7
 Quin etiam 5, 1
 Quinam 5, 1
 Quippe 1, 28. 3, 2
 Quis non, aut quis 3, 13. quis *pro* quibus 5, 1. quid ita cessarunt pedes 1, 9. quid credis accidere 3, *prol.* faciam tibi 4, 6. tibi videtur 4, 6. boni 2, 5. horum simile 4, 23. lucrum 4, 19. multa 2, 4. 3, 3. enim 3, 8. ita 1, 9. tu cum lumine 3, 19. quidnam fecissent 3, 20. ille audet venire 5, 1. futurum
Z est,

I N D E X.

est, si 1, 6. saperet 3, 4. voluisti tibi 2, 8
 Quisque 3, 7. 4, 21. 5, 5. sua 1, 26. sua cuique cogitatio 5, *prol.*
 Quo mi, si 3, 18. quo venis 4, 23. quo melius 1, 18. quo abire 3, 7. quo plus 4, 25. quo facilius 4, 21
 Quod implicuerit error 3, 10. bona possideat, *ibid.*
 Quodcumque fuerit 3, *prol.*
 Quondam 1, 6. 1, 28. 4, 25
 Quoniam 1, 2. 1, 8. 2, *epil.* 3, *prol.* 3, 10. 5, *prol.*
 Quoque 1, 2. 1, 19. 1, 20. 2, 4. 2, 8. 3, 26. 4, 6
 Quot res 4, 10
 Quotidie 2, 4. 3, 8. 4, 25. quovis pignore 4, 21
 Quum jam 4, 25. voles 3, 14. repente quum 4, 24

R.

RAdix, à radicibus 3, 10
 Ramosa cornua 1, 12
 Ramus cavus 3, 16. ramis desidere 2, 4
 Rana 1, 24. 1, 30. ranæ clamant 1, 6. regem petunt 1, 2
 Rapere 4, 21. atque abire 1, 16. caseum dentibus 1, 13. divitias 5, 4. facem 1, 28. nec opinum 1, 9. porcellos sui 2, 4. prædam 2, 6. ad se 3, *prol.* rapi a corcodillis 1, 25. rapitur pecunia 5, 7
 Rapinam vitans 2, 4
 Raptor 1, 31
 Rara fides 3, 9. mens *prol.* 4
 Ratio certa 5, *prol.* quæ ratio creasset tribadas 4, 14. quam ratione 4, 4
 Ratis 4, 6
 Receptus cælo 4, 11. recepti cavis 4, 5

Recidere ad querelam 3, 18
 Recipere corpus lecto 1, 18. ad se 4, 21. recipit me domus 4, 23. recipi in cœtum 3, *prol.*
 Reclamare 4, 17
 Recolere locum 1, 18
 Recte loqui 4, 12
 Rectus, recta per forum 3, 19. petens cubiculum 3, 10
 Recumbere 4, 24
 Recusare 3, 13. damnum 3, 2. fidem 3, 13
 Reddere iudicium 3, *prol.* jura 4, 12. pactum 4, 24. tempora amicis 3, *prol.* reddere præmium 4, 25. reddidi, quod debui 5, *prol.*
 Redire 1, 3. 4, 24. a cœna 2, 8. ad cogitandum 3, 14. ad splendorem 3, 12. in gratiam secum 5, 3. recta per forum 3, 19. ad hostem 4, 3
 Reducere quem in scenam 5, 7
 Refelli 4, 20
 Referre auctoritatem 4, 24. fabellam 1, 2. pedem retro 2, 1. ad animum 3, 19. de quo retuli 4, 24. referri domum 5, 7. par solet gratia 3, 2. quid refert mea 1, 15
 Reficere vires 3, 2. refecta 4, 18
 Regales opes 1, 27
 Regia 4, 17
 Regnare nolo liber ut non sim mihi 3, 7
 Regnum adipisci 1, 31. nemoris 1, 30. Pelia 4, 6
 Rejecta penula 5, 2. rejicere improbum 2, 1
 Relaxare animum 3, *prol.*
 Religio 4, 10. iudicis 3, 13. sancta 1, 27. quod religio patitur 4, 25
 Relinquere 3, *pr.* filias 4, 4. nudos 4, 21. Reli-

Reliqui
 qua
 Reliqui
 Reliqui
 qua
 Reme
 Reme
 3, A
 Repel
 Repen
 Repen
 17.
 cal
 Reper
 10.
 10.
 rian
 turb
 repe
 Repete
 repe
 Replen
 esca
 Repos
 Repra
 Repreh
 Reprin
 Repud
 Repuls
 Requir
 qui
 Res cib
 min
prol.
 parv
 utra
 biun
 16.
 4, 2
 res 1
 25.
 23.
 castic
 res 1

I N D E X.

Reliquiæ 1, 22. 3, 1. 5, 4. ali-
quæ 4, 25
Reliquis frui 1, 22
Reliquus, reliqua pars 4, 24. reli-
quæ 1, 31. 3, 4
Remedium morfus 2, 3
Remedio aliquo dolorem delenire
3, *prol.*
Repelli veritatis viribus 1, 1
Rependere alicui gratiam *prol.* 2
Repente 4, 10. 5, 5. cacare 4,
17. liberalis 1, 23. quum 4, 24.
calvus factus 2, 2
Reperire 4, 4. argumentum 4,
10. effugium 4, 8. fontem 3,
10. margaritam 3, 12. mate-
riam 1, *prol.* servitutum 4, 3.
turbam 5, 4. utilitatem *prol.* 4.
reperit 4, 24. repertum 5, 5
Repetere acclamationem 5, 1.
repetitur canticum 5, 7
Replere anum odore 4, 17. se-
esca 2, 4. repleta pera vitis 4, 9
Reposcere locum 1, 19
Repræsentare pœnam 3, 10
Reprehendere elapsum 5, 8
Reprimere iram 1, 29
Repudiare officium 1, 29
Repulsus, repulsam sentire 1, 3
Requirere 1, 16. auxilia 1, 31.
qui sint 4, 25
Res cibi 4, 7. domini 1, 23. fœ-
minarum 3, 8. domestica 3,
prol. gravisibid. narrata 4, 24.
parvæ 4, 4. secunda, dubia 5, 2.
utraq; 3, 10. venit in du-
bium 3, 13. rem expedite 1,
16. intelligere 2, 5. peragere
4, 25. re commendari *prol.* 2.
res manifestæ 5, 5. multæ 4,
25. novæ 5, *prol.* optimæ 4,
23. pretiosa 4, 21. rerum oc-
casio 5, 8. varietas 4, 25. 5, 5.
res notuit 5, 7

Res hæc avaris esse conveniens po-
test 1, 27
Residens arbore 1, 13
Resides 5, 1
Residuum opus 4, 25
Resistere 3, 7. ad fontem 1, 12.
restitit 3, 14
Resonat domus apparatu 4, 24
Respectus fabulæ 5, 4
Respicens nihil 3, 10
Respondere 1, 1. 1, 22. 2, 8. 3, 3.
3, 6. 4, 4. 4, 18. 5, 1. 5, 3.
clementer 4, 19. respondent
citati 4, 17
Responsum 4, 20
Restituere fructum 3, 13
Retensus arcus 3, 14
Retenta cornua 1, 12
Retorridus mus 4, 1
Retro referre pedem 2, 1
Retundere superbiam 4, 23
Revertier 4, 17. domum 4, 14.
revertor hostis 3, 2
Revocare 1, 26
Reus confessus 4, 25
Rex Dardaniæ 3, *prol.* ferarum
4, 12. verbis 1, 14. rege ex-
plorato 1, 2. regis officium 4,
17. in capite, musca sedet 4,
23. est, dimittere legatos 4,
17. regem creare 1, 31
Ridere 1, 2. delirum 3, 14
Ridicule magis quam vere 3, 4
Rigens gelu colubra 4, 18
Rilus levis 1, 29. magnus 5, 7.
movere *prol.* 1
Rivus 1, 1
Rodere *de muribus* 1, 22
Rogare aditum 4, 17. victum 4,
21. rogare 4, 8. 4, 14. cau-
sam 4, 18. coronam 5, 7. mo-
dium tritici quem 1, 16. pro
vita 3, 2. regem 1, 2. ut depo-
neret 1, 19. rogatus 4, 4. 3, 20.

I N D E X.

rogata ut taceret 3, 16
 Roma 1, 3, 2, 5, 3, 10. incolu-
 mis 5, 7
 Rosttrum apri 1, 29. ciconiæ 1, 26
 Rudis mulier 2, 2
 Ruere 2, 6. certatim 5, 1. ruit
 Ilium 3, 10
 Rugosam inflare pellem 1, 24
 Ruina camatæ 4, 24. ruina
 metuens 2, 4
 Rumor dispersus 5, 5. fremit 5,
 7. implet Athenas 4, 4. pro-
 dit legatos 4, 17
 Rumpere arcum 3, 14. rupti pe-
 riere 1, 20
 Rupto corpore jacere 1, 24
 Rursus 1, 24. 2, 8. 3, 16. 4, 17
 Rusticus 3, 3, 5, 5. rustici 2, 8.
 rustica lanifica 4, 4. rustica
formica 4, 23

S.

Sacci tumentes 2, 7
 Sacrilegio onustus 4, 10
 Sacrum 4, 10
 Sæpe 1, 12. 1, 31. 3, 5. 3, 8.
 4, 1. 4, 20. 4, 21. 4, 25
 Sævire irato impetu 3, 2
 Sævum ingenium 4, 6. sævi mor-
 sus 1, 11. unguis 1, 31. sævæ
 tempestates 4, 16
 Sal urbanus 5, 5
 Saliens summis viribus 4, 2
 Saltans Bathyllus 5, 7
 Saltem 5, 2
 Saltus velox 3, 2
 Saltus 1, 5
 Salve frater 1, 29
 Salus, pro salute votum 5, 4
 Salutantes invicem 3, 7
 Salvus Princeps 5, 7. salvum te
 cupimus 2, 8
 Sanctus Hercules 5, 4. sancta
 Mnemosyne 3, *prol.* religio 1,

27. uxor 3, 10. sancta jura 4,
 12. sanctissimus vir 5, 5
 Sane 2, 7. 3, 15, 4, 23. *leve
 prol.* 4
 Sanguis humanus 5, 3. ignavus
 1, 29. sanguinis damnus 1, 28
 Sanitas constat 4, 25. ad sanita-
 tem venit curatio 5, 7
 Sapere 3, 4. putantur 4, 6
 Sapiens 3, 14. Minerva 3, 17
 Sapientia prævalet virtute 1, 13
 Sapor 3, 4. mellis 3, 13
 Sarcina prolapsa 3, 15. sarcinas
 bajulare 3, 20. sarcinis gravati
 2, 7
 Satiari 1, 26. cibo 3, 7. satiatur
 voluptas 4, 8
 Satis materiæ 5, *prol.* retundere
 4, 23
 Sator hominum 3, 17
 Saxo petere 3, 2. saxa movere
 cantu 3, *prol.*
 Saxi onerare 3, 2
 Scandere ad nidum 2, 4
 Scelestus 4, 10. scelesta malitia
 2, 4
 Scelus Medæ 4, 6 funestum 3, 10
 Scelera puniuntur factorum dicto
 tempore 4, 10
 Scena 5, 5. in scena operam dare
 cui 5, 7
 Schola *prol.* 3
 Scilicet 5, 5
 Sciens parco 4, 25. scio 3, 6. quod
 sit 5, 2. unde 3, 15. scierunt
 4, 24. scito 5, *prol.* scierint 2,
 3. scisset 3, 15. scirent 2, *epil.*
 Scopulum super 2, 6
 Scribere 4, 25. laudem 4, 24. me-
 los 4, 21. scribendi causa 5,
prol. scriptum est tibi 4, 22
 Scripta cujus desstringere 4, 6. hæc
 propter illos scripta est homi-
 nes fab. 1, 1. cur scripserim 5, 10
 Scri-

Scrip
 Scru
 Secur
 Scyp
 Scy
 Secre
 cr
 Secul
 Secur
 5,
 Secur
 rit
 m
 Sed,
 Sedan
 Sedes
 Seduc
 Sedul
 Segni
 Segre
 Sejan
 Sella
 Semel
 de
 Semi
 Semif
 Semie
 Semp
 5,
 Senar
 Senec
 Senex
 4,
 tran
 Senio
 Senfun
 Senfus
 4,
 ti 4
 sens
 Sente
 25,
 can

I N D E X.

- Scriptor Menander 5, 1
 Scrutari escam 4, 17. singula 2, 8
 Scurra 5, 5
 Scyphum poscere 1, 14
 Seytha Anacharsis 3, *prol.*
 Secretum 3, 10. petere 4, 24. secreta latibula 1, 30
 Seculum nostrum 5, *prol.*
 Secundi status 4, 16. secundæ res 5, 2. pars 1, 5. secundo 4, 10
 Securus 3, 20. inridet mala alterius 1, 9. securi abeunt domum 3, 2
 Sed, odore, sed multo 4, 17
 Sedare pulverem 2, 5. sitim 4, 3.
 Sedes nostræ 1, 3
 Sedeo sella 3, 6. spectaturus 5, 5
 judex 1, 10. in temone 3, 6
 Seductus in secretum 3, 10
 Sedula mater 4, 4
 Segnis mora 5, 8
 Segregatæ oves 3, 15
 Sejanus 3, *prol.*
 Sella prima 3, 6
 Semel elapsus 5, 8. qui turpi fraude innotuit 1, 10
 Semianimus 1, 9
 Semisomnum cor 4, 14
 Semita cujus facere viam 3, *prol.*
 Semper 1, 13. 1, 16. 3, 14. 4, 1. 5, 4. 5, 10
 Senarii versus *prol.* 1
 Senectæ debilis 4, 1
 Senex 1, 15. 2, *prol.* 3, 3. 3, 19. 4, 4. 4, 14. derisor 3, 14. latrans 5, 10
 Senio debilis 4, 25
 Sensum queri 4, 16
 Sensus, si quis sensus Manibus 4, 4. communis 1, 7. testamenti 4, 4. varietas delectat 2, *prol.* sensus perturbati 2, 4
 Sententiam dicere 1, 10. legere 4, 25. sustulit 3, 13. sententia cantici 5, 7. varia 3, 3. *pro-*
 banda 4, 12. stulta 3, 10
 Sentire 2, 8. 3, 10. fabulas 2, *epil.* nil 3, 10. quid 3, 14. repulsam 1, 3. tonsum 3, 10. vim carminis 3, *prol.* sensit profecto 3, 19. sentiat, quos attentariit 5, 2. iratum 4, 24
 Separatim 4, 14
 Separatus, separata statio 1, 30
 Seponere vellem 4, 4
 Sequi signum 4, 5. secuti aliquot 4, 1
 Sequi quieto & placido gradu 2, 7. otium 5, 1. me sequetur tertia 1, 5
 Sera poenitentia 1, 13
 Serena facies 4, 16
 ab sermone cognitus 4, 21
 Sero 4, 14
 Servare diligentius ætatem 3, 10. morem lenis *prol.* 2. propositum *prol.* 2
 Servire cui 1, 15. sibi 1, 22
 Servitus obnoxia 3, *prol.* tristis 1, 2. servitum reperire 4, 3
 Servulus 4, 24
 Servus 2, *epil.*
 Sestertia centena 4, 4
 Setosus 2, 4
 Severitas frontis 4, 6
 Si non 3, 10. si non, certe 5, 5. si vero 2, 6. si maneret sensus 4, 4. si quis 3, *prol.* 4, 25. 5, *prol.* pulchre vides 4, 19. tamen possum 2, 5
 Sibi. *vide sui*
 Sic est locutus 4, 17. rependet gratiam brevitatis *prol.* 2. fatis placet 4, 19. profecturus 3, 5. valeas ut es 4, 1
 Sic locutus traditur 4, 3
 Sicubi 5, *prol.*
 Siculum mare 2, 5
 Sidera Ledæ 4, 24. ad sidera
 Z 3 101

I N D E X.

tollere clamorem 1, 6
 Significare 4, 10. 5, 8. fabula significat 2, 8. significari prodigio 3, 3
 Signum conspicuum 4, 5
 Silentium facit expectatio 5, 5
 Silentio quid præterire 3, 13
 Silere 4, 23
 Silva excipit feram 1, 12. silvas petere 2, 1. in silvis 3, 7
 Similis gloria 4, 24. gyrus 4, 25. tui 5, *prol.* tibi 4, 19. tibi ego 1, 29. simili modo querere 1, 24. simili jure mulcare 1, 26. querela 1, 9. metu 1, 11. simile aliquid 4, 17. horum 4, 23. similes habitu 4, 15. similibus imitatus 5, 5
 Similiter 3, 5. 4, 1
 Simius, iudex 1, 10. & Ianius 3, 3
 Simonides 4, 21. 4, 24
 Simples 3, 10
 Simpliciter 3, 7
 Simul 1, 11. 1, 22. 2, 6. 3, 10. 4, 14. 4, 21. 5, 5. 3, 14. 4, 4. 4, 8. 4, 9. 4, 11. adicere 5, 7. adspexit 3, 10. 4, 19. advenit 5, 7. cognovit 3, 16. delinquant 4, 9. exieris 2, 4
 Simulac 3, 18. 4, 8
 Simul & 3, 10. 4, 21
 Simulacrum 1, 4
 Simulans 1, 14, 5, 5. pavorem 2, 4. iter ad villam 3, 10
 Sin autem 2, *epil.* autem minus 3, *prol.*
 Sinceritas 4, 10
 Sincerus, sincera integritas 4, 25. sincerum iudicium 3, *prol.*
 Sine labore 3, 7. mercede *prol.* virtute 3, 6
 Sinere dormire 3, 16. frui 4, 15
 Singuli 1, 8. singulis dare destinata 4, 4. singulos illicere prelio 1, 8. notare 3, *prol.* singu-

la 1, 2. 1, 31. 4, 4. horæ 3, 15. singula 2, 8
 Sinistra natura 2, *epil.* tibia 5, 7
 Si non 3, *prol.*
 Sinus Ponti 4, 6. in sinum demittere caput 5, 5. sinu fovere quid 4, 18. sinu proferre quid 5, 5
 Sitiens hircus 4, 8
 Sitim sedare 4, 3. siti ardere 3, 16. siti compulsus 1, 1
 Sive 4, 20
 Smaragdi nitor 3, 18
 Societas fidelis nunquam 1, 5
 Socios esse cum aliquo 1, 5
 Socrates 3, 9
 Sol uxorem ducit 1, 6. sole medio 3, 19
 Solatium mortis 1, 9
 Solemnis gloria 3, *prol.*
 Solet agi 4, 12. fieri 3, 9. referri 3, 2. solent labi 5, 5. mendaces luere pœnas maleficii 1, 17
 Solebant 3, 20. 5, 7. nisi soleres 2, 1
 Solertia hominis 4, 4. docilis 1, 28
 Sollicitum ævum 1, 31
 Solidum decus 4, 23
 Solitus de re 5, 7. sedare 4, 3. querere 3, 16
 Solvere errorem 4, 4. frenum 1, 2. quod non debebat 1, 17
 Solus 2, *epil.* 5, 5. familia 3, 19. sola improbitas 1, 5
 Solutus catena 3, 7. solum peccatus 3, *prol.*
 Somnus iners 3, *prol.* primus 3, 10. somnum capere 3, 16. somno catere 4, 19
 Sonare cithara 3, 16
 Sonipes itatus 4, 3
 Sonus 1, 2. 3, 18. citharæ 4, 19
 Sophus 3, 14. 4, 16. victor 3, 14
 Sopita somnus 3, 10

Sor-

Sorb
 Sord
 Spar
 Spa
 Spec
 m
 Spect
 Spect
 Spect
 Spelu
 Spira
 Sperr
 Spes
 fal
 Spirit
 tin
 ner
 I,
 4,
 Splen
 Splen
 Spolia
 spo
 Spon
 Spon
 Spum
 Stagn
 Stare
 I,
 pati
 Statim
 mu
 Statio
 Statur
 Sterco
 2,
 4,
 Sterile
 Sterqu
 Stram
 Strigan
 String
 5, 2

I N D E X.

Sorbitio liquida 1, 26
 Sordidum perjurium 4, 19
 Spargere odorem 3, 1. sparsi pul-
 vere 4, 24
 Spatium dici 2, 8
 Species non habet cerebrum 1, 7.
 mura 3, 18
 Spectaculi genus 5, 5
 Spectatorum mos 5, 7
 Speculum 3, 8. lympharum 1, 4
 Spectus alvi 4, 5
 Spelunca draconis 4, 19
 Sperare 3, 10
 Spernat nil auris 3, 10
 Spes deluditur 3, 18. deludit 5, 6.
 fallit quem 3, 5
 Spiritus 2, 8. miser 4, 19. con-
 tinetur 4, 25. spiritum susti-
 nere 3, 2. extremum trahere
 1, 21. spiritu luere culpam
 4, 10
 Splendor convivium 4, 24
 Splendor maximus 3, 12
 Spoliantur viri à feminis 2, 2
 spoliatus 2, 7
 Sponsor lupus 1, 16. sponte 3, 15
 Sponsus improbus 1, 16
 Spumantia frena 3, 6
 Stagnum 1, 2. incola 1, 6
 Stare super 1, 27. 2, 1. superiorem
 1, 1. pro iudicio 5, 5. stant
 patroni 3, 10. stans 3, 3
 Statim adire 4, 17. credere 3, 10.
 mutatus 5, 1. professus 5, 5
 Statio 1, 30
 Statuam ponere 2, *epil.*
 Stercore educatus 1, 27. pasci 4,
 23. in stercore scrutari escam
 4, 17
 Steriles, arbores 3, 17
 Sterquilinum 3, 12
 Sacramenta 2, 8
 Strigandum 3, 6
 Stringere ferrum 3, 10. gladium
 5, 2

Strophæ verbo 3, 14
 Student dici locupletes 1, 27.
 Studere, *operam dare*, *Epil.* 2
 Studiose congerere 4, 23
 Studium *Epil.* 2. 3, *prol.* litera-
 rum 4, 21
 Stulte 3, 11. 3, 15. nudare ani-
 mi conscientiam 3, *prol.*
 Stultitia quæstus impudentiæ 1,
 14
 Stultus 1, 13. error 5, 7. stulta
 4, 7. credulitas 2, 4. gloria 3,
 17. levitas 5, 7. sententia 3,
 10. stultum consilium 1, 20.
 stultum est, sibi non cavere 1, 9.
 stultum existimare 4, 25. stul-
 ti 4, 6. risum capiunt 1, 29.
 stultis gratias 1, 23
 Stupor corvi 1, 13. vulgi 1, 14
 Stuprum turpe 3, 10
 Stylus *Æsopi* 3, *prol.*
 Suadere 2, 6. alicui fugere 1, 15
 Suavis anima 3, 1. suaves argutiæ
 5, 5
 Sub conditione 4, 4. illis necius
 uilitas *prol.* 4. tecto 3, 7
 Subelamare feliciter 5, 1
 Subdola verba 1, 13
 Subesse pallio 5, 5
 Subjecti versus 1, 19
 Subinde 2, 8. 1, 11. 1, 12. 1, 27
 Subito 1, 2. advolare ex insidiis
 2, 5. concupiscere 1, 27. con-
 sistere 4, 4. intrare 3, 10. mu-
 tati 4, 16. opprimere 4, 24.
 est factus fragor 4, 17. invita-
 tus 4, 14
 Subitus clamor 1, 15. benignitas
 1, 23
 Sublatus inter manus 5, 7
 Sublime 2, 6. sublimis quercus
 2, 4. sublimes *opp.* humilibus
 1, 28
 Submovere querelam 2, *epil.*
 Z 4 Sub-

I N D E X.

Subripuisse 1, 10. subripi 4, 10
 Subscribere gratiæ, odio 3, 10
 Subsidere 3, 10
 Subsidiu vitæ 4, 21
 Subtiliter limare 3, 10
 Successus improborum plures al-
 licit 2, 3. ad perniciem devo-
 cat 3, 5
 Succumbere 3, 14
 Succurere ad afflictis 1, 2
 Sudor multus 4, 24
 Suffici heredem 3, 10
 Sui, sibi molesta 2, 5. servire 1,
 22. timentes 3, 2. non cavere
 1, 9. ad se 4, 22. in se divitiis
 habet, *ibid.*
 Sumere sibi 4, 19. nihil 4, 21.
 steriles arbores 3, 17. uvam 4, 2.
 quid per se 2, 1
 Summus Jupiter 4, 19. mons 2,
 5. summa quæcunque 4, 4.
 summis viribus salire 4, 2
 Super 1, 27. 3, 11. juvenum
 stat leo 2, 1. super scopulum
 quid inlidere 2, 6
 Superba 4, 23. domus 4, 6
 Superbiæ peena 3, 16. superbiam
 retundere 4, 23. superbia inani-
 tumere 1, 3
 Superbiens honore 5, 7
 Superesse 2, *epil.* 4, 25. 5, 5
 Superi 4, 24. superum voluntas
 5, 6. superos fraudare 4, 19.
 superior stare 1, 1. superio-
 res legati 4, 17. superius 4, 24
 Supplex 1, 28. 2, 8. supplici ve-
 niam dare 1, 22
 Suppositum speculum 3, 8
 Supra 1, 2. formam humanam
 4, 24
 Sus hispidus 5, 10. nemoricul-
 trix 2, 4. fetosa, *ibid.*
 Suscitare clamores 5, 5
 Suspendere peram 4, 9. suspensus
 pes 2, 4

Suspicio deprimit infontem 3, 10.
 suspicione errare 3, *prol.*
 Sustinere 4, 15. impetum 3, 10.
 jocos 3, 8. libellum 4, 6. ma-
 lum 1, 2. notam 1, 3. pau-
 pertatem 4, 21. spiritum 3, 2
 Sustulit 1, 28. sententiam 3, 13
 Sutor malus 1, 14
 Sua cuique cogitatio 5, *prol.* su-
 spicio 3, *prol.* cum suis 2, 4.
 suos contemnens 1, 3. esse di-
 cit 3, 13. eripere 1, 28. suis
 in rebus videre plurimum 2, 8.
 sua exempla pati 1, 26

T.

TAbula naufragorum 4, 21
 Tabernæ 4, 5
 Tacere 3, 16. tace 5, 9
 Tacite gemere 5, 1. proferre ca-
 put 1, 2
 Tacitum cor 5, *prol.*
 Talis dolus 1, 31. modus 4, 4.
 vir 3, 9. effigies 5, 8. fabella 1,
 2, 4, 23. sententia 3, 13. tale
 exemplum 5, *prol.* præmium
 2, 3. commercium 4, 10. ta-
 les reliquæ 2, 1
 Tamen 2, *epil.* 3, *prol.* 3, 10. 3, 15.
 4, 15. 4, 10. 4, 20
 Tandem 1, 8. 3, 19
 Tangere rem 1, 5. 3, 8. uvam
 4, 2. tangi invidia 1, 23. ma-
 nibus 3, *prol.*
 Tantius dux 2, 5. tanta bonitas
 4, 8. copia 4, 25. magnitudo
 1, 24. mala 3, *prol.* quod tan-
 tum præmium? 4, 19. cor-
 poris 3, 7. tanti non est in-
 genium tuum *prol.* 3. tanto me-
 lior 3, 5. tanto iustius, quanto
 5, 5. tantum luctum 1, 28
 Tantum 3, 2
 Tantummodo 5, 7.
 Tartareus specus 4, 5

Tau-

Tau
 1
 Teg
 Tec
 Tela
 Tem
 Tem
 Tem
 ra
 Tem
 4
 Tem
 Tem
 ta
 ve
 ter
 tic
 Tem
 Tend
 Tens
 Tene
 bri
 ren
 Tene
 Tene
 I,
 3
 me
 fio
 Tenta
 qua
 Tenui
 Tenui
 ta 2
 Tergu
 Tergu
 Termi
 nere
 Terrar
 in to
 Terren
 ritu
 Terror
 Tertia

I N D E X.

- Taurus 5, 9. infestis cornibus
 1, 21. taurorum pugna 1, 30
 Tegit pudor hoc 4, 23
 Tectum hominum 2, 8
 Tela jacere 4, 3
 Temeritas paucis bono 5, 4
 Temo 3, 6
 Temperare jugum 3, 6. temperatae argutiae 5, 5
 Tempestas horrida, saeva 4, 16. 4, 21
 Templa perlustrare 4, 23
 Tempus 5, 8. fatorum 4, 10. vitae 4, 17. adversum 2, 8. breve exorare 1, 19. longum 4, 4. tempore 4, 25. temporis dilatio 4, 25
 Tempora amicis reddere 3, *prol.*
 Tendere dolos 1, 23
 Tensus arcus 3, 14
 Tenebras dispellere 3, 10. in tenebris 3, 10. 4, 19. victum quaerere 3, 16
 Tener grex 2, 4
 Tenere alienum 4, 4. cibum ore 1, 4. aliquem 2, 2. impetus 3, *prol.* quem 5, 8. tener favor mentes 5, 5. tenenda est occasio 5, 8
 Tentare an 1, 23. caput 3, 10. si qua res esset 4, 7
 Tenuis cibus 4, 12
 Tenuitas nimia crurum 1, 12. tuta 2, 7
 Tergum, post tergum 4, 9
 Tergus divisum 2, 1
 Terminum habere 5, *prol.* proponere, excedere 4, 25
 Terram eruere 4, 19. fodere 2, 4. in terris 4, 22
 Terrere 1, 2. bestias 1, 11. ter-ritus clamore 1, 15
 Terror offusus 2, 4
 Tertia pars 1, 5. tertius liber 3, *pr.*
 Testa nobilis 3, 1
 Testamenti sensus 4, 4
 Testari 1, 5
 Testimonium falsum 1, 17
 Testis 3, *prol.* citatus 1, 17. testes integritatis 3, 11
 Testudo 2, 6
 Theatrum 5, 5. in theatro rumor 5, 7
 Thesaurus, invenire 1, 27. abditus 4, 19. pro thesauro carbonem 5, 6
 Thessala securis 4, 6
 Threista gens 3, *prol.*
 Thure superos fraudare 4, 19
 Tiberius Caesar 2, 5
 Tibia sinistra 5, 7. tibiae dextrae *ibid.* tibiatarum jocunditas 4, 19
 Tibicen 5, 7
 Tigillum parvum 1, 2
 Tignum 1, 2
 Timere 1, 1. 3, 6. sibi 3, 2. ne 4, 17. timentes concacant, *ibid.* timere absistite 3, 2
 Timidus senex 1, 15. comes 5, 2
 Timor caecus 2, 8. timore mortis confessus 1, 14. complere locum 2, 4. timorem ponere 1, 2
 Tinctus panis cruore 2, 3
 Tintinnabulum collo jactans 2, 7
 Titubans pes 4, 14
 Titulus 5, *prol.*
 Toga pura 3, 10
 Tollere aranea 2, 8. clamorem 1, 11. clamorem ad sidera 1, 6
 Tollere audacter 2, 1. praedam 2, 8. primam partem 1, 5. sententiam 3, 13. testudinem 2, 6. pennas quae pavoni deciderant 1, 3
 Tonans Jupiter 3, *prol.*
 Tonitrua devoluta 5, 7
 Tonsum caput 3, 10
 Torquere fame quem 1, 26. spi-ritum

I N D E X.

ritum 4, 19. se diu 3, 14
 Totum se prosternere 5, 7. toto die 2, 4. 4, 14. totam fortunam 4, 4. regiam concaere 4, 17. prædam 1, 5. arborem 1, 29. tota vita 4, 16. totis naribus 3, 1. viribus 1, 11
 Toxicum 1, 14
 Tradere 1, 28. domum 4, 4. sese milvio 1, 31. famæ 5, *prol.* memoriæ 4, 24. posteris 4, 4. traditum est 1, 25
 Tragica persona 1, 7
 Trahere adfinitatem 4, 13. odorem 3, 1. spiritum extremum 1, 21. vitam 3, 7. vitam luxu 4, 4
 Transferre affectus in fabellas 3, *prol.* verba cuius in chartas suas 5, *prol.*
 Transigere pectus 3, 10
 Transire 2, 8. transeunt menses 5, 7
 Translativus mos 5, 7
 Tremunt omnia 4, 17
 Trepidare 3, 16. 4, 5
 Trepide concursans 2, 5
 Tres filias 3, 4
 Tribades 4, 14
 Tribuere cantus 3, 18. honorem, gloriam 1, 7. partem 1, 5. tribuitur gloria 2, *epil.* litteris honos 4, 24
 Tribuere mortuus, quod vivus negaras 3, 16
 Triclinium 4, 24
 Tristis eventus 4, 5. nex 2, 6. nota 1, 3. servitus 1, 2. vita 3, 20. audis sonum citharæ 4, 19. tristem vicem fortunæ gemere 5, 1
 Tritici modus 1, 16
 Trivium 5, 6. trivio conceptus 1, 27

Trucidare pecus 3, 2
 Trudi foras 5, 5
 Trufitare 2, 7
 Tu, tu 3, 8. tibi dico 4, 19
 Tueri domum à furibus 3, 7. causam alicujus 3, 10
 Tugurium canis 1, 19
 Tum 1, 2. demum 1, 13. vero 4, 17. gubernator 4, 16
 Tumere superbia inani 1, 3. tumentes sacci hordeo 2, 7
 Tunc contra 1, 2
 Tunc 5, 2. illa 5, 3
 Tunica destrieta ab humeris 2, 5. nivea 5, 7
 Turba 1, 19. 3, 19. 4, 4. puerorum 3, 14. major 5, 4. 5, 5. media 4, 4. turbam deficiunt loca 5, 5. petulans 1, 2
 Turbare bestias miraculo 1, 11. vadum 4, 3. turbati 4, 17
 Turbulenta aqua 1, 1
 Turpis error 5, 5. fimus 4, 17. facies 3, 4. fraus 1, 10. turpe aliquid 4, 17. stuprum 3, 10. homini, pati quod meruit 3, 11. turpissima filia 3, 8. & 4, 4. turpes pœnæ 1, 13
 Turpiter derideri 1, 25
 Tuscan mare 2, 5
 Tutandum se committere 1, 31
 Tutela, in tutela esse 3, 17
 Tutus naturæ munere 2, 6. tuta navis 4, 16. tenuitas 2, 7. tutum cavum 2, 4. turæ abinjuria 1, 31. tuta loca 1, 28
 Tympana gallorum 3, 20
 Tyrannus 1, 2. 5, 1

V.

VAcare uxori 3, *prol.* à negotiis, *ibid.*
 Vacca 1, 5
 Vacive perlegere 5, *prol.*
 Vacua

Vacu
 Vade
 Vadu
 Vaga
 3
 Valet
 ad
 13
 Valid
 5
 3
 Vanu
 van
 nef
 3
 Variet
prol.
 Varii
 3
 Vastar
 Vastri
 Vates
 Ubera
 Ubi 1
 acco
 Ubi p
 latu
 16
 Vecto
 Vehen
 Vel 5
 Velle
 3, 1
 mes
 invi
prol.
 volo
 1, 2
 uti f
 gred
 volu
 3, 1
 me e
 adju

I N D E X.

- Vacua loca 5, 5
 Vadere foras 4, 17
 Vadum 1, 2, 4, 3. clausum 4, 8.
 Vagantes paludibus 1, 2. vagari
 3, 7
 Valere quantum 4, 24. plus 1, 5.
 adsequi 4, 1. valet ingenium 1,
 13. sic valeas, ut 4, 1
 Validius flagitare 1, 19. molesti
 5, 5. inflare 1, 24. clamare
 3, 16. laborare 3, 11
 Vanus animus 5, 7. quæstus 1, 9.
 vana gloria 4, 15. vatium be-
 neficium 1, 22. vanæ minæ
 3, 6
 Varietas copiosa 5, 5. delectat
prol. 2. distinguit quem 4, 25
 Varii modi 4, 6. variæ sententiæ
 3, 3
 Vastans cuncta 3, 2
 Vasti corporis cervus 1, 5
 Vates 4, 24
 Uber admotum 3, 15
 Ubi 1, 30. 2, 4. 4, 14. 5, 1. 5, 7.
 accenderet 3, 19
 Ubi pernicitas nota 1, 9. immo-
 latur 4, 23. requiram vos? 1,
 16. strigandum, scio 3, 6
 Vectorum lachrimæ 4, 16
 Vehemens canis 2, 3
 Vel 5, 3
 Velle demonstrare 5, 15. dicere
 3, 1. ducere uxorem 1, 6. co-
 melle 1, 13. consequi 4, 12.
 invitare 4, 24. obrectare 5,
prol. esse 3, 17. mentiri 1, 29.
 volo emendare 2, 5. imitari
 1, 24. refelli quem 4, 20. vos
 uti speculo 3, 8. non vis pro-
 gredi? 3, 6. voluit venire 4, 21.
 voluisses pati 1, 3. quum voles
 3, 14. velim accipias 2, *prol.*
 me excusatum 3, *prol.* vellem
 adiuvises 5, 2. narrant quif-
- que quod voluerit 3, 17. vis 1
 23. vult 1, 13. 2, 4. volebat
 3, *prol.* volunt 2, 2. voluisti
 5, 3. voluit 1, 4. 3, 15. vo-
 luerit 1, *prol.* 2, *epil.* velim 4,
 25. vellet 1, 11. 1, 22. 1, 29.
 4, 4
 Velox imperus 1, 16. saltus 3 2.
 veloces feræ 5, 10. mures 4, 1.
 velocior 3, 2
 Venas inrigatus nectare 4, 14
 Venans oculis viros 4, 4. venan-
 tum voces 1, 12
 Venari a fello comite 1, 11
 Venator 5, 10. venatorum nex
 2, 8
 Vendere cultum 4, 4. honorem
 fructu 3, 17
 Venditare antidorum 1, 14
 Veniam dare supplici 1, 22. 5, 3.
 impetrare 4, 25
 Venire, veniunt mecum alapæ
 majoris 2, 5
 Venire 1, 21. 2, 8. 3, 5. 4, 1.
 4, 7. 4, 10. 4, 11. 4, 17. 4,
 21. 4, 23. gressu 5, 1. ad cer-
 tamina 5, 5. in dubium 3, 13.
 periculum 4, 8. conspectu 5, 1.
 venit curatio ad sanitatem 5, 7.
 ad me munus 4, 25. veniunt
 voces, *ibid.* venient feræ 3,
prol. veni 3, 16. veni ergo me-
 cum 3, 7
 Venire ad rivum 1, 1. venire in
 secreta latibula 1, 30. in villam
 suam 2, 5. per auras 2, 6. ve-
 niunt vices aliorum 4, 25. ma-
 jus ne veniat malum 1, 2
 Venter impletur 3, 7. ventrem
 continere 4, 17
 Ventitare 3, 10
 Veneri placet myrtus 3, 17
 Venusti hortuli 4, 4
 Verbosâ commendatio *prol.* 2.

I N D E X.

verbosæ strophæ 1, 14
 Verba subdola 1, 13. sua contem-
 ni vidit 3, 16. dare cui 3, 3.
 verbis adjuvare 5, 2. elevare 4,
 2. jactans gloriam 1, 11. in-
 ducta 2, 6. moveri 3, 6
 Vere 1, 14
 Verendi dii 4, 10. vereri dolos
 1, 25
 Veretri fictio 4, 13
 Veritas exploranda 3, 10. verita-
 tis fons, *ibid.* vires 1, 1
 Vero 4, 17. 5, 5. ego vero 3, 7
 Verrem immolare 5, 14
 Versus 3, 15. Simonidis 4, 21.
 subjecti 1, 19
 Versus fenarii 1, *prol.*
 Vertere consilium ad fallaciam 1,
 31. verti in periculo 2, 8
 Verus porcellus 5, 5. vera fabella
 2, 5. laus 4, 11. verum dicere
 1, 10. esse 1, 15. veri amici
 3, 9
 Vesci singulas 1, 31. cibo 2, 6
 Vespa 3, 13
 Vestimentis obtegere quid 5, 5
 Vestis 3, 10. 4, 4. 4, 21. celare
 partes 4, 14
 Vestitu adfluens 5, 1
 Veto dimitti 4, 17. esse tale 4, 10
 Vetus injuria 1, 21. vetera vina
 4, 4
 Vetustas 4, 21. fabulosa 3, 10
 Vetustum genus 5, *prol.* vetustis
 favere, *ibid.*
 Vexata navis 4, 16
 Via honoris 2, *epil.* audax 4, 6.
 media 3, 14
 Viam facere semitâ alicujus 3,
prol.
 Viator innoxius 2, 1
 Vicem fortunæ gementes 5, 1. ad-
 suetam 3, *prol.* aliorum vices
 4, 25. noctis 2, 8

Vicina mors 4, 25. vicinus fur
 1, 6
 Victimâ periculum avertere 3, 3
 Victor 1, 15. mustela 4, 5. pycta
 4, 24. sophus 3, 14
 Victum quærete 3, 16. rogare
 4, 21
 Videre 1, 7. 1, 13. 1, 20. 2, 8.
 3, 1. 3, 2. 3, 4. 3, 12. 3, 14.
 5, 5. mala 1, 16. nostra 4, 9.
 plurimum in 2, 8. vultum 4,
 17. nuptias 1, 6. pulchre 5,
 10. quam non sit 4, 19. vide-
 re simulacrum suum in speculo
 lympharum 1, 4. boves cor-
 ruptos 2, 8. video te pasci 4,
 23. ut vidit 1, 21. 4, 21. 3, 16.
 4, 17. ubi vidit 5, 1. vides 2,
 4. videt 4, 17. vide, ne com-
 pungam 3, 6. videris 1, 10.
 videri *opp.* esse *prol.* 4. mole-
 stum 4, 25. volunt 2, 2. vide-
 tur 4, 1. qualis videtur tibi
 opera? 1, 11. videntur ven-
 dere 3, 17. videor mori 1, 21.
 acer 3, 7
 Vigilare 1, 23. 3, 7
 Vigilia omni 3, *prol.*
 Vigor saltantis 5, 7
 Vile hordeum 2, 7. viles naxæ
 3, *prol.*
 Villa 3, 10. 4, 4. Misenenis 2, 5.
 proxima 2, 8
 Villicus 2, 8
 Vincere aliquem 5, 5. faciem mor-
 ribus 3, 8. forma, magnitudi-
 ne 3, 18. vinci sono, *ibid.* vi-
 ctus dolore 1, 8. victi mures
 4, 5
 Vindicanda injuria 4, 17. vindi-
 care dolorem 3, 10. impetum
 4, 6. injuriam ictu 1, 21. se
 dexterâ 5, 2
 Vindicta rei parvæ 4, 3. facilis
 1, 29.

I,
 Vine
 Vinu
 4,
 Viola
 Viper
 Vir 1
 8,
 vir
 ta
 mi
 Virgi
 Virid
 Virtu
 tis e
 dur
 epil
 1, 1
 nas
 Vis &
 car
 vir
 3, 2
 fer
 5,
 Vifun
 3, 7
 Vifus
 Vita r
 mea
 mor
 4, 2
 nus
 vita
 1, 3
 4, 1
 tam
 pro
 Vitare
 nece
 Vites 4
 Vitia p
 Vitulus
 Vitupe

I N D E X.

1, 29. patet solertia 1, 28
 Vinca alta 4, 2
 Vinum parare 4, 4. vino devota
 4, 4. vina vetera, *ibid.*
 Violare Manes 1, 27
 Vipera 4, 7
 Vir 1, 18. fortis 4, 11. natus 3,
 8. sanctissimus 5, 5. talis 3, 9.
 viri ingenium 5, 1. viro priva-
 ta 3, 10. viri spoliantur à fe-
 minis 2, 2. viros venari 4, 4
 Virginalia 4, 14
 Viridaria læta 2, 5
 Virtus exhibet decus 4, 23. virtu-
 tis expers 1, 11. virtuti creden-
 dum 5, 2. tribuitur gloria 2,
epil. virtute prævalet sapientia
 1, 13. sine virtute exercere mi-
 nas 3, 6. virtute impares 4, 15
 Vis & nequitia oppugnant 2, 6.
 carminis 3, *prol.* veritatis 1, 1
 vires aquilæ 3, 18. languidæ
 3, 2. summæ 4, 2. viribus de-
 fertus 1, 21. magnis fugere
 5, 2. vi compescere 1, 2
 Visum est 4, 23. qua visum est
 3, 7
 Visus ferus 2, 1. homo 3, 19
 Vita 1, *prol.* 2, 8. aspera 3, 7.
 mea 4, 19. melior 4, 17. &
 mores 3, *prol.* propior morti
 4, 25. tristis 3, 20. vitæ ge-
 nus 3, *prol.* subsidium 4, 21.
 vitam dare 4, 24. degere 1, 3.
 1, 30. miscet dolor & gaudium
 4, 16. trahere luxu 4, 4. in vi-
 tam hanc incumbere 3, *prol.*
 pro vita rogare 3, 2
 Vitare insidias 1, 19. lucrum 5, 4.
 necem 1, 31. rapinam 2, 4
 Vites 4, 4
 Vitia propria 4, 9
 Vitulus 5, 9
 Vituperare nimiam tenuitatem

crurum 1, 12. cœlum 4, 6
 Vivere sub tecto 3, 7. victurum
 nomen 5, 5. vivos devorare 2, 3
 Vix unum pedem 4, 24. tandem
 4, 17
 Ulcisci morte punctum 5, 3
 Ulla res 4, 10. prudentia 1, 14
 ulli 4, 24. ullo pacto 2, 6
 Ultima spelunca 4, 19. ultimi
 5, 1
 Ultro proclivis 4, 25. adfertur 3,
 7. currere 2, 8
 Unde 3, 5. hoc, amice? 3, 7. il-
 la scivit? 3, 15. sic nites 3, 7
 Una hibere 3, 16
 Unguento delibutus 5, 1
 Ungues sævi 1, 31. unguibus ra-
 pere 2, 7
 Uniones 4, 4
 ab univertis 5, 7
 Unus 1, 17. 2, 8. ex multis 2, 5.
 homo 4, 4. pes 4, 24. alter 2,
 7. ex Atrienfisibus 2, 5. *unus*,
 i. e. solus 1, 6. in uno plus,
 quam in turba 4, 4. de reliquis
 1, 31. una 1, 2. altera, tertia
 4, 4. unum est 3, 11
 Vocare quem ad studium 3, *prol.*
 Volans propter 2, 6
 Volo *vide* velle
 Volucris 2, 4. parvula 5, 3. pe-
 regrina 1, 26. volucris cursus
 5, 8
 Voluntas superum 5, 6. volunta-
 tem interpretari 4, 4
 Voluptas mea non potest fatiari
 4, 8
 Volutare sese 4, 3
 Votum 5, 4
 Vox porcelli 5, 5. insueta 1, 10.
 naturæ 5, 1. vocis fides 4, 25.
 vocem edere 1, 12. exprimere
 5, 5. habere 1, 13. laudare 3,
 16. mittere 3, 18. 4, 10.
 osten-

I N D E X.

- ostendere 1, 13. vocem præcludit metus 1, 2. premere 1, 11. voces propriæ 3, 18. vocibus venantum conterritus 1, 12
- Urbanus sal 5, 5
- Urbs antiqua 4, 21. Asiæ urbes, *ibid.*
- Usurpare ornatum 4, 15
- Usus longior 4, 25. usum rei consociare 4, 10. usu peritus 3, 2
- Ut es farina, sic valeas 4, 1. mos est 5, 1. moris 4, 24. profuerint 1, 12. ajunt 4, 21. fieri solet 3, 9. non potuit 4, 2. refecit 3, 2. vidit 3, 16. ut vero 5, 7
- Utcunque 2, 2
- Uterque 1, 10. 3, 8. 3, 10. 3, 13. 5, 5
- Uti speculo 3, 8. genere 5, *prol.* licentia 4, 24
- Utilis 4, 3. utilis esse 3, 14. utile beneficium 4, 25. sit quod facimus 3, 17. utiles res 4, 10. utilius nihil homini, quam recte loqui 4, 12. utiliora sæpe contemnuntur 1, 12
- Utilitas privata 1, 22. quanta *prol.* 4
- Utinam 3, 9. nec unquam 4, 6
- Uva acerba 4, 2
- Vulgare nomen amici 3, 9
- Vulgatus ordo 4, 24
- Vulgus fictilis 4, 14. vulgi mos 5, 1. stupor 1, 14. vulgo fertur 3, 3
- Vulnus 2, 3. vulnere læsus 2, 7. vulneris remedium 2, 3
- Vulpecula 4, 8
- Vulpis 1, 7. 1, 10. 1, 13. 1, 26. 1, 28. 4, 2. 4, 8. 4, 19. dolosa 1, 13
- Vulpini catuli 1, 28
- Vulturius 1, 27
- Vultus corvi 1, 13. Jovis 4, 17
- Uxor sancta 3, 10. uxorem ducere 1, 6. uxori vacare 3, *prol.* uxores 3, 3. uxoris crimen 3, 10

X.

Xystus 2, 5

Z.

Zona 4, 21

F I N I S.



anta

6

mos
fer-

2, 7.

, 26.
do-

17
n du-
prol.
rimen

